This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



13841. f. 44

BREVIARIUM CARCASSONENSE,

Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi in Chriſto Patris, D D. ARMANDI BAZIN DE BESONS, Carcaſſonenſis Epiſcopi, auctoritate, ac venerabilis ejuſdem Eccleſiæ Capituli conſenſu, editum.

PARS ÆSTIVA.




PARISIIS,

Apud { J. B. COIGNARD, Regis Typographum,
Et Fratres GUERIN.

M. DCC. XLV.

CUM PRIVILEGIO REGIS.



ARMANDUS
BAZIN
DE BESONS,

MISERATIONE DIVINA,
& Sanctæ Sedis Apoſtolicæ gratiâ,
Epiſcopus Carcaſſonenſis:

CLERO CARCASSONENSI

Salutem & benedictionem
in Chriſto Jeſu.

CUM legem [a] credendi lex ſtatuat ſup- a Cæleſt.
plicandi, FRATRES CHARISSIMI, Epiſt. ad
fideſque ex publicis Eccleſiæ precibus Epiſc.
potiſſimùm appareat, proprium eſt ac Gall. c. 8.
præcipuum Epiſcoporum munus curare,
ut communes illæ precationes, quibus
ante Thronum Dei *fidelium vota, tanquam* incenſa
multa, [b] *jugiter deferuntur, religionis veritati ac di-* b Apoc.
gnitati aptiſſimè omni ex parte conveniant. 8. 3. 4.

Quam ob rem à Concilio Tridentino, [c] *Epiſcopo-* c Seſſ.
rum curæ & autoritati demandatum eſt, ut ad eos 25.
præcipuè libros, quibus publicarum precum materia
continetur, attendant animum: idque ſedulò perficiant,

ne quid irrepat divini cultûs abſonum ſanctitati ; aut ſi fortè quid ejuſdem decori, integritati, ac majeſtati minùs conſentaneum illeviſſet error, vel ignorantia, hoc omne penitùs expungatur.

Huic legi ſummus Pontifex Pius V. correcto Breviario quo Apoſtolica ipſa utebatur Eccleſia, plenum autoritatis inſuper exemplum adjecit : idemque poſteà ab Epiſcopis paſſim ſuſceptus labor. Indè ſenſim, ſi quid in Breviariis, libriſque aliis Eccleſiaſticis mendoſum eſſet, aut ſaltem minùs accuratè digeſtum, non ſemel reciſum eſt : quod quidem, noſtrâ hâc præſertim ætate, plures Gallicanæ Eccleſiæ Epiſcopi tentaverunt majore cum diligentia ac delectu, & multa non ſine laude perfecerunt.

Eorum nos exemplum ut ſequeremur, operæ pretium fore duximus, FRATRES CHARISSIMI, *novum hoc Breviarium in hujuſce Diœceſeos uſum emittere. Hoc verò eo majore ſtudio ſumus aggreſſi, quòd apertam jamdudum ab Eccleſia Metropolitana ſemitam ineundo, & muneri noſtro, & totius Cleri noſtri votis faceremus ſatis ; ac præclaram aliunde veteremque hujus, quæ nobis à Deo concredita eſt, Eccleſiæ* [d] *hæreditatem publicis etiamnum apud nos teſtatam tabulis, ut ſuum ſibi Breviarium, ſuum ſibi officium ritumque haberet, deſuetam revocaremus.*

[d] Miſſal. Carcaſ. an. 1472. item Breviar. Carc. an. 1538.

Quod quidem opus ut quàm abſolutiſſimum & utilitati veſtræ convenientiſſimum in manus veſtras veniret, FRATRES CHARISSIMI, *nihil à nobis diligentiæ prætermiſſum eſt : neglectumque nihil, ut illud tandem & divini cultûs ſplendori, & noſtris quæ communem omnium ſanctificationem ſpectant, votis reſponderet. Quâ autem ratione elaboratum ſit ac concinnatum, quâve lege ſingula totius operis membra compacta ſint atque digeſta, ut ejuſdem uſus fiat omnibus facilior & planior, in ipſo limine, breviter aperiendum eſſe judicavimus.*

Hanc porrò eſſe Breviarii mentem ut & precandi formulas complectatur, & documenta ſuppeditet, nullus profectò ignorat. In ejuſmodi opere ad alterutrum omnia ſpectare neceſſe eſt. Quæcumque autem Chorus tota decantat, Pſalmos, Cantica, Hymnos, Reſponſoria, Antiphonas, Verſiculos, iis precationes contineri notum eſt. Quæ verò unius voce proferuntur, ut Lectiones, Capitula, & Canones, ea pertinent ad

ARMANDUS BAZIN DE BESONS,

MISERATIONE DIVINA, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ gratiâ, Epiſcopus Carcaſſonenſis:

CLERO CARCASSONENSI

Salutem & benedictionem in Chriſto Jeſu.

CUM legem a credendi lex ſtatuat ſup- a Cæleſt.
plicandi, FRATRES CHARISSIMI, Epiſt. ad
fideſque ex publicis Eccleſiæ precibus Epiſc.
potiſſimùm appareat, proprium eſt ac Gall. c. 8.
præcipuum Epiſcoporum munus curare, ut communes illæ precationes, quibus ante Thronum Dei *fidelium vota, tamquam* incenſa multa, b *jugiter deferuntur, religionis veritati ac dignitati aptiſſimè omni ex parte conveniant.* b Apoc. 8. 3. 4.

Quam ob rem à Concilio Tridentino, c Epiſcoporum curæ & autoritati demandatum eſt, ut ad eos præcipuè libros, quibus publicarum precum materia continetur, attendant animum: idque ſedulò perficiant, c Seſſ. 25.

ſideſque commendantur. Feria ſexta, quæ dies eſt Paſſionis Chriſti, Officium ad patientiam in hujuſce vitæ laboribus & ærumnis ſuſtinendis refertur. Sabbato denique, propter bona fidelium opera, iiſque repenſam mercedem grates Deo perſolvuntur. Atque tum hac ipsâ die Dominicâ, tum aliis cujuſque diei Feriis, Hymni quilibet Officio Noctis ac Laudum aſſignati huic eidem ſcopo reſpondent & concinunt: quem etiam ad mentem revocat in Veſperarum Hymnis ſtropha penultima. At ſuperioribus ſtrophis ſex dierum opus expanditur, cujus quidem mutationis admonet Veſperarum Capitulum, quo in unaquaque Feria ex Geneſi deprompto, proprium cujuſque diei opus ſignificatur.

Omnia Adventûs Reſponſoria iis, pro more ſolito, contexta ſunt ſacrorum librorum verbis quæ flagrant deſideriis Patriarcharum & Prophetarum Meſſiam toto pectore anhelantium. Eadem, à Natali die ad Purificationem, ſpirant precibus aut laudibus ad Chriſtum infantem pertinentibus. Quadrageſimali tempore, ea ſelecta ſunt Scripturæ loca quæ contriti & humiliati cordis [h] *affectibus imbuta, ſanctæ exhiberent pœnitentiæ ſeveritatem. Quæ verò grati animi ſignificatione & lætitiâ magis perſonant, ea tempore Paſchali adhibentur. At verò tum in Officiis diverſarum anni tempeſtatum propriis, tum aliis, atque etiam in Communi Sanctorum, prætermiſſis, ex conſilio, iis Scripturæ ſacræ locis, in quibus, aut Deus ipſe, aut Sancti loquentes inducuntur, quæ quidem homini precanti minùs accommodata viſa ſunt; ea tantùm in Antiphonis Reſponſoriiſque ordinandis, adhibita ſunt Scripturæ verba, quæ brevi quodam & acri ſenſu, aut admirationem exprimerent & laudationem; aut fidem, ſpem, charitatem, fiduciam in Deum, terreſtriumque rerum aſpernationem enunciarent. In cujus rei diſpoſitione ubique Scripturæ ſacræ textus tantâ religione & reverentiâ adhibitus eſt, ut ſedulò cautum fuerit, ne unquam ullâ vi à genuino & litterali ſenſu ad accommodatitium adduceretur.*

h Pſal. 50. v. 19.

Hactenùs ea quæ ad precationem præcipuè ſpectant. De iis quæ documenti ſunt, dicendum nunc ſupereſt. Hæc Lectionibus demum & Canonibus includuntur: neque enim immorandum in Capitulis, cùm ea elaboratæ diſpoſitionis conſilium minimè admittant.

eorum documentum qui aut Officium privatim recitant, aut publico interſunt.

At primùm quidem quòd ſpectat ad precationem, quæ & potior Breviarii pars & latiùs diffuſa eſt, cùm veriſſimum illud ſit quod aiebat quondam Cyprianus, e Amicam & familiarem eſſe orationem, Deum de ſuo rogare; *hoc loco vos monitos volumus*, FRATRES CHARISSIMI, *maximam in eo præſertim curam à nobis adhibitam fuiſſe, ut, ſi excipiantur Hymni, Antiphonæ quædam, Orationes, ac Lectiones nonnullæ, ſingulæ Officii partes è ſacra depromerentur Scriptura, quæ, ut ſcitis*, divinitùs inſpirata utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, & erudiendum in juſtitia. f

e Lib. de Orat. Dom. poſt init.

f 2. Tim. 3. v. 16.

Eandem verò in partiendo Pſalterio rationem ſecuti ſumus, quam in aliis Eccleſiis jam inſtitutam invenimus. Sui ſingulis cujuſque hebdomadæ diebus, imò & ſingulis cujuſque diei Horis addicti ſunt Pſalmi, ita diſpoſiti, ut omnes, ferè ſemper, intra unius hebdomadæ ſpatium perlegantur. Qui longiùs excurrebant, eos diviſimus; qua in re, veteri huic ac gentilitiæ legi obſecuti ſumus, quâ in Provincia Narbonenſi antiquitùs ſancitum fuit, ut per majores Pſalmos pauſationes fierent, & per quamque pauſationem gloria Trinitatis Domino decantaretur. g *Eâdem autem Pſalmorum partitione precum inæqualitatem ſuſtulimus, & ad juſtiorem modum contraximus nimiam officiorum prolixitatem: non eâ ſanè mente, ut aliquid ex iis ſubduceretur quæ Deo deberi ſentimus, ſed ut recitantium animi minùs jam gravarentur, Cantoreſque jam lento ſpiritu & diſtincto verba omnia pronunciarent.*

g Conc. Narb. an. 589. c. 2.

Quoniam verò animus rerum tenore nimiùm æquabili plerumque dejicitur, & varietate aliquâ certiùs & faciliùs ad pietatem ineſcatur, ex aliis quoque Breviariis exemplum ſumpſimus, ut cujuſque diei officio ſuus quidam ſcopus, certumque diſcrimen aſſignaretur; ſicque ſua cuique diei tribueretur ad meditandum materia. Die Dominicâ, quâ Dei poteſtas in mundo creando ſalvandoque præcipuè colitur, & quæ creatæ lucis dies eſt, excitatur in fidelium animis Dei & divinæ legis amor. Feriâ ſecundâ, benigna Dei erga homines charitas & beneficentia celebratur. Tribus proximè ſequentibus feriis amor proximi, ſpe-

præ cæteris ſeligendos curavimus, *qui* lumen veritatis mentibus parerent, formam moribus, crucem vitiis, affectibus devotionem, ſenſibus diſciplinam. [l]

[l] Ibid.

Morem quoque demùm illum omnium recentiorum Breviariorum, quo in Officio Primæ leguntur Canones Conciliorum imitati ſumus. Ii autem ferè omnes hauſti ſunt è Generalibus, aut Provincialibus Conciliis; atque ex iis præſertim quæ in hac Provincia habita ſunt: quibus nonnulla paſſim ex antiquioribus hujuſce Diœceſeos Synodis Statuta adjungi voluimus. Quidquid autem ad tuendam Eccleſiæ diſciplinam, aut ad fingendos Cleri mores utiliſſimè inſtitutum eſt, id omne illorum Canonum ſerie eluceſcet.

Eâ tandem ratione, FRATRES CHARISSIMI, *totum elaboratum eſt opus, ut parata ſint Sacerdotibus ſubſidia quibus ſuam ipſi pietatem enutrire, ac populos ſibi commiſſos ſcientiâ ſalutis faciliùs poſſint inſtruere. Hinc Verbi Divini diſpenſatores non largas quidem, ſed ſalubres aquas haurire poterunt, quibus pia animarum Chriſtianarum ſitis expleatur. Hinc ipſi altarium Miniſtri veræ pietatis morumque regulas elicient, & opem quoque ferent facillimam ad orationem mentalem cœleſtiumque rerum commentationem, ex quâ ipſa eorum oratio quæ vocalis dicitur, vim ſuam omnem accipit.*

Unum igitur ſupereſt, FRATRES CHARISSIMI, *hortari vos in Domino, ut has preces eâ, quâ par eſt, animi attentione, religione, ac pietate recitetis. Veſtris porrò auribus aſſiduè inſonet vox illa Dei quondam populum ſuum objurgantis, quòd labiorum tenùs adoraret, & mente procul abeſſet. Non enim ſolo & inani verborum ſonitu precandi munus peragitur, ſed* ſpiritu & mente; [m] *ſed* continuato cordis deſiderio, *ut ait S. Auguſtinus.* [n] Multùm enim precari eſt, ad eum quem precamur, diuturnâ & piâ cordis excitatione pulſare. [o] Orate igitur certatim, concordique & ſancto certamine; & ſanè memineritis & pro nobis orare. [p] Obſecro ergo vos, fratres, [q] per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & per charitatem ſancti Spiritûs, ut adjuvetis me in orationibus veſtris pro me ad Deum. [r] Ipſe autem Dominus noſter Jeſus Chriſtus, & Deus, & Pater noſter, qui dilexit nos, & dedit conſolatio-

[m] 1. Cor. 14. 15.
[n] Epiſt. 130. ad Probam. n. 9.
[o] Ib 30.
[p] Ib. 31.
[q] Rom. 15. v. 30.
[r] 2. Th. 2. v. 15. 16.

Ab ipſo ſtatim ingreſſu occurrit Adventus. Stetit, univerſus orbis per quatuor millia annorum in exſpectationem Meſſiæ ſuſpenſus & erectus. Segregata eſt gens quædam cui promiſſa Dei crederentur: & ipſa extitit quaſi Propheta unus immortalis qui, perdurante in ſecula vocis ſono, Liberatoris adventum prænunciaret. Hunc porrò non Iſaiæ ſolùm libri loquuntur: multa de ipſo canit Geneſis; canunt & libri Regum: nec Propheta ullus eſt qui non vocem ſuam habeat tanti eventûs vaticinio conſecratam. Hoc quidquid eſt teſtimoniorum, quibus inconcuſſa manet vigetque Religionis noſtræ veritas, in tempore Adventûs ſecundùm Iſaiæ Lectiones collocatum eſt, ut uno omnia conſpectu deprehendantur.

Paſſionis tempore eamdem quoque rationem ineundam eſſe judicavimus. Quapropter id unum è Jeremia deſumptum eſt, quod Chriſtum humiliatum patientemque ſubjiceret oculis: & quæ Scripturæ loca eamdem præberent imaginem, in ejuſdem temporis Lectiones conjecta ſunt. Idem etiam conſilium fuit in aliis Officii Divini partibus, ut quantùm res tulit, colligerentur ſparſa paſſim cùm in veteri, tùm in novo Teſtamento, unius ejuſdem imaginis quaſi lineamenta, quæ in unum collata uſui fore videbantur ad eorum qui Breviarium recitant fovendam pietatem, fidemque illuſtrandam.

Cùm verò ita contingit, ut Dominica dies aliquid habeat peculiare ſibi, tum in ſecundo Nocturno legitur ſermo alicujus è ſanctis Patribus ad illam rem pertinens. Sin aliter ſe res habeat, tum pro ſermone ejuſmodi, quo trium primarum Lectionum narratio evolveretur, affertur alius è Scriptura ſacra locus, quo eadem facta explicantur; ſicque per anni decurſum, quod quidem religioni duximus, orbis Hiſtoriæ ſacræ totus peragitur, & eorum, aut veteris, aut novi Teſtamenti librorum qui ſapientiales moraleſve dicuntur, haud ullus eſt, qui non aut perlegatur, aut aliquâ ſaltem parte delibetur.

Lectiones è Patrum Scriptis & vitæ Sanctorum excerptæ, cavimus ut cum delectu fierent; idque pro viſum maximè, ne ultrà in ſanctorum Hiſtoriis reciten-tur novella, vel levia; ſed certe autentica & antiqua, quæ & Eccleſiam ædificent, & Eccleſiaſticam redoleant gravitatem.[i] *E Patrum verò ſermonibus, eos*

i Sanct. Bern. Epiſt. 312.

[redacted]

TABULA TEMPORARIA

Anni Domini.	*Aureus Nu.*	*Epactæ.*	*Indictio.*	*Lit. Domin.*	*Dom. poſt Epiph.*	*Septuageſima.*	*Dies Cinerum.*
1745	17	xxvj	8	c	5 †	14 Febr.	3 Mart.
1746	18	vij	9	b	4 †	6 Febr.	23 Febr.
1747	19	xviij	10	A	3	29 Jan.	15 Febr.
1748	1	xxx	11	g f	5	11 Febr.	28 Febr.
1749	2	xj	12	e	3 †	2 Febr.	19 Febr.
1750	3	xxij	13	d	2 †	25 Jan.	11 Febr.
1751	4	iij	14	c	5	7 Febr.	24 Febr.
1752	5	xiv	15	b A	3	30 Jan.	16 Febr.
1753	6	xxv	1	g	6	18 Febr.	7 Mart.
1754	7	vj	2	f	4 †	10 Febr.	27 Febr.
1755	8	xvij	3	e	2 †	26 Jan.	12 Febr.
1756	9	xxviij	4	d c	5 †	15 Febr.	3 Mart.
1757	10	ix	5	b	4 †	6 Febr.	23 Febr.
1758	11	xx	6	A	2	22 Jan.	8 Febr.
1759	12	j	7	g	5	11 Febr.	28 Febr.
1760	13	xij	8	f e	3 †	3 Febr.	20 Febr.
1761	14	xxiij	9	d	2	18 Jan.	4 Febr.
1762	15	iv	10	c	4 †	7 Febr.	24 Febr.
1763	16	xv	11	b	3 †	30 Jan.	16 Febr.
1764	17	xxvj	12	A g	6	19 Febr.	7 Mart.
1765	18	vij	13	f	3 †	3 Febr.	20 Febr.
1766	19	xviij	14	e	2 †	26 Jan.	12 Febr.
1767	1	xxx	15	d	5 †	15 Febr.	4 Mart.
1768	2	xj	1	c b	3 †	31 Jan.	17 Febr.
1769	3	xxij	2	A	2	22 Jan.	8 Febr.
1770	4	iij	3	g	4	11 Febr.	28 Febr.
1771	5	xiv	4	f	2	27 Jan.	13 Febr.
1772	6	xxv	5	e d	5	16 Febr.	4 Mart.
1773	7	vj	6	c	4	7 Febr.	24 Febr.
1774	8	xvij	7	b	3	30 Jan.	16 Febr.
1775	9	xxviij	8	A	5	12 Febr.	1 Mart.
1776	10	ix	9	g f	4	4 Febr.	21 Febr.
1777	11	xx	10	e	2	26 Jan.	12 Febr.
1778	12	j	11	d	5 †	15 Febr.	4 Mart.

FESTORUM MOBILIUM.

Anni Domini.	*PASCHA.*	*Aſcenſio Domini.*	*Pentecoſtes.*	*Feſt. Corp. Chriſti.*	*Dom. poſt Pent.*	*Domin. prima Adv.*
1745	18 April.	27 Maii	6 Junii.	17 Junii.	24	28Nov.
1746	10 April.	19 Maii.	29 Maii.	9 Junii	25	27Nov.
1747	2 April.	11 Maii.	21 Maii.	1 Junii.	27	3 Dec.
1748	14 April.	23 Maii.	2 Junii.	13 Junii.	25	1 Dec.
1749	6 April	15 Maii.	25 Maii.	5 Junii	26	30Nov.
1750	29 Mart.	7 Maii.	17 Maii.	28 Maii.	27	29Nov.
1751	11 April.	20 Maii	30 Maii.	10 Junii.	25	28Nov.
1752	2 April.	11 Maii.	21 Maii.	1 Junii.	27	3 Dec.
1753	22 April.	31 Maii.	10 Junij.	21 Junii.	24	2 Dec.
1754	14 April.	23 Maii.	2 Junii.	13 Junii.	25	1 Dec.
1755	30 Mart.	8 Maii.	18 Maii.	29 Maii.	27	30Nov.
1756	18 April.	27 Maii.	6 Junii.	17 Junii.	24	28Nov.
1757	10 April.	19 Maii.	29 Maii.	9 Junii.	25	27Nov.
1758	26 Mart.	4 Maii.	14 Maii.	25 Maii.	28	3 Dec.
1759	15 April.	24 Maii.	3 Junii.	14 Junii.	25	2 Dec.
1760	6 April.	15 Maii.	25 Maii.	5 Junii.	26	30Nov.
1761	22 Mart.	30April.	10 Maii.	21 Maii.	28	29Nov.
1762	11 April.	20 Maii.	30 Maii.	10 Junii.	25	28Nov.
1763	3 April.	12 Maii	22 Maii	2 Junii.	26	27Nov.
1764	22 April.	31 Maii.	10 Junii.	21 Junii.	24	2 Dec.
1765	7 April.	16 Maii	26 Maii.	6 Junii.	26	1 Dec.
1766	30 Mart.	8 Maii	18 Maii.	29 Maii.	27	30Nov.
1767	19 April.	28 Maii.	7 Junii.	18 Junii.	24	29Nov.
1768	3 April.	12 Maii.	22 Maii	2 Junii.	26	27Nov.
1769	26 Mart.	4 Maii.	14 Maii.	25 Maii.	28	3 Dec.
1770	15 April.	24 Maii.	3 Junii.	14 Junii.	25	2 Dec.
1771	31 Mart.	9 Maii.	19 Maii.	30 Maii.	27	1 Dec.
1772	19 April.	28 Maii	7 Junii.	18 Junii.	24	29Nov.
1773	11 April.	20 Maii.	30 Maii.	10 Junii	25	28Nov.
1774	3 April.	12 Maii	22 Maii.	2 Junii	26	27Nov.
1775	16 April.	25 Maii.	4 Junii	15 Junii.	25	3 Dec.
1776	7 April.	16 Maii.	26 Maii.	6 Junii	26	1 Dec.
1777	30 Mart.	8 Maii.	18 Maii.	29 Maii.	27	30Nov.
1778	19 April.	28 Maii.	7 Junii.	18 Junii.	24	29Nov.

In ſequenti Calendario appoſitum eſt tempus quo quiſque Sanctus obiit : an. *ſignificat anno :* c. an. *circa annum :* ſ. *ſeculo :* c. med. ſ. *circa medium ſeculi :* c. fin. ſ. *circa finem ſeculi. Quibus nihil apponitur, tempus earum mortis planè incertum.*

Feſta quæ majoribus notantur caracteribus, ferientur apud populum.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		JANUARIUS.
*	A	Cal.	1	CIRCUMCISIO DOMINI, *Solemne-minus.*
xxix	b	iv	2	Baſilii magni, Cæſarienſis in Cappadocia Epiſc. & Eccl. Doct. *Semi-duplex.* Obiit 1. Januar. an. 379.
xxviij	c	iij	3	Genovefæ, Virginis Pariſ. *Simplex*, an. 512.
xxvij	d	Prid.	4	Ferreoli, Ucetienſis Epiſc. *Semid.* c. an. 581. cum *comm.* S. Titi, Epiſc. Cretenſis & Diſcip. beati Pauli, an. 90.
xxvj	e	Non.	5	Vigilia Epiphaniæ *ſine jejunio.*
25. xxv	f	viij	6	*EPIPHANIA DOMINI, Solemne-majus.*
xxiv	g	vij	7	De Octava Epiphaniæ, *Semid.* SS. Juliani & Baſiliſſæ in Ægyp. Mart. *comm.* init. iv. ſ.
xxiij	A	vj	8	De Octava Epiphaniæ, *Semid.* cum *comm.* S. Luciani, Presb. & Mart. an. 290.
xxij	b	v	9	De Octava Epiphaniæ, *Semid.*
xxj	c	iv	10	De Octava Epiphaniæ, *Semid.*
xx	d	iij	11	De Octava Epiphaniæ, *Semid.*
xix	e	Prid.	12	De Octava Epiphaniæ, *Semid.*
xviij	f	Idib.	13	Octava Epiphaniæ, & Baptiſmus Domini, *Duplex-majus.*
xvij	g	xix	14	Hilarii, Pictav. Epiſc. & Eccl. Doct. (è 13.) *Duplex-minus*, c. an. 368. cum *comm.* S. Felicis, Presb. Nol. c. an. 265.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		JANUARIUS.
xvj	A	xviij	15	Pauli, Eremitæ, *Simplex*, c. an. 342. cum *comm.* S. Mauri, Abbatis, an. 604.
xv	b	xvij	16	
xiv	c	xvj	17	Antonii, Abbatis Ægyptii, *Semid.* an. 356.
xiij	d	xv	18	Pontificatûs, ſeu Cathedræ S. Petri Apoſt. quâ primùm Antiochiæ, c. an. 36. tum Romæ ſedit, c. an. 43. vel 48. *Duplex-minus.*
				Prima Septuageſima.
xij	e	xiv	19	
xj	f	xiij	20	Sebaſtiani, Mart. *Duplex-majus.* c. an. 288. (*Feſtum in utraque urbe : in tota Diœceſi, Miſſa de præcepto.*) cum *comm.* S. Fabiani, Papæ & Mart. an. 250.
x	g	xij	21	Agnetis, Virg. & Mart. *Semid.* an. 303. vel 304. cum *comm.* SS. Fructuoſi & Socior. Mart. c. an. 257.
ix	A	xj	22	Vincentii Cæſar-Auguſtani, Diaconi & Martyris Valentiæ in Hiſpania, an. 303. vel 304. *Duplex-majus.* (*In Colleg. Eccl.* Annuale.)
viij	b	x	23	
vij	c	ix	24	
vj	d	viij	25	Converſio S. Pauli Apoſtoli, *Duplex-majus*, an. 30. vel 31. aliis 34. vel 35.
v	e	vij	26	Polycarpi, Smyrnenſis Epiſc. & Mart. *Semid.* an. 169.
iv	f	vj	27	Joannis Chryſoſtomi, Epiſc. & Eccl. Doct. *Semid.* (è die 14. Sept.) an. 407.
iij	g	v	28	Franciſci Saleſii, Genev. Epiſcop. (è 28. Dec.) *Duplex-minus*, an. 1622.
ij	A	iv	29	(In Colleg. Eccleſ. Octava S. Vincentii, *Duplex-minus.*)
j	b	iij	30	Bathildis, Reginæ Francorum, Viduæ, *Semiduplex*, c. an. 680.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		JANUARIUS.
*	c	Prid.	31	Petri Nolaſci, Inſtit. Ordin. B. Mariæ de Mercede, *Semid.* an. 1256.
				FEBRUARIUS.
xxix	d	Cal.	1	Ignatii, Antiochiæ Epiſc. & Mart. *Semiduplex*, an. 107.
xxviij	e	iv	2	*PRÆSENTATIO DOMINI, & PURIFICATIO B. MARIÆ VIRGINIS, Solemne-majus.*
xxvij	f	iij	3	Blaſii, Sebaſt. Epiſc. & Mart. *Simplex*, c. an. 316.
				Prima dies Cinerum.
25.xxvj	g	Prid.	4	Iſidori, Presbyteri, *Simplex*: an. 44'.
xxv.xxiv	A	Non.	5	Agathæ, Catanenſis Virg. & Mart. *Simplex*, an. 251.
xxiij	b	viij	6	Amandi, Trajectenſis Epiſc. *Simplex*, c. an. 679. cum *comm.* S. Vedaſti, Atrebatenſis Epiſc. c. an. 539.
xxij	c	vij	7	
xxj	d	vj	8	Joannis de Matha, Presb. Pariſ. Ord. SS. Trinit. Fund. (è 21. Dec.) *Semiduplex*: an. 1213.
xx	e	v	9	Apolloniæ, Alexand. Virg. & Mart. *Simplex*, an. 249.
xix	f	iv	10	Scholaſticæ Caſſinenſis, Virginis, *Simplex*, c. an. 543.
xviij	g	iij	11	Benedicti, Abbatis Anianenſis, *Simplex*, an. 821.
xvij	A	Prid.	12	
xvj	b	Idib.	13	
xv	c	xvj	14	
xiv	d	xv	15	
xiij	e	xiv	16	
xij	f	xiij	17	
xj	g	xij	18	Simeonis, Hieroſolym. Epiſc. & Mart. *Simplex*, an. 107.
x	A	xj	19	
ix	b	x	20	

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		FEBRUARIUS.
viij	c	ix	21	*Ultima Septuageſima.*
vij	d	viij	22	
vj	e	vij	23	
*	*	*	*	*Dies intercalaris addendus in anno Biſſextili.*
v	f	vj	24	MATTHIÆ, APOSTOLI, *Duplex majus*, 1. cl. [*Officium hâc alterutrâ die; feſtumque, ſi in diem Dominicam inciderit: ſin minùs, fit die Dominicâ, quæ diem* 24. *aut* 25. *antecedit.*]
iv	g	v	25	
iij	A	iv	26	
ij	b	iij	27	
j	c	Prid.	28	Martyrum qui obiêre in charitatis officio, erga peſtilentiâ afflict. Alexandriæ, *Simplex.* an. 263.

In anno Biſſextili Februarius eſt dierum 29. *& Feſtum S. Matthiæ celebratur* 25. *Februarii, & bis dicitur* ſexto Calendas, *id eſt* 24. & 25. *Littera Dominicalis quæ aſſumpta fuit menſe Januario, mutatur in præcedentem, ut ſi in Januario Littera Dom. fuit* A, *mutatur in* g, *& ſic de aliis.*

MARTIUS.

*	d	Cal.	1	Albini, Andegavenſis Epiſcopi, *Simplex*, an. 550.
xxix	e	vj	2	
xxviij	f	v	3	
xxvij	g	iv	4	
xxvj	A	iij	5	
25. xxv	b	Prid.	6	
xxiv	c	Non.	7	Perpetuæ & Felicitatis, Mart. *commem.* c. an. 204.
xxiij	d	viij	8	

MARTIUS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies	Menſis.	
				Primum Novilunium Paſchale.
xxij	e	vij	9	Martyrum qui pro libris ſacris interiêre, *Simplex*, an. 303.
xxj	f	vj	10	
				Ultima dies Cinerum.
xx	g	v	11	
xix	A	iv	12	
xviij	b	iij	13	
xvij	c	Prid.	14	
xvj	d	Idib.	15	
xv	e	xvij	16	
xiv	f	xvj	17	Patricii, Epiſc. & Hibernorum Apoſtoli, *comm.* c. an. 460.
xiij	g	xv	18	Cyrilli, Hieroſolym. Epiſc. *comm.* an. 386.
xij	A	xiv	19	Joſephi, Sponſi B. Mariæ, *Duplex-majus.* 1. ſ.
xj	b	xiij	20	
x	c	xij	21	
ix	d	xj	22	*Primum Paſcha.*
viij	e	x	23	
vij	f	ix	24	
vj	g	viij	25	*ANNUNTIATIO ET INCARNATIO DOMINI, Solemne-majus.*
v	A	vij	26	
iv	b	vj	27	
iij	c	v	28	
ij	d	iv	29	
j	e	iij	30	
*	f	Prid.	31	

Feriâ ſextâ poſt Dominicam Paſſionis fit Officium de Compaſſione B. Mariæ, *Duplex-minus.*

APRILIS.

xxix	g	Cal.	1	
xxviij	A	iv	2	Franciſci de Paula, Inſtitut. Ord. Minim. *Semid.* an. 1507.

APRILIS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis		
xxvij	b	iij	3	
25. xxvj	c	Prid.	4	
xxv. xxiv	d	Non.	5	
				Ultimum Novilunium Paſchale.
xxiij	e	viij	6	
xxij	f	vij	7	
xxj	g	vj	8	
xx	A	v	9	
xix	b	iv	10	
xviij	c	iij	11	
xvij	d	Prid.	12	
xvj	e	Idib.	13	Juſtini, Mart. *Simplex*, an. 167. vel 168.
xv	f	xviij	14	
xiv	g	xvij	15	
xiij	A	xvj	16	
xij	b	xv	17	
xj	c	xiv	18	
x	d	xiij	19	
ix	e	xij	20	Martyrum pro ſolemnitate Paſchali occiſorum, *Simplex*, an. 459.
viij	f	xj	21	
vij	g	x	22	
vj	A	ix	23	Georgii, Martyris, *commemoratio*, c. an. 303.
v	b	viij	24	
iv	c	vij	25	Marci, Evang. *Duplex-majus*, c. an. 68.
				Ultimum Paſcha.
iij	d	vj	26	
ij	e	v	27	
j	f	iv	28	Aphrodiſii, Biterrenſis Epiſc. & Mart. *Simplex*, c. an. 255.
*	g	iij	29	Mariæ Ægyptiæ, Pœnitentis, (è 1.) *Semiduplex*, v. vel vi. ſ.
xxix	A	Prid.	30	Eutropii, Santonenſis Epiſc. & Mart. *Simplex*, iii. ſ.
				MAIUS.
xxviij	b	Cal.	1	Philippi* & Jacobi** (Alphæi) Apost. *Duplex-maj.* * poſt.

Cycl. Epact.	Lit. Dom.	Dies Menſis		MAIUS.
				81.** 62. cum *commem.* S. Theodardi, Narbon. Epiſc. an. 893.
xxvij	c	vj	2	Athanaſii, Alex. Epiſc. & Eccl. Doctoris, *Duplex-minus*, an. 373.
xxvj	d	v	3	Inventio S. Crucis, *Duplex-maj.* an. 326.
25. xxv	e	iv	4	Monicæ, Viduæ, *Simplex*, an. 387.
xxiv	f	iij	5	
xxiij	g	Prid.	6	Joannis, Apoſt. & Evang. ante Portam Latinam, *Duplex-minus*, an. 95.
xxij	A	Non.	7	Fulcrani, Lodovenſis Epiſc. *Semiduplex*, an. 1006.
xxj	b	viij	8	
xx	c	vij	9	Gregorii Nazianzeni, Conſtantinop. Epiſc. & Eccl. Doct. *Semiduplex*, an. 391.
				Prima Pentecoſte.
xix	d	vj	10	Mamerti, Vienn. Epiſc. *Simplex*, poſt an. 475.
xviij	e	v	11	Pontii, Martyris, *Semiduplex*, c. an. 258.
xvij	f	iv	12	Epiphanii, Epiſc. & Eccl. Doct. *Simplex*, an. 403.
xvj	g	iij	13	
xv	A	Prid.	14	Pachomii, Abbatis, *Simplex*, an. 348. vel 349.
xiv	b	Idib.	15	Guimerræ, Carcaſſonenſis Epiſc. *Duplex-majus*; (in Cathedr. *Solemne-min.*) c. an. 931.
xiij	c	xvij	16	Martyrum pro unitate Catholica occiſorum, *Simplex*, an. 459.
xij	d	xvj	17	
xj	e	xv	18	
x	f	xiv	19	
ix	g	xiij	20	Baudelli, Martyris Nemauſen. *commem.* c. med. III. ſ.
viij	A	xij	21	Lupini Preſbyt. & Eccl. Carcaſſon. Canonici, *Duplex-minus* (in Cathedrali, *Solemne-minus*) c. an. 852.
vij	b	xj	22	
vj	c	x	23	

JANUARIUS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		
xvj	A	xviij	15	Pauli, Eremitæ, *Simplex*, c. an. 342. cum *comm.* S. Mauri, Abbatis, an. 604.
xv	b	xvij	16	
xiv	c	xvj	17	Antonii, Abbatis Ægyptii, *Semid.* an. 356.
xiij	d	xv	18	Pontificatûs, ſeu Cathedræ S. Petri Apoſt. quâ primùm Antiochiæ, c. an. 36. tum Romæ ſedit, c. an. 43. vel 48. *Duplex-minus.*
				Prima Septuageſima.
xij	e	xiv	19	
xj	f	xiij	20	Sebaſtiani, Mart. *Duplex-majus.* c. an. 288. (*Feſtum in utraque urbe: in tota Diœceſi, Miſſa de præcepto.*) cum *comm.* S. Fabiani, Papæ & Mart. an. 250.
x	g	xij	21	Agnetis, Virg. & Mart. *Semid.* an. 303. vel 304. cum *comm.* SS. Fructuoſi & Socior. Mart. c. an. 257.
ix	A	xj	22	Vincentii Cæſar-Auguſtani, Diaconi & Martyris Valentiæ in Hiſpania, an. 303. vel 304. *Duplex-majus.* (*In Colleg. Eccl.* Annuale.)
viij	b	x	23	
vij	c	ix	24	
vj	d	viij	25	Converſio S. Pauli Apoſtoli, *Duplex-majus*, an. 30. vel 31. aliis 34. vel 35.
v	e	vij	26	Polycarpi, Smyrnenſis Epiſc. & Mart. *Semid.* an. 169.
iv	f	vj	27	Joannis Chryſoſtomi, Epiſc. & Eccl. Doct. *Semid.* (è die 14. Sept.) an. 407.
iij	g	v	28	Franciſci Saleſii, Genev. Epiſcop. (è 28. Dec.) *Duplex-minus*, an. 1621.
ij	A	iv	29	(In Colleg. Eccleſ. Octava S. Vincentii, *Duplex-minus.*)
j	b	iij	30	Bathildis, Reginæ Francorum, Viduæ, *Semiduplex*, c. an. 680.

MARTIUS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies	Menſis.	
				Primum Novilunium Paſchale.
xxij	e	vij	9	Martyrum qui pro libris ſacris interiêre, *Simplex*, an. 303.
xxj	f	vj	10	
				Ultima dies Cinerum.
xx	g	v	11	
xix	A	iv	12	
xviij	b	iij	13	
xvij	c	Prid.	14	
xvj	d	Idib.	15	
xv	e	xvij	16	
xiv	f	xvj	17	Patricii, Epiſc. & Hibernorum Apoſtoli, *comm.* c. an. 460.
xiij	g	xv	18	Cyrilli, Hieroſolym. Epiſc. *comm.* an. 386.
xij	A	xiv	19	Joſephi, Sponſi B. Mariæ, *Duplex-majus*. 1. ſ.
xj	b	xiij	20	
x	c	xij	21	
ix	d	xj	22	***Primum Paſcha.***
viij	e	x	23	
vij	f	ix	24	
vj	g	viij	25	*ANNUNTIATIO ET INCARNATIO DOMINI*, *Solemne-majus*.
v	A	vij	26	
iv	b	vj	27	
iij	c	v	28	
ij	d	iv	29	
j	e	iij	30	
*	f	Prid.	31	

Feriâ ſextâ poſt Dominicam Paſſionis fit Officium de Compaſſione B. Mariæ, *Duplex-minus*.

APRILIS.

xxix	g	Cal.	1	
xxviij	A	iv	2	Franciſci de Paula, Inſtitut. Ord. Minim. *Semid.* an. 1507.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis		APRILIS.
xxvij	b	iij	3	
25. xxvj	c	Prid.	4	
xxv. xxiv	d	Non.	5	
				Ultimum Novilunium Paſchale.
xxiij	e	viij	6	
xxij	f	vij	7	
xxj	g	vj	8	
xx	A	v	9	
xix	b	iv	10	
xviij	c	iij	11	
xvij	d	Prid.	12	
xvj	e	Idib.	13	Juſtini, Mart. *Simplex*, an. 167. vel 168.
xv	f	xviij	14	
xiv	g	xvij	15	
xiij	A	xvj	16	
xij	b	xv	17	
xj	c	xiv	18	
x	d	xiij	19	
ix	e	xij	20	Martyrum pro ſolemnitate Paſchali occiſorum, *Simplex*, an. 459.
viij	f	xj	21	
vij	g	x	22	
vj	A	ix	23	Georgii, Martyris, *commemoratio*, c. an. 303.
v	b	viij	24	
iv	c	vij	25	Marci, Evang. *Duplex-majus*, c. an. 68.
				Ultimum Paſcha.
iij	d	vj	26	
ij	e	v	27	
j	f	iv	28	Aphrodiſii, Biterrenſis Epiſc. & Mart. *Simplex*, c. an. 255.
*	g	iij	29	Mariæ Ægyptiæ, Pœnitentis, (è 1.) *Semiduplex*, v. vel vi. ſ.
xxix	A	Prid.	30	Eutropii, Santonenſis Epiſc. & Mart. *Simplex*, III. ſ.
				MAIUS.
xxviij	b	Cal.	1	PHILIPPI* & JACOBI**(ALPHÆI) APOST. *Duplex-maj.* * poſt.

JUNIUS.

Cycl. Epact.	Lit. Dom.	Dies Menſis.		
xv	b	Prid.	12	
xiv	c	Idib.	13	
xiij	d	xviij	14	***Ultima Pentecoſte.***
xij	e	xvij	15	
xj	f	xvj	16	Cyrici & Julittæ, Mart. *Simplex*, an. 305.
x	g	xv	17	
ix	A	xiv	18	Amandi, Burdeg. Epiſc. *Commem.* c. an. 432.
viij	b	xiij	19	Gervaſii & Protaſii, Mart. *Simpl.* I. *vel* II. ſ.
vij	c	xij	20	
vj	d	xj	21	Sylveſtri, Papæ (è 31. Decemb.) *Semidupl.* an. 335.
	e	x	22	Paulini, Nolani Epiſc. *Simplex*, an. 431.
iv	f	ix	23	Vigilia *cum jejunio.*
iij	g	viij	24	NATIVITAS S. JOANNIS BAPT. *Solemne-min.*
				Ultimus terminus Feſti Corporis Chriſti.
ij	A	vij	25	De Octava Nativ. S. Joann. Bapt. *Simplex*, cum *Commem.* ſancti Proſperi, Eccl. Doct. an. 456. vel 457.
j	b	vj	26	De Octava, *Simplex*, cum *Commem.* SS. Joannis & Pauli, Romæ Mart. c. an. 362.
*	c	v	27	Irenæi, Lugd. Epiſc. & Eccl. Doct. ac Soc. Mart. *Duplex-min.* c. an. 201. *Commem.* Octavæ S. Joan. Bapt.
xxix	d	iv	28	Vigilia *cum jejunio*: *Commem.* Oct. S. Joan. Bapt.
xxviij	e	iij	29	PETRI ET PAULI, APOST, *Solemne-minus*: c. an. 66. *Commemoratio* Octavæ S. Joan. Baptiſtæ.
xxvij	f	Prid.	30	Commemoratio S. Pauli Apoſt. *Duplex majus.*

JULIUS.

Cycl. Epact.	Lit. Dom.	Dies Menſis.		
xxvj	g	Cal.	1	Octava Nativit. S. Joan. Bapt. *Semiduplex*: cum commem. S. Martialis primi Lemovicenſis Epiſcopi, 111. ſ.
25. xxv	A	vj	2	Viſitatio B. M. V. *Duplex-majus.*
xxiv	b	v	3	De Octava SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, *Simplex.*
xxiij	c	iv	4	Ordinatio * & Tranſlatio ** ſancti Martini, Turon. Epiſc. *Semidup.* * an. 371. ** 473. cum commem. Octavæ.
xxij	d	iij	5	De Octava SS. Apoſt. Petri & Pauli, *Simplex.*
xxj	e	Prid.	6	Octava SS. Apoſt. Petri & Pauli, *Semiduplex.*
xx	f	Non.	7	Pantæni, Preſbyt. Alexandrini, *Simplex*, c. an. 214.
xix	g	viij	8	
xviij	A	vij	9	
xvij	b	vj	10	Septem Fratrum, & Felicitatis matris eorum, Romæ Mart. *Simplex*, c. an. 150.
xvj	c	v	11	Benedicti, Caſſinenſis Abbatis. (è 21. Mart.) *Semiduplex*, an. 543. *Tranſlatio hâc die*, c. ann. 653.
xv	d	iv	12	
xiv	e	iij	13	
xiij	f	Prid.	14	Bonaventuræ, Albanenſis Epiſc. & Eccl. Doct. *Semiduplex*, an. 1274.
xij	g	Idib.	15	
xj	A	xvij	16	
x	b	xvj	17	Sperati & Sociorum, Mart. *Simplex*, an. 200.
ix	c	xv	18	Thomæ Aquinatis, Doctoris (è 7. Mart.) *Duplex-minus*, an. 1274. *Canonizatio hâc die*: c. an. 1333.
viij	d	xiv	19	Arſenii, Diaconi Romani, ſolitarii Scetis, *Simplex*, an. 445.
vij	e	xiij	20	
vj	f	xij	21	Victoris Maſſilienſis, Mart. & Sociorum, *Semiduplex*, c. an. 290.
v	g	xj	22	Mariæ Magdalenes, *Duplex-majus*, 1. ſeculo.

AUGUSTUS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.		Dies Menſis.	
j	e	ix	24	BARTHOLOMÆI, APOST. *Duplex-maj.* 1. ſ. (*Hâc die Officium: Feſtum verò, niſi dies* 24. *in Dominicam inciderit, fit ſemper Dominicâ præcedenti.*)
*	f	viij	25	Ludovici IX. Regis Franciæ, *Dupl. maj.* an. 1270.
xxix	g	vij	26	
xxviij	A	vj	27	
xxvij	b	v	28	Auguſtini, Hipponenſis Epiſc. & Eccl. Doct. *Duplex-maj.* (in Cathed. *Solemne-min.*) anno 304.
xxvj	c	iv	29	Decollatio S. Joannis Bapt. *Dupl. min.* an. 28. vel 32.
25. xxv	d	iij	30	
xxiv	e	Prid.	31	

SEPTEMBER.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.		Dies Menſis.	
xxiij	f	Cal.	1	Lupi, Senonenſis Epiſcopi, *Semidupl.* c. an. 623. cum *Commem.* S. Ægidii, Abbatis in Occitania: an. 547. vel 548.
xxij	g	iv	2	Lazari à Chriſto ſuſcitati, & SS. Mariæ & Marthæ ſororum, Chriſti hoſpitum, *Semidupl.* cum *Commem.* S. Caſtoris, Aptenſis Epiſc. c. an. 420.
xxj	A	iij	3	Gregorii magni, Papæ, & Eccl. Doct. (è 12. Mart.) *Duplex-min.* an. 604. *Ordinatio hâc die,* anno 590.
xx	b	Prid.	4	Antonini, Mart. Apamiarum Patroni. *Simplex,* III. ſ.
xix	c	Non.	5	
xviij	d	viij	6	
xvij	e	vij	7	Clodoaldi, Preſb. *Simpl.* an. 668.
xvj	f	vj	8	*NATIVITAS B. M. VIRGINIS, Solemne-majus.*
xv	g	v	9	De Octava Nativitatis, *Semiduplex.*
xiv	A	iv	10	Salvii, Albigenſis Epiſc. *Semidupl.* an. 584. cum *Commem.* Octavæ.

De

SEPTEMBER.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.		Dies Menſis.	
xiij	b	iij	11	De Oct. Nat. B. Mariæ, *Semidup.*
xij	c	Prid.	12	
xj	d	Idib.	13	
x	e	xviij	14	Exaltatio ſanctæ Crucis (Imperante Conſtantino : ann. 326. *vel* 327. Imperante Heraclio : an. 629.) *Duplex-maj.* cum *Comm.* Octavæ.
ix	f	xvij	15	Octava Nativitatis B. Mariæ, *Duplex-min.*
viij	g	xvj	16	Cornelii, Papæ & Mart. an. 352. & Cypriani, Carthag. Epiſc. & Mart. Eccl. Doct. an. 258. (è 14.) *Semidupl.* cum *Comm.* S. Euphemiæ, Virg. & Mart. an. 307.
vij	A	xv	17	
vj	b	xiv	18	
v	c	xiij	19	Januarii, Beneventi Epiſc. & Mart. *Simplex*, c. an. 288.
iv	d	xij	20	Vigilia *cum jejunio.*
iij	e	xj	21	MATTHÆI, APOST. ET EVANG. *Duplex maj.* 1. ſ. (*Hâc die Officium : Feſtum verò niſi dies* 21. *in diem Dominicam inciderit, fit ſemper Dominicâ antecedente : pridiè jejunium.*
ij	f	x	22	Mauricii & Sociorum, Mart. *Semidupl.* an. 286.
j	g	ix	23	Theclæ, Virg. & Mart. *Semidupl.* c. ſ. 1. ſ. cum *Commem.* S. Lini, Papæ & Mart. c. an. 78.
*	A	viij	24	
xxix	b	vij	25	Firmini, Ambianenſis Epiſc. & Mart. *Simplex*, c. an. 287.
xxviij	c	vj	26	
xxvij	d	v	27	Coſmæ & Damiani, fratrum, Mart. *Semidupl.* c. init. iv. ſ.
25. xxvj	e	iv	28	Exuperii, Toloſani Epiſc. *Simplex*, c. init. v. ſ.
xxv xxiv.	f	iij	29	Michaëlis Archang. & omnium Angelorum, *Duplex-maj.* Hoc Feſtum in Apulia ſumpſit exordium, an. 493. *vel* 536.
xxiij	g	Prid.	30	Hieronymi, Preſbyt. & Eccl. Doct. *Duplex-min.* an. 420.

Æſtiva. Carc.

OCTOBER.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.		Dies Menſis.	
xxij	A	Cal.	1	Remigii, Rem. Epiſc. (è 13. Jan.) *Semidupl.* c. an. 533. *Tranſlatio prima hâc die, ante* an. 585.
xxj	b	vj	2	Feſtum Angelorum Cuſtodum, *Duplex-min.* Inſtitutum Pariſ. an. 1680.
xx	c	v	3	
xix	d	iv	4	Franciſci Aſſiſiatis in Umbria, Inſtit. Ord. Fratr. Minor. *Semi-duplex*, an. 1226.
xviij	e	iij	5	*ANNIVERSARIUS DIES DEDICATIONIS ECCL. CATH. Solemne-majus. (Dominicâ intra Octavam Dedicationis Eccl. Cathed. occurrente, celebratur ſub ritu Solemni maj. Anniverſarius dies Dedicationis cæterarum Eccleſiarum, nec habet Octavam.)*
xvij	f	Prid.	6	Brunonis, Monachi, Inſtit. Ordin. Carthuſ. *Semid.* an. 1101. *cum Comm.* S. Fidis Aginnenſ. Virg. & Mart. an. 287. vel 290. (& Octavæ in Cathedr.)
xvj	g	Non.	7	} In Cathedrali de Octava Dedicationis, *Semid.*
xv	A	viij	8	
xiv	b	vij	9	Dionyſii, primi Pariſiorum Epiſc. & Sociorum ejus, Mart. *Semid.* an. 275. vel 286. (cum *Comm.* Octavæ in Cathedr.)
xiij	c	vj	10	(De Oct. Dedic. in Cathed. *Semid.*) *Extrà*, Tyberii, Modeſti & Florentiæ, Mart. Agathenſium, *Commem.* c. an. 397.
xij	d	v	11	Firmini, Ucetienſis Epiſc. *Semid.* an. 553. (cum *Commem.* Octavæ in Cathedrali.)
xj	e	iv	12	In Cathedr. Oct. Dedic. *Dupl. min.*
x	f	iij	13	
ix	g	Prid.	14	
viij	A	Idib.	15	Thereſiæ, Virg. Inſtauratricis Ord. Carmel. *Semid.* an. 1582.
vij	b	xvij	16	Bertrandi, Convenarum Epiſc. *Simplex*, c. an. 1120.
vj	c	xvj	17	
v	d	xv	18	Lucæ, Evangel. *Dupl. maj.* 1. *ſ.*

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis		OCTOBER.
iv	e	xiv	19	
iij	f	xiij	20	
ij	g	xij	21	Hilarionis Abbatis in Paleſtinâ; *Simpl.* an. 371. cum *Commem.* SS. Urſulæ & Sociarum, Virg. & Mart. iv. vel v. ſ.
j	A	xj	22	
*	b	x	23	
xxix	c	ix	24	
xxviij	d	viij	25	
xxvij	e	vij	26	Ruſtici, Narbon. Epiſc. *Semidupl.* c. an. 460.
xxvj	f	vj	27	Vigilia *cum jejunio.*
25. xxv	g	v	28	SIMONIS ET JUDÆ, APOST. *Duplex maj.* i. ſ. (*Hâc die Officium; Feſtum verò, niſi dies 28. in diem Dominicam inciderit, ſed ſemper Dominicâ antecedente & pridiè jejunium.*)
xxiv	A	iv	29	
xxiij	b	iij	30	
xxij	c	Prid.	31	Vigilia *cum jejunio.* Fit *Commem.* S. Marcelli, Mart. Cabillonenſis, an. 179.

NOVEMBER.

xxj	d	Cal.	1	*OMNIUM SANCTORUM, Solemne-majus.* c. an. 835.
xx	e	iv	2	COMMEMORATIO OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM, *Duplex-majus*, inſtituta an. 998.
xix	f	iij	3	De Octava omnium SS. *Semidupl.*
xviij	g	Prid.	4	Caroli Borromæi, Mediol. Epiſc. Card. *Duplex-minus*, an. 1584.
xvij	A	Non.	5	De Octava omnium SS. *Semidupl.* cum *Commem.* S. Geraldi Biterr. Epiſc. an. 1127.
xvj	b	viij	6	} De Octava omnium SS. *Semiduplex.*
xv	c	vij	7	}
xiv	d	vj	8	Octava omnium SS. & veneratio SS. Reliquiarum, *Dupl. majus*, inſtituta an. 1194. (*anteà* 4. *Dec.*)
xiij	e	v	9	
xij	f	iv	10	Leonis Magni, Papæ & Eccleſiæ

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		NOVEMBER.
				Doct. *Duplex-min.* c. an. 461. vel 462. cum *Commem.* S. Rufi primi Avenionenſis Epiſc. c. med. III. ſ.
xj	g	iij	11	Martini, Turon. Epiſc. *Duplex-majus*: (in Cathedrali *Solemne-minus.*) an. 397.
x	A	Prid.	12	Martini, Papæ & Mart. (è 16. Septembr.) *Simplex*, an. 655.
ix	b	Idib.	13	Bricii, Turonenſis Epiſc. *Simplex*, c. an. 444.
viij	c	xviij	14	
vij	d	xvij	15	
vj	e	xvj	16	
v	f	xv	17	Gregorii Thaumaturgi, Neoceſareæ Epiſc. & Eccl. Doct. *Semiduplex*, c. an. 270.
iv	g	xiv	18	Romani Diaconi & Mart. *Simplex*, c. an. 258.
iij	A	xiij	19	Elizabeth, Viduæ, *Simplex*, an. 1231.
ij	b	xij	20	Papuli, Mart. *Commem.* c. med. III. ſec.
j	c	xj	21	Præſentatio B. Mariæ, *Duplex-majus.*
*	d	x	22	Cæciliæ, Virg. & Mart. *Semidup.* II. vel III. ſec.
xxix	e	ix	23	Clementis, Papæ & Mart. *Semid.* an. 100.
xxviij	f	viij	24	
xxvij	g	vij	25	Catharinæ, Virg. & Mart *Simpl.*
25. xxvj	A	vj	26	
xxv. xxiv	b	v	27	Vitalis & Agricolæ, Mart. *Simpl.* c. an. 304.
				Prima ſedes Adventûs.
xxiij	c	iv	28	
xxij	d	iij	29	Saturnini, primi Toloſani Epiſc. & Mart. *Dupl. min.* c. med. III. ſ. cum *Commem.* Vigiliæ.
xxj	e	Prid.	30	ANDREÆ, APOST. *Duplex-majus.* I. ſ. (*Hâc ipsâ die Officium: Feſtum verò niſi dies 30. in diem Dominicam inciderit, fit ſemper Dominicâ antecedente; pridiè jejunium.*)

DECEMBER

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis		
xx	f	Cal.	1	Eligii, Noviom. Epiſc. (è 30. Nov.) *Simplex*, an. 659.
xix	g	iv	2	Franciſci Xaverii, Preſbyt. *Semiduplex*, an. 1552. *Ultima ſedes Adventûs.*
xviij	A	iij	3	
xvij	b	Prid.	4	
xvj	c	Non.	5	
xv	d	viij	6	Nicolai, Myrenſis Epiſcopi, *Commemoratio*. c. an. 320.
xiv	e	vij	7	Ambroſii, Mediol. Epiſc. & Eccl. Doct. (è 4. Apr.) *Dupl. min.* an. 397. *ejus ordinatio hâc die.* an. 374.
xiij	f	vj	8	CONCEPTIO B. MARIÆ VIRGINIS, *Solemne-minus.*
xij	g	v	9	Leocadiæ, Virginis Tolet. & Mart. *Commem.* c. an. 288.
xj	A	iv	10	Eulaliæ, Virginis Emeritenſis & Mart. *Commem.* c. an. 288.
x	b	iij	11	Pauli, primi Narbon. Epiſc. *Semiduplex*, c. med. III. ſæc.
ix	c	Prid.	12	
viij	d	Idib.	13	Luciæ Virginis & Mart. *Commemoratio*, an. 304.
vij	e	xix	14	
vj	f	xviij	15	
v	g	xvij	16	
iv	A	xvj	17	
iij	b	xv	18	
ij	c	xiv	19	
j	d	xiij	20	
*	e	xij	21	THOMÆ, APOST. *Dupl. majus.* 1. ſ. (*Officium hâc ipsâ die : Feſtum verò, niſi dies 21. in diem Dominicam inciderit, fit ſemper Dominicâ antecedente.*)
xxix	f	xj	22	
xxviij	g	x	23	
xxvij	A	ix	24	Vigilia *cum jejunio.*
xxvj	b	viij	25	*NATALE DOMINI*, *Annuale.*
25. xxv	c	vij	26	STEPHANI, DIACONI ET PROTOMART. *Solemne-minus.* an. 33. *Commem.* Octavæ.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Menſis.		DECEMBER.
xxiv	d	vj	27	JOANNIS, APOST. ET EVANGELIST. *Duplex-majus*. an. 100. *vel* 104. *Commem.* Octavæ.
xxiij	e	v	28	Innocentium Martyrum, *Duplex-majus*, 1. ſ. *Commem.* Octavæ.
xxij	f	iv	29	De Octava Natalis Domini, *Semiduplex* : cum *Commem.* S. Thomæ Cantuarienſis Epiſc. & Mart. an. 1170.
xxj	g	iij	30	De Octava Natalis Domini, *Semiduplex*.
19. xx	A	Prid.	31	De Octava Natalis Domini, *Semiduplex*.

SERIES TITULORUM,

Sub quibus ordinantur Canones Conciliorum in toto Breviario diſtributi.

1. DE ſcientia Sacrarum Scripturarum & Canonum, necnon de autoritate Conciliorum Generalium : *Hebd. I. Adventûs.*

2. De inſtitutione Miniſtrorum Eccleſiæ & eorum dignitate : *Hebd. II. Advent.*

3. De Ordinatione & Ordinibus in genere : *Hebd. III. Adventûs.*

4. De Jejunio IV. Anni Temporum : *in ſingulis Feriis quartis eorumdem IV. Temp.*

5. De Ordinandorum delectu, & precibus ad Deum fundendis, ut digni ordinentur : *in ſingulis Feriis ſextis & Sabbatis IV. Temporum.*

6. De Sanctitate Cleri, & de vocationis neceſſitate : *Hebd. IV. Adventûs.*

7. De Clericatu, ubi & de Tonſura, & Clericorum coma, habitu & cultu : *à Feſto S. Joannis 27. Decembris ad Epiph. Domini 6. Januarii.*

8. De Sacramento Matrimonii : *à die 7. Januarii ad Dominicam II. poſt Epiph.*

9. De Ordinibus in ſpecie: *à Dominica II. poſt Epiphaniam ad Domin. IV.*

10. De virtutibus quibus pollere debent Eccleſiæ Miniſtri, ac vitiis à Clero vitandis ; ubi de caſtitate, & mulierum frequentatione ; de ſobrietate, & ebrietate ; de paupertate, & avaritia ; de humilitate, & animi jactantia, de zelo, prudentia ; de ludis, ſpectaculis, &c. *à Dominica IV. poſt Epiphaniam ad Feriam quartam Cinerum.*

11. De jejunio & obſervantia Quadrageſimali ; *à Feria IV. Cinerum ad Dominicam I. in Quadrageſima.*

12. De Sacramento Pœnitentiæ, ejuſque partibus ; de officio & dotibus Confeſſariorum, necnon de caſibus reſervatis : *à Dominica I. in Quadrageſima ad Dominicam in Ramis Palmarum.*

13. De Communione Paſchali & ſancto Euchariſtiæ uſu : *à Dominica in Ramis Palmarum ad Dominicam in Albis depoſitis.*

14. De mediis ad obtinendam ſtatûs Clericalis perfectionem, ubi de oratione, Sacramentorum frequentatione, piiſque lectionibus & exercitiis : *à Feria II. poſt Dominicam in Albis ad Dominicam III. poſt Paſcha.*

15. De ſcientia Clericis neceſſaria & ſancto temporis uſu : *à Dominica III. poſt Paſcha ad Dominicam V.*

16. De Rogationibus & Litaniis : *à Dominica V. poſt Paſcha ad Aſcenſ. excluſivè.*

17. De Sacramento Baptiſmi, Patrinis, & Baptiſatorum obligationibus : *à craſtino Aſcenſ. Domini ad ejus diem Oct.*

18. De Sacramento Confirmationis : *à Feria VI. poſt*

Octavam Aſcenſionis ad Feſtum SS. Trinitatis.

19. De Extrema-Unctione; *à Feria II. poſt Feſtum SS. Trinitatis ad Solemnitatem SS. Euchariſtiæ.*

20. De Sacramento SS. Euchariſtiæ & Sacerdotio Chriſti: *in Solemnitate SS. Euchariſtiæ & per totam ejus Oct.*

21. De Sacrificio Miſſæ ritè celebrando & audiendo: *à Feria VI. poſt. Oct. SS. Euchariſtiæ ad Dominicam V. poſt Pentecoſten.*

22. De ſanctificatione diei Dominicæ & Feſtorum: *in ſingulis Dominicis à Dominica III. poſt Pentecoſten ad Adv.*

23. De muniis ab Epiſcopo obeundis, & Synodis ab eodem cogendis: *à Dominica V. poſt Pentecoſt. ad Domin. VII.*

24. De vita, moribus & officiis Canonicorum; ubi de recitatione publica Officii Divini, de Cantu Eccleſiaſtico, de Cantoribus, de reformatione Breviarii, de fundationibus, de reverentia in Eccleſiis: *à Dominica VII. poſt Pentecoſten ad Dominic. XIII.*

25. De vita, moribus & Officiis Parochorum & Vicariorum; ubi etiam de verbi divini prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, aliiſque eorumdem muneribus; de fidelium ſepultura, de reſidentia, de privata Officii Divini recitatione, &c. *à Dominica XIII. poſt Pentecoſten ad Dominicam XVIII.*

26. De Beneficiorum collatione, eorumdemque pluralitate; de bonorum Eccleſiæ uſu, de Simonia: *à Dominica XVIII. poſt Pentecoſten ad Dominicam XX.*

27. De Cæremoniis, de Organis; de Campanis & earum benedictione: *à Dominica XX. ad Dominicam XXI.*

28. De Oratoriis & Sacellis domeſticis; de Altaribus, eorumque Ornamentis: *à Dominica XXI. poſt Pentecoſten ad Dominicam XXII.*

29. De Cœmeteriis, ſepulturâ & exequiis Defunctorum: *à Dominica XXII. poſt Pentec. ad Dominicam XXIII.*

30. De Sanctorum invocatione, Reliquiis & Imaginibus; de Miraculis & Indulgentiis: *à Dominica XXIII. poſt Pentec. ad Dominic. XXIV.*

31. De Clericorum converſatione cum Laicis & Monialibus *à Dominica XXIV. poſt Pentec. ad Dominicam XXV.*

32. De Privilegio Cleri; de abſtinendo à judicibus criminalibus, de litibus vitandis & componendis: *à Domin. XXV. poſt Pent. ad Domin. XXVI.*

33. De ſubjectione Clericorum ſub Epiſcopo: *à Dominica XXVI. poſt Pentecoſten ad Dominicam XXVII.*

34. De Excommunicatione & Excommunicatis: *à Dominica XXVII. poſt Pentecoſten ad Dominic. XXVIII.*

35. De formandis junioribus Clericis, ubi de Seminariis: *à Dominica XXVIII. poſt Pentecoſten ad finem Hebdom.*

Hac in Canonum ſerie non comprehenduntur Solemnitates, Feſta & dies quæ proprios habent Canones ratione Myſteriorum aut peculiaris diſciplinæ.

PSALTERIUM



PSALTERIUM
DISPOSITUM
PER HEBDOMADAM.
PARS ÆSTIVA.

DOMINICA,
AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Ante Officium Nocturnum dicitur ſecretò:

PAter noſter, qui es in cœlis, ſanctificétur nomen tuum: advéniat regnum tuū: fiat volúntas tua ſicut in cœlo & in terra: panem noſtrum quotidiánum da nobis hódie: & dimitte nobis débita noſtra, ſicut & nos dimíttimus debitóribus noſtris: & ne nos indúcas in tentatiónem; ſed líbera nos à malo. Amen.

AVe, María, grátiâ plena, Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui Jeſus.

Sancta María, mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.

CRedo in Deum, Patrem omnipotentem, creatórem cœli & terræ: Et in Jeſum Chriſtum Fílium ejus únicum, Dóminum noſtrū: qui conceptus eſt de Spíritu ſancto, natus ex María Vírgine: paſſus ſub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus, & ſepultus: deſcendit ad ínferos: tértiâ die reſurrexit à mórtuis: aſcendit ad cœlos, ſedet ad déxtera Dei Patris omnipotentis: inde ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos. Credo in Spíritum ſanctum, ſanctam Eccléſiam cathólicā, Sanctórum communiónē, remiſſiónem peccatórum, carnis reſurrectiónem, vitam ætérnam. Amen.

Deinde altâ voce dicitur:

DOmine, lábia mea apéries; ℞. Et os meum annuntiábit laudem tuam. *Pſ.* 50. 17.

℣. Deus, in adjutórium meum inténde: ℞. Dómine, ad adjuvandum me feſtína. *Pſ.* 69. 2.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto,

Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſécula ſeculórum. Amen. Allelúia.

Sic dicitur Allelúia, *etiam ad alias Horas.*

Inv. Dóminum qui fecit nos, * Veníte, adorémus. *Repetitur*, Dóminum, qui fecit nos, * Veníte, adorémus.

PSALMUS 94.

Chriſtus Rex; ipſi parendum.

VEníte, exultémus Dómino, jubilémus Deo ſalutári noſtro: præoccupémus fáciem ejus in confeſſióne, & in pſalmis jubilémus ei.

Dñum qui fecit nos, * Veníte, adorémus.

Quóniam Deus magnus Dóminus, & rex magnus ſuper omnes deos: quóniam non repellet Dóminus plebem ſuam: quia in manu ejus ſunt omnes fines terræ, & altitúdines móntiũ ipſe cónſpicit.

* Veníte, adorémus.

Quóniam ipsíus eſt mare, & ipſe fecit illud, & áridam fundavérunt manus ejus: veníte, adorémus, & procidámus ante Deum: plorémus coram Dómino qui fecit nos, quia ipſe eſt Dñus Deus noſter; nos autem pópulus ejus, & oves páſcuæ ejus.

Dñum qui fecit nos, * Veníte, adorémus.

Hódie ſi vocem ejus audiéritis, nolíte obduráre corda veſtra, ſicut in exacerbatióne, ſecundùm diẽ tentatiónis in deſerto, ubi tentavérunt me patres veſtri, probavérunt & vidérunt ópera mea.

* Veníte, adorémus.

Quadraginta annis próximus fui generatióni huic, & dixi: Semper hi errant corde; ipſi verò non cognovérunt vias meas: quibus jurávi in ira mea, ſi introíbunt in réquiem meam.

Dñum qui fecit nos, * Veníte, adorémus.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto: Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſécula ſeculórum. Amen.

* Veníte, adorémus. *Repetitur*, Dóminum qui fecit nos, * Veníte, adorémus.

Hymnus.

DIE parente témporum,
Quo, numen extrà próferens,
Rerum pater, fonſque ómnium,
Orbem volendo prócreat:
Quo, morte victâ, Fílius
Frangit ſepulchri víncula;
Geſtitque donis Spíritus
Ditáre mentes ígneis:

CŒLESTIS adſit chá-
ritas,
Altis refúſa córdibus,
Quæ tanta totque múnera
Dignis celébret cánticis.

QUI me ſuprémi Nú-
minis,
Pater, creas imáginem,
Te mente totâ cógitem,
Te corde toto díligam.

CUJUS triumpho & fú-
nere
Mundo renáſcitur ſalus,
Fili, tibi fac cónſecrer
Amóris igne víctima.

CADENTE flammâ, qui
fidem
Firmas in orbe, Spíritus,
Sis lux perennis, flámmeo
Quâ te requíram péctore.

QUI nos creávit, laus
Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Beátus vir.

*Aſteriſcus hic * notat mediationem & pauſam.*

PSALMUS 1.

Beatitudo juſtorum, malorum calamitas.

BEátus vir qui non ábiit in conſílio impiórum, & in via peccatórum non ſtetit,* & in cáthedra peſtiléntiæ non ſedit:

Sed in lege Dómini volúntas ejus, * & in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantátum eſt ſecus decurſus aquárum, * quod fructum ſuũ dabit in témpore ſuo:

Et fólium ejus non défluet: * & ómnia quæcumque fáciet, proſperabuntur.

Non ſic ímpii, non ſic: * ſed tamquã pulvis quem prójicit ventus à fácie terræ.

Ideò non reſurgent ímpii in judício, * neque peccatóres in concílio juſtórum.

Quóniam novit Dóminus viam juſtórum, * & iter impiórum períbit.

Glória Patri, & Fílio, * & Spirítui ſancto:

Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, * & in ſécula ſeculórum. Amen.

Hi verſus Glória, *&* Sicut erat, *dicuntur in fine Pſalm. Diviſ. & Cantic. niſi aliter notetur.*

Ant. Beátus vir qui non ábiit in conſílio impiórum; ſed in lege Dómini meditábitur die ac nocte.

Ant. 2. D. Beáti omnes.

PSALMUS 2.

Chriſto fruſtrà principes populique adverſantur.

QUare fremuérũt gentes, * & pópuli meditáti ſunt inánia?

Aſtitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * adversùs Dóminum, & adversùs Chriſtum ejus.

Dirumpámus víncula eórum, * & projiciámus à nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cœlis, irridébit eos, * & Dóminus ſubſannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira ſua, * & in furóre ſuo conturbábit eos.

Ego autem conſtitútus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, * prædicans præceptũ ejus.

Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Póſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditátem tuam, * & poſſeſſiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * & tamquam vas fíguli confringes eos.

Et nunc, reges, intellígite: * erudímini, qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre, * & exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite diſciplínam, nequando iraſcátur Dóminus, * & pereátis de via juſta.

Cùm exárſerit in brevi ira ejus, * beáti omnes qui confídunt in eo.

Ant. Beáti omnes qui confídunt in eo.

Ant. 8. G. Dicunt.

PSALMUS 3.

Pia Juſti in pœnis querimonia.

DOmine, quid multiplicáti ſunt qui tríbulant me? * multi inſurgunt adversùm me.

Multi dicunt ánimæ meæ: * Non eſt ſalus ipſi in Deo ejus.

Tu autem, Dómine, ſuſceptor meus es, * glória mea, & exaltans caput meum.

Voce meâ ad Dóminum clamávi, * & exaudívit me de monte ſancto ſuo.

Ego dormívi, & ſoporátus ſum: * & exurrexi, quia Dñus ſuſcépit me.

Non timébo míllia pópuli circumdantis me: * exurge, Dómine; ſalvum me fac, Deus meus.

Quóniam tu percuſſiſti omnes adverſantes mihi ſine cauſa; * dentes peccatórum contriviſti.

Dómini eſt ſalus; * & ſuper pópulum tuum benedíctio tua.

Ant. Dicunt ánimæ meæ: Non eſt ſalus ipſi in Deo ejus; tu autem, Dñe, ſuſceptor meus es.

℣. Memor fui nocte nóminis tui, Dómine; ℟. Et cuſtodívi legem tuam. *Pſ.* 118. 55.

Poſt Verſiculum cujuſlibet Nocturni, dicitur ſe-

cretò : Pater noſter : *ſed altâ voce :* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem ; ℟. Sed líbera nos à malo.

Abſolutiones & Benedict. habentur poſt Pſalterium.

Lectiones cum Reſponſoriis, ut in Proprio.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Díligam te.

PSALMUS 17.

Gratiarum actio, pro victoriâ de Chriſti & Eccleſiæ inimicis habitâ.

DIligam te, Dómine, fortitúdo mea : * Dóminus firmamentum meum, & refúgium meum, & liberátor meus.

Deus meus, adjútor meus, * & ſperábo in eum.

Protector meus, & cornu ſalútis meæ, * & ſuſceptor meus.

Laudans invocábo Dóminum ; * & ab inimícis meis ſalvus ero.

Circumdedérunt me dolóres mortis : * & torrentes iniquitátis conturbavérunt me.

Dolóres inferni circumdedérunt me :* præoccupavérunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocávi Dóminum, * & ad Deum meum clamávi.

Et exaudívit de templo ſancto ſuo vocem meam : * & clamor meus in conſpectu ejus introívit in aures ejus.

Commóta eſt, & contrémuit terra : * fundamenta móntium conturbáta ſunt, & commóta ſunt ; quóniam irátus eſt eis.

Aſcendit fumus in ira ejus, & ignis à fácie ejus exarſit : * carbónes ſuccenſi ſunt ab eo.

Inclinávit cœlos, & deſcendit : * & calígo ſub pédibus ejus.

Et aſcendit ſuper Chérubim, & volávit : * volávit ſuper pennas ventórum.

Et póſuit ténebras latíbulum ſuum ; in circúitu ejus tabernáculum ejus : * tenebróſa aqua in núbibus áëris.

Præ fulgóre in conſpectu ejus nubes tranſiérunt, * grando & carbónes ignis.

Et intónuit de cœlo Dóminus, & Altíſſimus dedit vocem ſuam : * grando & carbónes ignis.

Et miſit ſagittas ſuas, & diſſipávit eos : * fúlgura multiplicávit, & conturbávit eos.

Et apparuérunt fontes aquárum, * & reveláta ſunt fundamenta orbis terrárum,

Ab increpatióne tua, Dómine, * ab inſpiratióne ſpíritûs iræ tuæ.

Ant. Díligam te, Dómine, fortitúdo mea, firmamentum meum, & refúgium meum.

Ant. 4. E. Ero immaculátus.

Diviſio Pſalmi 17.

MIſit de ſummo [Dóminus,] & accépit me, * & aſſumpſit me de aquis multis.

Erípuit me de inimícis meis fortíſſimis, & ab his qui odérunt me: * quóniam confortáti ſunt ſuper me.

Prævenérunt me in die afflictiónis meæ; * & factus eſt Dóminus protector meus.

Et eduxit me in latitúdinem: * ſalvum me fecit, quóniam vóluit me.

Et retríbuet mihi Dóminus ſecundùm juſtítiam meam, * & ſecundùm puritátem mánuum meárum retríbuet mihi.

Quia cuſtodívi vias Dómini, * nec ímpiè geſſi à Deo meo.

Quóniam ómnia judícia ejus in conſpectu meo, * & juſtítias ejus non répuli à me.

Et ero immaculátus cum eo, * & obſervábo me ab iniquitáte mea.

Et retríbuet mihi Dóminus ſecundùm juſtítiam meam, * & ſecundùm puritátem mánuum meárum in conſpectu oculórum ejus.

Cum ſancto ſanctus eris, * & cum viro innocente ínnocens eris;

Et cum electo electus eris, * & cum perverſo pervertéris.

Quóniam tu pópulum húmilem ſalvum fácies, * & óculos ſuperbórum humiliábis.

Quóniam tu illúminas lucernam meam, Dómine: * Deus meus, illúmina ténebras meas.

Quóniam in te erípiar à tentatióne; * & in Deo meo tranſgrédiar murum.

Ant. Ero immaculátus cum Deo meo, & obſervábo me ab iniquitáte mea.

Ant. 7. a. Déxtera tua.

Altera diviſio Pſal. 17.

DEus meus, impollúta via ejus; elóquia Dómini igne examináta: * protector eſt ómnium ſperántium in ſe.

Quóniam quis Deus præter Dóminum? * aut quis Deus præter Deum noſtrum?

Deus qui præcinxit me virtúte, * & póſuit immaculátam viam meam.

Qui perfécit pedes meos tamquam cervórum, * & ſuper excelſa ſtátuens me;

Qui docet manus meas ad prælium: * & poſuiſti,

ut arcum æreum, bráchia mea,

Et dediſti mihi protectiónem ſalútis tuæ: * & déxtera tua ſuſcépit me.

Et diſciplína tua correxit me in finem: * & diſciplína tua ipſa me docébit.

Dilataſti greſſus meos ſubtus me, * & non ſunt infirmáta veſtígia mea.

Pérſequar inimícos meos, & comprehendam illos: * & non convertar donec deficiant.

Confringam illos, nec póterunt ſtare: * cadent ſubtus pedes meos.

Et præcinxiſti me virtúte ad bellum, * & ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.

Et inimícos meos dediſti mihi dorſum, * & odientes me diſperdidiſti.

Clamavérunt, nec erat qui ſalvos fáceret; * ad Dóminum, nec exaudívit eos.

Et commínuam eos ut púlverem ante fáciem venti: * ut lutum plateárum delébo eos.

Erípies me de contradictiónibus pópuli: * conſtitues me in caput géntium.

Pópulus quem non cognóvi, ſervívit mihi: * in audítu auris obedívit mihi.

Fílii aliéni mentíti ſunt mihi, * fílii aliéni inveteráti ſunt, & claudicavérunt à ſémitis ſuis.

Vivit Dóminus, & benedictus Deus meus: * & exaltétur Deus ſalútis meæ.

Deus, qui das vindíctas mihi, & ſubdis pópulos ſub me, * liberátor meus de inimícis meis iracundis.

Et ab inſurgéntibus in me exaltábis me: * à viro iníquo erípies me.

Proptérea confitébor tibi in natiónibus, Dómine; * & nómini tuo pſalmum dicam.

Magníficans ſalútes regis ejus, & fáciens miſericórdiam chriſto ſuo David, * & sémini ejus uſque in séculum.

Ant. Déxtera tua ſuſcépit me, Dómine; & diſciplína tua ipſa me docébit.

℣. Legem tuam, Dñe, non ſum oblítus: ℟. Média nocte ſurgébam ad confitendum tibi. *Pſ.* 118. 61. 62.

Pater noſter.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. a. In Deo.

PSALMUS 27.

Petit Juſtus ne cum impiis pereat.

AD te, Dómine, clamábo: Deus meus, ne síleas à me: * nequando táceas

à me, & aſſimilábor deſcendéntibus in lacum.

Exaudi, Dómine, vocem deprecatiónis meæ, dum oro ad te, * dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum.

Ne ſimul trahas me cum peccatóribus ; * & cum operántibus iniquitátem ne perdas me :

Qui loquuntur pacem cum próximo ſuo, * mala autem in córdibus eórum.

Da illis ſecundùm ópera eórum, * & ſecundùm nequítiam adinventiónũ ipſórum.

Secundùm ópera mánuum eórum tríbue illis ; * redde retributiónem eórum ipſis.

Quóniam non intellexérunt ópera Dómini : & in ópera mánuum ejus * déſtrues illos, & non ædificábis eos.

Benedictus Dóminus, * quóniam exaudívit vocem deprecatiónis meæ.

Dóminus adjútor meus, & protector meus : * in ipſo ſperávit cor meum, & adjútus ſum.

Et refloruit caro mea, * & ex voluntáte mea confitébor ei.

Dóminus fortitúdo plebis ſuæ, * & protector ſalvatiónum chriſti ſui eſt.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, & bénedic hæreditáti tuæ; * & rege eos, & extolle illos uſque in æternum.

Ant. In Deo ſperávit cor meum, & adjútus ſum; & ex voluntáte mea confitébor ei.

Ant. 7. d. Ad te, Dómine.

PSALMUS 29.

Poſt multa pericula, gratiarum actio : Reſurrectio Chriſti.

EXaltábo te, Dómine, quóniam ſuſcepiſti me, * nec delectaſti inimícos meos ſuper me.

Dómine Deus meus, clamávi ad te, * & ſanaſti me.

Dómine, eduxiſti ab inferno ánimam meam : * ſalvaſti me à deſcendéntibus in lacum.

Psállite Dómino, ſancti ejus, * & confitémini memóriæ ſanctitátis ejus :

Quóniam ira in indignatióne ejus, * & vita in voluntáte ejus.

Ad véſperum demorábitur fletus, * & ad matutínum lætítia.

Ego autem dixi in abundántia mea : * Non movébor in æternum.

Dómine, in voluntáte tua * præſtitiſti decóri meo virtútem.

Avertiſti fáciem tuam à me, * & factus ſum conturbátus.

Ad te, Dómine, cla-

mábo, * & ad Deum meum deprecábor.

Quæ utílitas in ſánguine meo, * dum deſcendo in corruptiónem?

Numquid confitébitur tibi pulvis, * aut annuntiábit veritátem tuam?

Audívit Dóminus, & miſertus eſt meî: * Dóminus factus eſt adjútor meus.

Convertiſti planctum meum in gáudium mihi: * conſcidiſti ſaccum meũ, & circumdediſti me lætítiâ;

Ut cantet tibi glória mea, & non compungar: * Dómine Deus meus, in æternum confitébor tibi.

Ant. Ad te, Dómine, clamábo, & ad Deum meum deprecábor.

Ant. 5. a. Veníte.

PSALMUS 65.

Deus laudandus adorandusque propter innumera ejus beneficia.

JUbiláte Deo, omnis terra, pſalmum dícite nómini ejus, * date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo: Quàm terribília ſunt ópera tua, Dómine! * in multitúdine virtútis tuæ mentientur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, & pſallat tibi; * pſalmum dicat nómini tuo.

Veníte, & vidéte ópera Dei, * terríbilis in conſíliis ſuper filios hóminũ.

Qui convertit mare in áridam; in flúmine pertransíbunt pede: * ibi lætábimur in ipſo,

Qui dominátur in virtúte ſua in æternum; óculi ejus ſuper gentes reſpíciunt; * qui exáſperant, non exaltentur in ſemetipſis.

Benedícite, gentes, Deum noſtrum; * & audítam fácite vocem laudis ejus,

Qui póſuit ánimam meam ad vitam, * & non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probaſti nos, Deus; * igne nos examinaſti, ſicut examinátur argentum.

Induxiſti nos in láqueum, poſuiſti tribulatiónes in dorſo noſtro; * impoſuiſti hómines ſuper cápita noſtra.

Transívimus per ignem & aquam; * & eduxiſti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuã in holocauſtis; * reddam tibi vota mea, quæ diſtinxérunt lábia mea.

Et locútum eſt os meum * in tribulatióne mea.

Holocauſta medulláta ófferam tibi cum incenſo aríetum; * ófferam tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, & nar-

rábo, omnes qui timétis Deum, * quanta fecit ánimæ meæ.

Ad ipſum ore meo clamávi, * & exaltávi ſub lingua mea.

Iniquitátem ſi aſpexi in corde meo, * non exáudiet Dóminus.

Proptérea exaudívit Deus, * & attendit voci deprecatiónis meæ.

Benedictus Deus, * qui non amóvit oratiónem meam, & miſericórdiam ſuam à me.

Ant. Veníte, audíte, & narrábo quanta fecit ánimæ meæ.

℣. Deum exquiſívi mánibus meis nocte;

℟. Et non ſum deceptus. *Pſ. 76. 3.*

Pater noſter.

Poſt ultimum Reſponſorium dicitur:

TE Deum laudámus, * te Dóminum confitémur.

Te æternum Patrem * omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli, * tibi cœli, & univerſæ poteſtátes;

Tibi Chérubim & Séraphim * inceſſábili voce proclámant:

Sanctus,

Sanctus,

Sanctus,

Dñs Deus Sábaoth.

Pleni ſunt cœli & terra * majeſtátis glóriæ tuæ.

Te glorióſus * Apoſtolórum chorus,

Te Prophetárum * laudábilis númerus,

Te Mártyrum candidátus * laudat exércitus.

Te per orbem terrárum * ſancta confitétur Eccléſia,

Patrem * immenſæ majeſtátis:

Venerandum tuum verum, * & únicum Fílium,

Sanctum quoque * paraclétum Spíritum.

Tu Rex glóriæ, * Chriſte:

Tu Patris * ſempitérnus es Fílius:

Tu, ad liberandum ſuſceptúrus hóminem, * non horruiſti Vírginis úterum:

Tu, devicto mortis acúleo, * aperuiſti credéntibus regna cœlórum:

Tu ad déxteram Dei ſedes, * in glória Patris.

Judex créderis * eſſe ventúrus.

Te ergo, quæſumus, fámulis tuis ſúbveni, * quos pretióſo ſánguine redemiſti.

Ætérnâ fac * cum ſanctis tuis in glóriâ numerári.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, * & bénedic hæreditáti tuæ.

Et rege eos, * & extolle illos uſque in æternum.

Per ſingulos dies * benedícimus te;

Et laudámus nomen

tuum in ſéculum, * & in ſéculum ſéculi.

Dignáre, Dómine, die iſto * ſine peccáto nos cuſtodíre.

Miſerére noſtrî, Dómine, * miſerére noſtrî.

Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, * quemádmodum ſperávimus in te.

In te, Dómine, ſperávi; * non confundar in ætemum.

Si non continuò ſequantur Laudes, hîc dicitur: Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo. Orémus. *deinde Oratio propria, cum integra concluſione. Et tunc ante Laudes dicitur ſecretò* Pater *&* Ave.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Anima mea exultábit in Dómino; ℟. Et delectábitur ſuper ſalutári ſuo. *Pſ.* 34. 9.

DEus, in adjutórium meũ intende: ℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtína. *Pſ.* 69. 2. Glória.

Ant. 8. G. Deus.

PSALMUS 62.

Eccleſiæ ſolatium, in deſerto hujus ſeculi.

DEus, Deus meus, * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea: * quàm multiplíciter tibi caro mea.

In terra deſerta, & ínvia, & inaquóſa, ſic in ſancto appárui tibi, * ut vidérem virtútem tuam & glóriam tuam.

Quóniam mélior eſt miſericórdia tua ſuper vitas: * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea, * & in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea, * & lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tuî ſuper ſtratum meum, in matutínis meditábor in te, * quia fuiſti adjútor meus;

Et in velamento alárum tuárum exultábo: adhæſit ánima mea poſt te: * me ſuſcépit déxtera tua.

Ipſi verò in vanum quæſiérunt ánimam meam; introíbunt in inferióra terræ, * tradentur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex verò lætábitur in Deo; laudabuntur omnes qui jurant in eo: * quia obſtructum eſt os loquéntium iníqua.

Ant. Deus, Deus meus, ad te de luce vígilo: ſitívit in te ánima mea.

Ant. 1. a. Exultent.

PSALMUS 69.

Juſtus ſibi opem precatur.

DEus, in adjutórium meum intende: * Dómine, ad adjuvandum me feſtína.

Confundantur, & reve-

reantur, * qui quærunt ánimam meam.

Avertantur retrorsùm, & erubeſcant,* qui volunt mihi mala.

Avertantur ſtatim erubeſcentes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te; * & dicant ſemper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt ſalutáre tuum.

Ego verò egénus & pauper ſum; * Deus, ádjuva me.

Adjútor meus & liberátor meus es tu; * Dómine, ne moréris.

Ant. Exultent & læteníur in te, qui díligunt ſalutáre tuum, Dómine.

Ant. 5. C. Ipſe.

PSALMUS 99.

Ad Dei laudes & cultum adhortatio.

JUbiláte Deo, omnis terra: * ſervíte Dómino in lætítia.

Introíte in conſpectu ejus * in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipſe eſt Deus; * ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Pópulus ejus, & oves páſcuæ ejus, introíte portas ejus in confeſſióne, átria ejus in hymnis: * confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, quóniam ſuávis eſt Dóminus, in æternum miſericórdia ejus, * & uſque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.

Ant. Ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Ant. 4. E. Benedictus es.

Cantic. trium puerorum. Dan. 3.

BEnedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino: * laudáte & ſuperexaltáte eum in ſécula.

Benedícite, Angeli Dómini, Dómino: * benedícite, cœli, Dómino.

Benedícite, aquæ, omnes quæ ſuper cœlos ſunt, Dómino: * benedícite, omnes virtútes Dómini, Dómino.

Benedícite, ſol & luna, Dómino; * benedícite, ſtellæ cœli, Dómino.

Benedícite, omnis imber & ros, Dómino: * benedícite, omnes ſpíritus Dei, Dómino.

Benedícite, ignis & æſtus, Dómino: * benedícite, frigus & æſtus, Dómino.

Benedícite, rores & pruína, Dómino: * benedícite, gelu & frigus, Dómino.

Benedícite, glácies & nives, Dómino: * benedícite, noctes & dies, Dómino.

Benedícite, lux & ténebræ, Dómino: * benedícite, fúlgura & nubes, Dómino.

Benedícat terra Dómi-

num; * laudet & ſuper-exaltet eum in ſécula.

Benedícite, montes & colles, Dómino: * benedícite, univerſa germinántia in terra, Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino: * benedícite, mária & flúmina, Dómino.

Benedícite, cete & ómnia quæ moventur in aquis, Dómino: * benedícite, omnes vólucres cœli, Dómino.

Benedícite, omnes béſtiæ & pécora, Dómino: * benedícite, filii hóminum, Dómino.

Benedícat Iſrael Dóminum; * laudet & ſuper-exaltet eum in ſécula.

Benedícite, ſacerdótes Dómini, Dómino: * benedícite, ſervi Dñi, Dño.

Benedícite, ſpíritus & ánimæ juſtórum, Dómino; * benedícite, ſancti & húmiles corde, Dño.

Benedícite, Anánia, Azária, Míſael, Dómino; * laudáte & ſuper-exaltáte eum in ſécula.

Hîc, loco Glória Patri, *dicitur*:

Benedicámus Patrem, & Fílium, cum ſancto Spíritu; * laudémus & ſuper-exaltémus eum in ſécula.

Benedictus es, Dómine, in firmamento cœli; * & laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in ſécula.

Ant. Benedictus es, Dómine, in throno regni tui, & ſuperlaudábilis, & ſuperexaltátus in ſécula.

Ant. 7. d. Hymnus.

PSALMUS 148.

Omnium creaturarum ad Deum laudandum invitatio.

Laudáte Dóminum de cœlis: * laudáte eum in excelſis.

Laudáte eum, omnes Angeli ejus: * laudáte eum, omnes virtútes ejus.

Laudáte eum, ſol & luna: * laudáte eum, omnes ſtellæ & lumen.

Laudáte eum, cœli cœlórum; * & aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Dómini;

Quia ipſe dixit, & facta ſunt; * ipſe mandávit, & creáta ſunt.

Státuit ea in ætcrnum, & in ſéculum ſéculi: * præceptum póſuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum, de terra: * dracónes, & omnes abyſſi;

Ignis, grando, nix, glácies, ſpíritus procellárum, * quæ fáciunt verbum ejus;

Montes, & omnes colles, * ligna fructífera, & omnes cedri:

Beſtiæ, & univerſa pécora, * ſerpentes, & vólucres pennátæ:

Reges terræ, & omnes

pópuli; * príncipes, & omnes júdices terræ:

Júvenes & vírgines, ſenes cum junióribus, laudent nomen Dñi: * quia exaltátum eſt nomen ejus ſolíus.

Conféſſio ejus ſuper cœlum & terram: * & exaltávit cornu pópuli ſui.

Hymnus ómnibus ſanctis ejus, * filiis Iſraël, pópulo appropinquanti ſibi.

Ant. Hymnus ómnibus ſanctis ejus, filiis Iſraël, pópulo appropinquanti ſibi.

Capitulum. Deut. 6. 4-7.

AUdi, Iſrael: Dñs Deus noſter, Dñs unus eſt: Díliges Dñm Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua, & ex tota fortitúdine tua; eruntque verba hæc in corde tuo: & meditáberis in eis ſedens in domo tua, & ámbulans in itínere, dórmiens atque conſurgens.

℟. Deo grátias.

Sic reſpondetur in fine omnium Capitulorum.

Hymnus.

AUTHORIS in laudem ſui
Natúra tota pérſonet;
Hunc terra, pontus, ſídera,
Suis canant præcóniis.

TE, Chriſte, laudet fúneris
Homo ſolútus vínculis,
Sibíque plaudat ſúrgere
Quo te triumpho ſúſcitas.

LAUS par decet te, Spíritus,
Qui legis author ígneæ,
Puris quiéſcis córdibus,
Lucens & ardens íncola.

IN filiis quos & ſinu
Almo foves & grátiâ,
Paſcente corda flámine
Quantos amóres éxcitas!

O JURE qui tuo, Deus,
Hanc víndicas diem tibi,
Lucis ſacræ fac ſíngula
Momenta fervor ímpleat.

TU, quos ſacráſti, Cháritas,
Aquis, amóre cónſecra:
Sic númini nos, áltero
Partu, redóna filios.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Manè aſtábo tibi, Dñe, & vidébo; ℟. Quóniam non Deus volens iniquitátem tu es. *Pſ.* 5. 5.

Antiph. ut in Proprio.

Cantic. Zachariæ. Luc. 1.

BEnedictus Dñs Deus Iſrael, * quia viſitávit, & fecit redemptiónem plebis ſuæ.

Et erexit cornu ſalútis nobis, * in domo David púeri ſui.

Sicut locútus eſt per os ſanctórum, * qui à ſéculo ſunt, Prophetárum ejus,

Salútem ex inimícis noſtris, * & de manu ómnium qui odérunt nos.

Ad faciendam miſericórdiam cum pátribus noſtris, * & memorári teſtamenti ſui ſancti :

Jusjurandum quod jurávit ad Abraham patrem noſtrũ,* datúrum ſe nobis;

Ut ſine timóre, de manu inimicórum noſtrórum liberáti, * ſerviámus illi,

In ſanctitáte & juſtítia coram ipſo,* ómnibus diébus noſtris.

Et tu, puer, Prophéta Altíſſimi vocáberis : * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus,

Ad dandam ſciéntiam ſalútis plebi ejus, * in remiſſiónem peccatórum eórũ,

Per víſcera misericórdiæ Dei noſtri, * in quibus viſitávit nos Oriens ex alto,

Illumináre his qui in ténebris & in umbra mortis ſedent, * ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

Glória Patri.

Ant. & Oratio, ut in Proprio; poſteà dicitur :

Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Fit commemoratio de ſemiduplici aut ſimplici, ſi occurrat.

Deinde de Beata.

Ant. Beáta Dei génitrix María, Virgo perpétua, templum Dómini, ſacrárium Spíritûs ſancti, ſola ſine exemplo placuiſti Dño noſtro Jeſu Chriſto.

℣. Elégit eam Dóminus, ℟. In habitatiónem ſibi. *Pſ.* 131. 13.

Orémus.

PRótege, Dómine, fámulos tuos ſubsídiis pacis ; & Beátæ Maríæ ſemper vírginis patrocíniis confidentes, à cunctis hóſtibus & perículis redde ſecúros ; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Sic terminatur Oratio prima & ultima.

Ubi Sancta Maria non eſt Patrona, fit de Patrono Eccleſiæ titulari commemoratio per Ant. ℣. *& Orationem.*

Deinde repetitur Dóminus vobiſcum, &c. *&* Benedicámus, &c.

Poſt quamlibet Horam, ſi aliud Officium non ſequatur, dicitur ſecretò : Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace. Amen.

Deinde Pater noſter.

AD PRIMAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

JAM lucis orto sídere,
Deum precémur ſúpplices,

Præſens benigno númine,
Noſtros ut actus dírigat.
Nil lingua peccet, nil manus;
Nil mens ináne cógitet:
In ore ſimplex véritas,
In corde regnet cháritas.
Incœpta dùm fluet dies,
O Chriſte, ſis cuſtos vigil:
Da mente ſcire quod doces,
Da corde, quod jubes, ſequi.
Tu ſpes ſalútis, áctuum
Tu finis & primórdium:
Te, proſequámur, áuſpice,
Quæ, te favente, cœpimus.
Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Ant. 7. *d.* In toto corde.

PSALMUS 117.

Gratias agit Eccleſia, quòd poſt tot rerum diſcrimina, ſalutem & Chriſtum ſit conſecuta.

Confitémini Dómino, quóniam bonus: * quóniam in ſéculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Iſraël, quóniam bonus, * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron, * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum, * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum, * & exaudívit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor: * non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor: * & ego deſpíciam inimícos meos.

Bonum eſt confídere in Dómino, * quàm confídere in hómine.

Bonum eſt ſperáre in Dómino, * quàm ſperáre in princípibus.

Omnes gentes circuiérunt me; * & in nómine Dñi quia ultus ſum in eos.

Circumdantes circumdedérunt me; * & in nómine Dómini quia ultus ſum in eos.

Circumdedérunt me ſicut apes, & exarſérunt ſicut ignis in ſpinis; * & in nómine Dómini quia ultus ſum in eos.

Impulſus, everſus ſum ut cáderem, * & Dóminus ſuſcépit me.

Fortitúdo mea, & laus mea Dóminus, * & factus eſt mihi in ſalútem.

Vox exultatiónis & ſalútis * in tabernáculis juſtórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me, * déxte-

ra Dómini fecit virtútem.

Non móriar, ſed vivam; * & narrábo ópera Dómini.

Caſtígans caſtigávit me Dóminus: * & morti non trádidit me.

Aperíte mihi portas juſtítiæ, ingreſſus in eas, confitébor Dómino; * hæc porta Dómini, juſti intrábunt in eam.

Confitébor tibi, quóniam exaudiſti me, * & factus es mihi in ſalútem.

Lápidem quem reprobavérunt ædificantes, * hic factus eſt in caput ánguli.

A Dómino factum eſt iſtud, * & eſt mirábile in óculis noſtris.

Hæc eſt dies quam fecit Dóminus: * exultémus & lætémur in ea.

O Dómine, ſalvum me fac; ô Dómine, bene proſperáre: * benedictus qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini: * Deus Dóminus, & illuxit nobis.

Conſtitúite diem ſolemnem in condenſis, * uſque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitébor tibi; * Deus meus es tu, & exaltábo te.

Confitébor tibi, quóniam exaudiſti me, * & factus es mihi in ſalutem.

Confitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

PSALMUS 118.

Mandata Dei menti ſemper obverſanda.

BEáti immaculáti in via, * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui ſcrutantur teſtimónia ejus, * in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operantur iniquitátem, * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandaſti * mandáta tua cuſtodíri nimis.

Utinam dirigantur viæ meæ * ad cuſtodiendas juſtificatiónes tuas!

Tunc non confundar, * cùm perſpéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis; * in eo quòd dídici judícia juſtítiæ tuæ.

Juſtificatiónes tuas cuſtódiam; * non me derelinquas uſquequáque.

In quo córrigit adoleſcéntior viam ſuam? * in cuſtodiendo ſermónes tuos.

In toto corde meo exquiſívi te: * ne repellas me à mandátis tuis.

In corde meo abſcondi elóquia tua, * ut non peccem tibi.

Benedictus es, Dómine: * doce me juſtificatiónes tuas.

In lábiis meis * pronun-

tiávi ómnia judícia oris tui.

In via teſtimoniórum tuórum delectátus ſum, * ſicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercébor, * & conſiderábo vias tuas.

In juſtificatiónibus tuis meditábor; * non oblivíſcar ſermónes tuos.

Diviſio Pſalmi 118.

RETríbue ſervo tuo, vivífica me; * & cuſtódiam ſermónes tuos.

Revéla óculos meos, * & conſiderábo mirabília de lege tua.

Incola ego ſum in terra, * non abſcondas à me mandáta tua.

Concupívit ánima mea deſideráre juſtificatiónes tuas * in omni témpore.

Increpaſti ſuperbos: * maledicti qui declínant à mandátis tuis.

Aufer à me oppróbrium & contemptum; * quia teſtimónia tua exquiſívi.

Etenim ſedérunt príncipes, & adversùm me loquebantur: * ſervus autem tuus exercebátur in juſtificatiónibus tuis.

Nam & teſtimónia tua meditátio mea eſt, * & consílium meum juſtificatiónes tuæ.

Adhæſit pavimento ánima mea, * vivífica me ſecundùm verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, & exaudiſti me: * doce me juſtificatiónes tuas.

Viam juſtificatiónum tuárum ínſtrue me: * & exercébor in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tædio: * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove à me, * & de lege tua miſerére meî.

Viam veritátis elégi, * judícia tua non ſum oblítus.

Adhæſi teſtimóniis tuis, Dómine: * noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucurri, * cùm dilataſti cor meum.

In feſto SS. Trinitatis, & in omnibus Dominicis, niſi aliter notetur, dicitur Symbolum ſequens.

QUicumque vult ſalvus eſſe, * ante ómnia opus eſt ut téneat cathólicam fidem:

Quam niſi quiſque íntegram inviolátamque ſerváverit, * abſque dúbio in æternum peribit.

Fides autem cathólica hæc eſt, * ut unum Deum in Trinitáte, & Trinitátem in Unitáte venerémur;

Neque confundentes perſónas, * neque ſubſtántiam ſeparantes.

Alia eſt enim perſóna Patris, ália Fílii, * ália Spíritûs ſancti.

Sed Patris, & Filii, & Spíritûs ſancti una eſt divínitas, * æquális glória, coætérna majeſtas.

Qualis Pater, talis Fílius, * talis Spíritus ſanctus.

Increátus Pater, increátus Fílius, * increátus Spíritus ſanctus.

Immenſus Pater, immenſus Fílius, * immenſus Spíritus ſanctus.

Æternus Pater, æternus Fílius, * æternus Spíritus ſanctus.

Et tamen non tres ætérni, * ſed unus ætérnus.

Sicut non tres increáti, nec tres immenſi, * ſed unus increátus, & unus immenſus.

Simíliter omnípotens Pater, omnípotens Fílius, * omnípotens Spíritus ſanctus;

Et tamen non tres omnipotentes, * ſed unus omnípotens.

Ita Deus Pater, Deus Fílius, * Deus Spíritus ſanctus;

Et tamen non tres dii, * ſed unus eſt Deus.

Ita Dóminus Pater, Dóminus Fílius, * Dóminus Spíritus ſanctus;

Et tamen non tres dómini, * ſed unus eſt Dóminus.

Quia ſicut ſingillátim unamquamque perſónam, Deum ac Dóminum confitéri chriſtiánâ veritáte compéllimur: * ita tres deos aut dóminos dícere cathólicâ religióne prohibémur.

Pater à nullo eſt factus, * nec creátus, nec génitus.

Fílius à Patre ſolo eſt, * non factus, nec creátus, ſed génitus.

Spíritus ſanctus à Patre & Fílio, * non factus, nec creátus, nec génitus, ſed procédens.

Unus ergo Pater, non tres patres: unus Fílius, non tres filii: * unus Spíritus ſanctus, non tres ſpíritus ſancti.

Et in hac Trinitáte nihil prius aut poſtérius, nihil majus aut minus; * ſed totæ tres perſónæ coætérnæ ſibi ſunt & coæquáles.

Ita ut per ómnia, ſicut jam ſuprà dictum eſt, * & Unitas in Trinitáte, & Trínitas in Unitáte veneranda ſit.

Qui vult ergo ſalvus eſſe, * ita de Trinitáte ſéntiat.

Sed neceſſárium eſt ad ætérnam ſalútem, * ut Incarnatiónem quoque Dómini noſtri Jeſu Chriſti fidéliter credat.

Eſt ergo fides recta, ut credámus & confiteámur, * quia Dóminus noſter Jeſus Chriſtus Dei Fílius, Deus & homo eſt.

Deus eſt ex ſubſtántia Patris ante ſécula génitus,

* & homo eſt ex ſubſtántia matris in ſéculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo; * ex ánima rationáli, & humánâ carne ſubſiſtens.

Æquális Patri ſecundùm divinitátem, * minor Patre ſecundùm humanitátem.

Qui licet Deus ſit & homo, * non duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus.

Unus autem non converſióne divinitátis in carnem, * ſed aſſumptióne humanitátis in Deum.

Unus omnínò non confuſióne ſubſtántiæ, * ſed unitáte perſónæ.

Nam ſicut ánima rationális & caro, unus eſt homo; * ita Deus & homo unus eſt Chriſtus,

Qui paſſus eſt pro salúte noſtra, deſcendit ad ínferos, * tértiâ die reſurrexit à mórtuis:

Aſcendit ad cœlos, ſedet ad déxteram Dei Patris omnipotentis; * inde ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos:

Ad cujus adventum omnes hómines reſúrgere habent cum corpóribus ſuis, * & redditúri ſunt de factis própriis ratiónem:

Et qui bona egérunt, ibunt in vitam æternam; * qui verò mala, in ignem æternum.

Hæc eſt fides cathólica; * quam niſi quiſque fidéliter firmiterque credíderit, ſalvus eſſe non póterit.

Ant. In toto corde meo exquisívi te, Dómine: doce me juſtificatiónes tuas. *Pſ.* 118. 10. 12.

Capitul. Epheſ. 5. 8-10.

ERátis aliquandò ténebræ; nunc autem lux in Dómino. Ut fílii lucis ambuláte; fructus enim lucis eſt in omni bonitáte, & juſtítia, & veritáte: probantes quid ſit beneplácitum Deo.

℟. *breve.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. *Repet.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nobis.
℣. Qui ſedes ad ddexteram Patris, [*Hic verſus quandoque mutandus eſt, ut notatur in Proprio.*] * Miſerére nobis. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. *Repet.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. *Matth.* 16. 16. *Tob.* 8. 10. *Hebr.* 1. 3.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43. 26.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DOmine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos perveníre feciſti, tuâ nos hódie ſalva virtúte; ut ad

nullum declinémus peccátum, ſed ſemper ad tuam juſtítiam faciendam noſtra procédant elóquia, dirigantur cogitatiónes & ópera; Per Dóminum noſtrũ Jeſum Chriſtum, &c.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dño. ℟. Deo grátias.

AD OFFIC. CAPITULI.

Primò fit lectio Martyrologii, in cujus fine nihil reſpondetur, ſed ſtatim Hebdomadarius dicit:

℣. Pretióſa in conſpectu Dómini, ℟. Mors ſanctórum ejus. *Pſ.* 115. 6.

SAncta María, & omnes ſancti intercédant pro nobis ad Dóminum; ut nos mereámur ab eo adjuvári & ſalvári, qui vivit & regnat in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

℣. Deus, in adjutórium meum intende: ℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtína. *Pſ.* 69. 2.

℣. Deus, in adjutórium meum intende: ℟. Dñe, ad adjuvandum me feſtína.

℣. Deus, in adjutórium meum intende: ℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtína. Glória Patri, & Filio, & Spirítui ſancto: Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſécula ſeculórum. Amen. Kyrie, eléiſon. Chriſte, eleiſon. Kyrie, eléiſon. *Secretò*, Pater. *Altâ voce*, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Réſpice in ſervos tuos, Dómine, & in ópera tua; & dírige filios eórum: ℟. Et ſit ſplendor Dómini Dei noſtri ſuper nos; & ópera mánuum noſtrárum dírige ſuper nos, & opus mánuum noſtrárũ dírige. *Pſ.* 89. 16. 17. Glória Patri.

Orémus.

DIrígere & ſanctificáre, régere & gubernáre dignáre, Dómine Deus, Rex cœli & terræ, hódie corda & córpora noſtra, ſenſus, ſermónes & actus noſtros, in lege tua, & in opéribus mandatórum tuórum; ut hîc, & in æternum, te auxiliante, ſalvi & líberi eſſe mereámur, Salvátor mundi; Qui vivis & regnas in ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Lector, Jube, domne, benedícere. *Bened.* Det Dóminus leges ſuas in mentem noſtram, & in corde noſtro ſuperſcríbat eas. ℟. Amen. *Hebr.* 8. 10.

Tunc fit lectio Canonis qui pro ſingulis diebus habetur ſuo loco, in cujus fine dicitur: Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

Poſt Lectionem, Hebdomadarius dicit : Adjutórium noſtrum in nómine Dómini, ℟. Qui fecit cœlum & terram. *Pſ.* 123. 8.

Submiſſiori voce dicit : Benedícite. *Lector verſus ad eum :* Deus. *Hebdomadarius :* Dñs nos benedícat, & ab omni malo defendat, & perdúcat ad vitam æternam. *Lector.* Amen.

Secretò. Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

AD TERTIAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

O Fons amóris, Spíritus,
O dulce lumen méntium;
Sacras refúſus íntimis
Accende flammas córdibus.

Qui cháritas & vínculũ,
Cum Patre nectis Fílium,
Et nos amóris mútui
Fac ſancta jungant víncula.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Ant. 6. C. Da mihi.

EX PSALMO 118.

Vitia per legem fugienda.

Legem pone mihi, Dómine, viam juſtificatiónum tuárum, * & exquíram eam ſemper.

Da mihi intelléctum, & ſcrutábor legem tuam; * & cuſtódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in ſémitam mandatórum tuórum, * quia ipſam vólui.

Inclína cor meum in teſtimónia tua, * & non in avarítiam.

Averte óculos meos ne vídeant vanitátem : * in via tua vivífica me.

Státue ſervo tuo elóquium tuum * in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum quod ſuſpicátus ſum, * quia judícia tua jucunda.

Ecce concupívi mandáta tua : * in æquitáte tua vivífica me.

Et véniat ſuper me miſericórdia tua, Dómine, * ſalutáre tuum ſecundùm elóquium tuum.

Et reſpondébo exprobrántibus mihi verbum, * quia ſperávi in ſermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis uſquequáque, * quia in judíciis tuis ſuperſperávi.

Et cuſtódiam legem tuã ſemper, * in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.

Et ambulábam in latitúdine, * quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar de teſtimóniis tuis in conſpectu re-

gum, * & non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis, * quæ dilexi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua quæ dilexi, * & exercébar in juſtificatiónibus tuis.

Diviſio Pſalmi 118.
Habenda legis divinæ memoria.

MEmor eſto verbi tui ſervo tuo, * in quo mihi ſpem dediſti.

Hæc me conſoláta eſt in humilitáte mea, * quia elóquium tuum vivificávit me.

Superbi iníquè agébant uſquequáque; * à lege autem tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuórum à ſéculo, Dómine; * & conſolátus ſum.

Deféctio ténuit me *, pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant juſtificatiónes tuæ, * in loco peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui, Dómine; * & cuſtodívi legem tuam.

Hæc facta eſt mihi, * quia juſtificatiónes tuas exquisívi.

Pórtio mea, Dómine: * dixi cuſtodíre legem tuā.

Deprecátus ſum fáciem tuam in toto corde meo; * miſerére meî ſecundùm elóquium tuum.

Cogitávi vias meas, * & converti pedes meos in teſtimónia tua.

Parátus ſum, & non ſum turbátus, * ut cuſtódiam mandáta tua.

Funes peccatórum circumplexi ſunt me; * & legem tuā non ſum oblítus.

Médiâ nocte ſurgébam ad confitendum tibi * ſuper judícia juſtificatiónis tuæ.

Párticeps ego ſum ómnium timéntium te, * & cuſtodiéntium mandáta tua.

Miſericórdiâ tuâ, Dómine, plena eſt terra; * juſtificatiónes tuas doce me.

Diviſio Pſalmi 118.
Dei benignitas.

BOnitátem feciſti cum ſervo tuo, Dómine, * ſecundùm verbum tuum.

Bonitátem, & diſciplínam, & ſciéntiam doce me; * quia mandátis tuis crédidi.

Priuſquam humiliárer, ego delíqui; * proptérea elóquium tuum cuſtodívi.

Bonus es tu; * & in bonitáte tua doce me juſtificatiónes tuas.

Multiplicáta eſt ſuper me iníquitas ſuperbórum; * ego autem in toto corde meo ſcrutábor mandáta tua.

Coagulátum eſt ſicut lac cor eórum: * ego verò legem tuā meditátus ſum.

Bonum mihi quia humi-

liaſti me, * ut diſcam juſtificatiónes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, * ſuper míllia auri & argenti.

Manus tuæ fecérunt me, & plaſmavérunt me: * da mihi intelléctum, & diſcam mandáta tua.

Qui timent te, vidébunt me, & lætabuntur, * quia in verba tua ſuperſperávi.

Cognóvi, Dómine, quia æquitas judícia tua, * & in veritáte tua humiliaſti me.

Fiat miſericórdia tua ut conſolétur me, * ſecundùm elóquium tuum ſervo tuo.

Véniant mihi miſeratiónes tuæ, & vivam; * quia lex tua meditátio mea eſt.

Confundantur ſuperbi, quia injuſtè iniquitátem fecérunt in me: * ego autem exercébor in mandátis tuis.

Convertantur mihi timentes te, * & qui novérunt teſtimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum in juſtificatiónibus tuis, * ut non confundar.

Ant. Da mihi intellectum, & ſcrutábor legem tuam, Dómine.

Capitul. 1. Joan. 2. 3-5.

IN hoc ſcimus quóniam cognóvimus Deum, ſi mandáta ejus obſervémus. Qui dicit ſe noſſe eum, & mandáta ejus non cuſtódit, mendax eſt, & in hoc véritas non eſt: qui autem ſervat verbum ejus, verè in hoc cháritas Dei perfecta eſt.

℟. *brev.* Inclína cor meum, Deus, * In teſtimónia tua. Inclína. ℣. Averte óculos meos ne vídeant vanitátem: in via tua vivífica me, * In teſtimónia tua. Glória Patri. Inclína.

℣. Deduc me in ſémitam mandatórum tuórum: ℟. Quia ipſam vólui.

Oratio conveniens.

AD SEXTAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

JAM ſolis áureum jubar
Pleno coruſcat lúmine:
O vera, Chriſte, cláritas,
Noſtris refulge ſénſibus.

O DUX ſalútis & via!
O vita, quos doces, rege;
Et quos regis, da cónſequi
Vitæ perennis gáudia.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Ant. 2. D. Inclinávi.

EX PSALMO 118.

De ſincera divinæ legis veritate.

DEfécit in ſalutáre tuum ánima mea, * & in verbum tuū ſuperſperávi.

Defecérunt

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, * dicentes, Quando conſoláberis me?

Quia factus ſum ſicut uter in pruína: * juſtificatiónes tuas non ſum oblítus.

Quot ſunt dies ſervi tui? * quando fácies de perſequéntibus me judícium?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes, * ſed non ut lex túa.

Omnia mandáta tua véritas: * iníquè perſecúti ſunt me, ádjuva me.

Paulò minùs conſummavérunt me in terra: * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secundùm miſericórdiam tuam vivífica me, * & cuſtódiam teſtimónia oris tui.

In æternum, Dómine, * verbum tuum pérmanet in cœlo.

In generatiónem & generatiónem véritas tua: * fundaſti terram, & pérmanet.

Ordinatióne tuâ perſevérat dies, * quóniam ómnia ſérviunt tibi.

Niſi quòd lex tua meditátio mea eſt, * tunc fortè periiſſem in humilitáte mea.

In æternum non obliviſcar juſtificatiónes tuas, * quia in ipſis vivificaſti me.

Tuus ſum ego, ſalvum me fac, * quóniam juſtificatiónes tuas exquisívi.

Me expectavérunt peccatóres ut pérderent me: * teſtimónia tua intellexi.

Omnis conſummatiónis vidi finem; * latum mandátum tuum nimis.

Diviſio Pſalmi 118.

QUómodo dilexi legem tuam, Dómine! * totâ die meditátio mea eſt.

Super inimícos meos prudentem me feciſti mandáto tuo, * quia in æternum mihi eſt.

Super omnes docentes me intellexi, * quia teſtimónia tua meditátio mea eſt.

Super ſenes intellexi, * quia mandáta tua quæsívi.

Ab omni via mala prohíbui pedes meos, * ut cuſtódiam verba tua.

A judíciis tuis non declinávi, * quia tu legem poſuiſti mihi.

Quàm dúlcia fáucibus meis elóquia tua! * ſuper mel ori meo.

A mandátis tuis intellexi: * proptérea odívi omnem viam iniquitátis.

Lucerna pédibus meis verbum tuum, * & lumen ſémitis meis.

Jurávi & ſtátui * cuſtodíre judícia juſtítiæ tuæ.

Humiliátus ſum uſque

quáque, Dómine: * vivífica me ſecundùm verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita fac, Dómine, * & judícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis ſemper: * & legem tuam non ſum oblítus.

Poſuérunt peccatóres láqueum mihi, * & de mandátis tuis non errávi.

Hæreditáte acquisívi teſtimónia tua in æternum, * quia exultátio cordis mei ſunt.

Inclinávi cor meum ad faciendas juſtificatiónes tuas in æternum, * propter retributiónem.

Divisio Pſalmi 118.

INíquos ódio hábui, * & legem tuam diléxi.

Adjútor & ſuſceptor meus es tu: * & in verbum tuum ſuperſperávi.

Declináte à me, maligni: * & ſcrutábor mandáta Dei mei.

Súſcipe me ſecundùm elóquium tuum, & vivam; * & non confundas me ab expectatióne mea.

Adjuva me, & ſalvus ero; * & meditábor in juſtificatiónibus tuis ſemper.

Sprevisti omnes diſcedentes à judíciis tuis, * quia injuſta cogitátio eórum.

Prævaricantes reputávi omnes peccatóres terræ: * Ideo diléxi teſtimónia tua.

Confige timóre tuo carnes meas; * à judíciis enim tuis tímui.

Feci judícium & juſtítiam: * non tradas me calumniántibus me.

Súſcipe ſervum tuum in bonum: * non calumniéntur me ſuperbi.

Oculi mei defecérunt in ſalutáre tuum, * & in elóquium juſtítiæ tuæ.

Fac cum ſervo tuo ſecundùm miſericórdiam tuam, * & juſtificatiónes tuas doce me.

Servus tuus ſum ego: * da mihi intellectum, ut ſciam teſtimónia tua.

Tempus faciendi, Dómine: * diſſipavérunt legem tuam.

Ideo diléxi mandáta tua * ſuper aurum & topázion.

Proptérea ad ómnia mandáta tua dirigébar: * omnem viam iníquam ódio hábui.

Ant. Inclinávi cor meum ad faciendas juſtificatiónes tuas in æternum.

Capitulum. 1. Joan. 5. 3.

HÆc eſt cháritas Dei, ut mandáta ejus cuſtodiámus; & mandáta ejus grávia non ſunt.

℟. *br.* Secundùm miſericórdiam tuam * Vivífica me, Dómine. ℟. Secundùm. ℣. Et cuſtódiam teſtimónia oris tui: * Vivífica. Glória. Secundùm.

℣. In æternum Dómine, ℟. Verbum tuum pérmanet.

Oratio conveniens.

AD NONAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

RECEDIT inclínans dies,
Sic vita præceps lábitur:
Sanctus supernam júgiter
Suſpíret ardor pátriam.

DA, Chriſte, da tandem tuos
Cœli quiéte pérfrui;
Fac lucis uſúræ brevi
Æterna succédat dies.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Ant. 4. E. Omnia.

EX PSALMO 118.

Meditationes eloquiorum Dei.

MIrabília teſtimónia tua: * ídeo ſcrutáta eſt ea ánima mea.

Declarátio ſermónum tuórum illúminat, * & intelléctum dat párvulis.

Os meum apérui, & attraxi ſpíritum, * quia mandáta tua deſiderábam.

Aſpice in me, & miſerére mei, * ſecundùm judícium diligéntium nomen tuum.

Greſſus meos dírige ſecundùm elóquium tuum; * & non dominétur mei omnis injuſtítia.

Rédime me à calúmniis hóminum, * ut cuſtódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina ſuper ſervum tuum; * & doce me juſtificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei; * quia non cuſtodiérunt legem tuam.

Juſtus es, Dómine, * & rectum judícium tuum.

Mandaſti juſtítiam teſtimónia tua, * & veritátem tuam nimis.

Tabéſcere me fecit zelus meus, * quia oblíti ſunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum veheménter; * & ſervus tuus diléxit illud.

Adoleſcéntulus ſum ego, & contemptus; * juſtificatiónes tuas non ſum oblítus.

Juſtítia tua, juſtítia in æternum; * & lex tua véritas.

Tribulátio & angúſtia invenérunt me: * mandáta tua meditátio mea eſt.

Æquitas teſtimónia tua in æternum: * intelléctum da mihi, & vivam.

Diviſio Pſalmi 118.

CLamávi in toto corde meo, exaudi me, Dómine: * juſtificatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te, ſalvum

me fac, * ut cuſtódiam mandáta tua.

Prævéni in maturitáte, & clamávi, * quia in verba tua ſuperſperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo, * ut meditárer elóquia tua.

Vocem meam audi ſecundùm miſericórdiam tuam, Dómine; * & ſecundùm judícium tuum vivífica me.

Appropinquavérunt perſequentes me iniquitáti: * à lege autem tuâ longè facti ſunt.

Prope es tu, Dñe, * & omnes viæ tuæ véritas.

Inítio cognóvi de teſtimóniis tuis, * quia in æternum fundaſti ea.

Vide humilitátem meã, & éripe me; * quia legem tuam non ſum oblitus.

Júdica judícium meum, & rédime me: * propter elóquium tuũ vivífica me.

Longè à peccatóribus ſalus,* quia juſtificatiónes tuas non exquiſiérunt.

Miſericórdiæ tuæ multæ, Dómine: * ſecundùm judícium tuum vivífica me.

Multi qui perſequuntur me, & tríbulant me: * à teſtimóniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricantes, & tabeſcébam, * quia elóquia tua non cuſtodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua dilexi, Dómine: * in miſericórdia tua vivífica me.

Princípium verbórum tuórum véritas: * in æternum ómnia judícia juſtítiæ tuæ.

Diviſio Pſalmi 118.

PRíncipes perſecúti ſunt me gratìs, * & à verbis tuis formidávit cor meum.

Lætábor ego ſuper elóquia tua, * ſicut qui invénit ſpólia multa.

Iniquitátem ódio hábui, & abominátus ſum; * legem autem tuam dilexi.

Sépties in die laudem dixi tibi, * ſuper judícia juſtítiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam, * & non eſt illis ſcándalum.

Expectábam ſalutáre tuum, Dómine; * & mandáta tua dilexi.

Cuſtodívit ánima mea teſtimónia tua, * & dilexit ea vehementer.

Servávi mandáta tua, & teſtimónia tua, * quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.

Appropinquet deprecátio mea in conſpectu tuo, Dómine: * juxta elóquium tuum da mihi intellectum.

Intret poſtulátio mea in conſpectu tuo: * ſecundùm elóquium tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea hymnum, * cùm docúeris me juſtificatiónes tuas.

Pronuntiábit lingua mea elóquium tuum, * quia ómnia mandáta tua æquitas.

Fiat manus tua ut ſalvet me, * quóniam mandáta tua elégi.

Concupívi ſalutáre tuũ, Dómine, * & lex tua meditátio mea eſt.

Vivet ánima mea, & laudábit te : * & judícia tua adjuvábunt me.

Errávi ſicut ovis quæ périit ; * quære ſervum tuum, quia mandáta tua non ſum oblítus.

Ant. Omnia mandáta tua æquitas : pax multa diligéntibus legem tuam, Dómine.

Capitulum. 1. Tim. 1. 5.

FInis præcepti eſt cháritas de corde puro, & conſciéntiâ bonâ, & fide non fictâ.

℟. *br.* Clamávi in toto corde meo, * Exaudi me, Dómine. Clamávi. ℣. Juſtificatiónes tuas requíram : * Exaudi me. Glória. Clamávi.

℣. Clamávi ad te, ſalvum me fac : ℟. Ut cuſtódiam mandáta tua.

Oratio conveniens.

AD VESPERAS.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 7. c. Dixit Dñs.

PSALMUS 109.

Chriſtus ad dextram Dei ſedens : ipſius generatio, regnum & ſacerdotium.

DIxit Dóminus Dómino meo : * Sede à dextris meis.

Donec ponam inimícos tuos, * ſcabellum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion : * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in ſplendóribus ſanctórum : * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum, * Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm órdinem Melchíſedech.

Dñs à dextris tuis, * confrégit in die iræ ſuæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas ; * conquaſſábit cápita in terra multórum.

De torrente in via bibet : * proptérea exaltábit caput.

Ant. Dixit Dñs Dño meo : Sede à dextris meis.

Ant. 4. a. Fidélia.

PSALMUS 110.

Laus Dei, quòd tot in Eccleſiam beneficia contulerit.

COnfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, * in consílio juſtórum & congregatióne.

Magna ópera Dómini; * exquiſíta in omnes voluntátes ejus.

Confeſſio & magnificéntia opus ejus; * & juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi.

Memóriam fecit mirabílium ſuórum, miſéricors & miſerátor Dóminus: * eſcam dedit timéntibus ſe.

Memor erit in ſéculum teſtamenti ſui: * virtútem óperum ſuórum annuntiábit pópulo ſuo,

Ut det illis hæreditátem géntium: * ópera mánuum ejus, véritas & judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in ſéculum ſéculi, * facta in veritáte & æquitáte.

Redemptiónem miſit pópulo ſuo: * mandávit in æternum teſtamentum ſuum.

Sanctum & terríbile nomen ejus: * inítium ſapiéntiæ timor Dómini.

Intellectus bonus ómnibus faciéntibus eum: * laudátio ejus manet in ſéculum ſéculi.

Ant. Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in ſéculum ſéculi.

Ant. 1. *f.* Qui timet Dñm.

PSALMUS 111.

Timor Domini, gloria eſt & ſecuritas juſtorum.

BEátus vir qui timet Dóminum: * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit ſemen ejus: * generátio rectórum benedicétur.

Glória & divítiæ in domo ejus; * & juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi.

Exortum eſt in ténebris lumen rectis; * miſéricors, & miſerátor, & juſtus.

Jucundus homo, qui miſerétur & cómmodat, diſpónet ſermónes ſuos in judício, * quia in æternum non commovébitur.

In memória ætérna erit juſtus; * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus ſperáre in Dómino, confirmátum eſt cor ejus, * non commovébitur donec deſpíciat inimícos ſuos.

Diſperſit, dedit paupéribus; juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi: * cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit & iraſcétur, déntibus ſuis fremet & tabeſcet; * deſidérium peccatórum períbit.

Ant. Qui timet Dóminum, in mandátis ejus cupit nimis.

Ant. 7. c. Sit nomen.

PSALMUS 112.

Deus excelſus; ipſi omnia cordi.

LAudáte, púeri, Dóminum, * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum, * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.

A ſolis ortu uſque ad occáſum, * laudábile nomen Dómini.

Excelſus ſuper omnes gentes Dóminus, * & ſuper cœlos glória ejus.

Quis ſicut Dóminus Deus noſter, qui in altis hábitat, * & humília réſpicit in cœlo & in terra?

Súſcitans à terra ínopem, * & de ſtércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli ſui.

Qui habitáre facit ſtérilem in domo, * matrem filiórum lætantem.

Ant. Sit nomen Dómini benedíctum in ſécula.

Ant. 1. A. Nos qui vívimus.

PSALMUS 113.

Dei potentia: ipſe ſolus Deus: idolorum vanitas.

IN éxitu Iſrael de Ægypto, * domûs Jacob de pópulo bárbaro:

Facta eſt Judæa ſanctificátio ejus, * Iſrael poteſtas ejus.

Mare vidit & fugit; * Jordánis converſus eſt retrorsùm.

Montes exultavérunt ut aríetes, * & colles ſicut agni óvium.

Quid eſt tibi, mare, quòd fugiſti; * & tu, Jordánis, quia converſus es retrorſum?

Montes, exultaſtis ſicut aríetes, * & colles ſicut agni óvium?

A fácie Dómini mota eſt terra, * à fácie Dei Jacob:

Qui convertit petram in ſtagna aquárum, * & rupem in fontes aquárum.

Non nobis, Dómine, non nobis; * ſed nómini tuo da glóriam,

Super miſericórdia tua & veritáte tua: * nequando dicant gentes, Ubi eſt Deus eórum?

Deus autem noſter in cœlo; * ómnia quæcúmque vóluit, fecit.

Simulácra géntium argentum & aurum, * ópera mánuum hóminum:

Os habent, & non loquentur; * óculos habent, & non vidébunt:

Aures habent, & non áudient; * nares habent, & non odorábunt:

Manus habent, & non palpábunt; pedes habent, & non ambulábunt; * non clamábunt in gútture ſuo.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea, * & omnes qui confídunt in eis.

Domus Iſrael ſperávit in Dómino; * adjútor eórum & protector eórum eſt.

Domus Aaron ſperávit in Dómino; * adjútor eórum & protector eórum eſt.

Qui timent Dóminum, ſperavérunt in Dómino;

* adjútor eórum & protector eórum eſt.

Dóminus memor fuit noſtrî, * & benedixit nobis.

Benedixit dómui Iſraël; * benedixit dómui Aaron.

Benedixit ómnibus qui timent Dóminum, * puſillis cum majóribus.

Adjíciat Dóminus ſuper vos, * ſuper vos, & ſuper filios veſtros.

Benedicti vos à Dño, * qui fecit cœlum & terram.

Cœlum cœli Dómino; * terram autem dedit filiis hóminum.

Non mórtui laudábunt te, Dómine * neque omnes qui deſcendunt in infernum.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino, * ex hoc nunc & uſque in ſéculum.

Ant. Nos qui vívimus, benedícimus Dómino.

Capitulum. Geneſ. 1. 1-5.

IN princípio creávit Deus cœlum & terram .... Dixitque Deus, Fiat lux; & facta eſt lux; & vidit Deus lucem, quòd eſſet bona: & divíſit lucem à ténebris ..... Factumque eſt véſpere & mane dies unus.

Hymnus.

DEus tibi, qui ſúfficis,
Tuo beátus númine,
Amóre noſtrî pércitus,
Mundum creáre cógitas.

Tu magna cœli lúmina,
Tu noctis umbras & diem,
Terræque tractus & maris
Immenſus ipſe cóntines.

Ut tempus incœptum fluat,
Te velle, te loqui, ſat eſt;
Virtus ab æterno latens
Expandet inclúſas opes.

Ubi merum ſubeſt nihil,
Creáre non tibi labor;
Quodcumque mente cóncipis;
Vis eſſe? jam factum vides.

Extende fortem déxteram,
Te mundus oſtendat Deũ;
Statimque fœcundo ſinu
Opus ſuperbum pródeat.

At luce dum mundum ſuâ,
Miróque ditas órdine,
Fac alma ſemper fúlgeat,
Quæ corda ditet, cháritas.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Filio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Dirigátur, Dómine, orátio mea: ℟. Sicut incenſum in conſpectu tuo.

Antiph. ut in Proprio.

Cantic. Beatæ Mariæ Virg.

Luc. 1.

MAgníficat * ánima mea Dóminum:

Et exultávit ſpíritus meus * in Deo ſalutári meo:

Quia reſpexit humili-

tátem ancillæ ſuæ; * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes:

Quia fecit mihi magna qui potens eſt, * & ſanctum nomen ejus.

Et miſericórdia ejus à progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio ſuo; * diſperſit ſuperbos mente cordis ſui:

Depóſuit potentes de ſede; * & exaltávit húmiles:

Eſurientes implévit bonis; * & dívites dimíſit inánes.

Suſcépit Iſrael púerum ſuum, * recordátus miſericórdiæ ſuæ,

Sicut locútus eſt ad patres noſtros, * Abraham, & ſémini ejus in ſécula.

Deinde dicitur Antiph. & Oratio conveniens.

Fit commemoratio de ſemiduplici aut ſimplici, ſi occurrat; deinde de Beata.

Ant. Benedicta tu inter mulíeres, & benedictus fructus ventris tui. *Luc.* 1.

℣. Ora pro nobis, ſancta Dei Génitrix, ℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

Orémus.

CONcéde nos fámulos tuos, quæſumus, Dómine Deus, perpétuâ mentis & córporis ſanitáte gaudére; & glorióſâ beátæ Maríæ ſemper vírginis interceſſióne, à præſenti liberári triſtítiâ, & æternâ pérfrui lætítiâ; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum, Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

Amen.

Sic terminatur Oratio prima & ultima.

In Eccleſiis ubi ſancta Maria eſt patrona, non additur alia commemoratio. In aliis verò ſic terminatur præcedens Oratio: Per Chriſtum Dóminum noſtrum. *Et poſteà fit commemoratio de patrono Eccleſiæ titulari.*

AD COMPLETOR.

COnverte nos, Deus ſalutáris noſter:

℟. Et averte iram tuam à nobis. *Pſ.* 84. 5.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 8. G. Miſerére.

PSALMUS 4.

In Deo, non in divitiis ſpes collocanda.

CUm invocárem, exaudívit me Deus juſtítiæ meæ: * in tribulatióne dilataſti mihi.

Miſerére meî, * & exaudi oratiónem meam.

Fílii hóminum, úſquequo gravi corde? * ut quid dilígitis vanitátem, & quæritis mendácium?

Et ſcitóte quóniam mi-

rificávit Dóminus ſanctum ſuum : * Dóminus exáudiet me, cùm clamávero ad eum.

Iraſcímini, & nolíte peccáre : * quæ dícitis in córdibus veſtris, in cubílibus veſtris compungímini.

Sacrificáte ſacrificium juſtítiæ, & ſperáte in Dómino : * multi dicunt, Quis oſtendit nobis bona?

Signátum eſt ſuper nos lumen vultûs tui, Dómine : * dediſti lætítiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & ólei ſui, * multiplicáti ſunt.

In pace in idipſum * dórmiam, & requieſcam :

Quóniam tu, Dómine, ſinguláriter in ſpe * conſtituiſti me.

PSALMUS 90.

Nil timendum iis qui ad Deum confugiunt.

Qui hábitat in adjutório Altíſſimi, * in protectióne Dei cœli commorábitur.

Dicet Dómino : Suſceptor meus es tu, & refúgium meum : * Deus meus, ſperábo in eum ;

Quóniam ipſe liberávit me de láqueo venántium, * & à verbo áſpero.

Scápulis ſuis obumbrábit tibi, * & ſub pennis ejus ſperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus : * non timébis à timóre nocturno,

A ſagitta volante in die, à negótio perambulante in ténebris ; * ab incurſu, & dæmónio meridiáno.

Cadent à látere tuo mille, & decem míllia à dextris tuis : * ad te autem non appropinquábit.

Verúmtamen óculis tuis conſiderábis, * & retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniam ; Tu es, Dómine, ſpes mea : * altíſſimum poſuiſti refúgium tuum.

Non accédet ad te malum, * & flagellum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam Angelis ſuis mandávit de te, * ut cuſtódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te, * ne fortè offendas ad lápidem pedem tuum.

Super áſpidem & baſilíſcum ambulábis, * & conculcábis leónem & dracónem.

Quóniam in me ſperávit, liberábo eum ; * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, & ego exáudiam eum : cum ipſo ſum in tribulatióne ; * erípiam eum, & glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum, * & oſtendam illi ſalutáre meum.

PSALMUS 133.

Eccleſia cultores Domini ad Dei gloriam hortatur.

ECce nunc benedícite Dóminum, * omnes ſervi Dómini.

Qui ſtatis in domo Dómini, * in átriis domûs Dei noſtri:

In nóctibus extóllite manus veſtras in ſancta, * & benedícite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cœlum & terram.

Ant. Miſerére meî, Dómine, & exaudi oratiónem meam.

Hymnus, Deus creátor. *infrà poſt Pſalterium.*

Capitulum. 1. Theſſ. 5. 5. 6.

OMnes vos filii lucis eſtis, & filii diei: non ſumus noctis, neque tenebrárum; ígitur non dormiámus ſicut & cæteri, ſed vigilémus & ſóbrii ſimus.

℟. *br.* In manus tuas, Dómine, * Commendo ſpíritum meum. In manus. ℣. Redemiſti nos, Dómine, Deus veritátis: * Commendo. Glória Patri. In manus. *Pſ.* 30. 6.

℣. Cuſtódi nos, Dómine, ut pupillam óculi: ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege nos. *Pſ.* 16. 8.

Ant. 3. c. Salva nos.

Cantic. Simeonis. Luc. 2.

NUnc dimittis ſervum tuum, Dómine, * ſecundùm verbum tuum in pace:

Quia vidérunt óculi mei * ſalutáre tuum,

Quod paraſti * ante fáciem ómnium populórum:

Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Iſrael.

Ant. Salva nos, Dómine, vigilantes, cuſtódi nos dormientes: ut vigilémus cum Chriſto, & requieſcámus in pace.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

VIſita, quæſumus, Dómine, habitatiónem noſtram, & omnes inſídias inimíci ab ea longè repelle: Angeli tui ſancti hábitent in ea, qui nos in pace cuſtódiant; & benedíctio tua ſit ſuper nos ſemper; Per Dñm noſtrum.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Finito Completorio, ſubmiſſâ voce dicitur: Benedícat & cuſtódiat nos omnípotens & miséricors Dñs Pater, & Fílius, & Spíritus ſanctus. ℟. Amen.

Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace. Amen.

Poſteà dicitur una ex

Antiphonis de B. Maria Virgine, ut habentur infrà ad calcem Pſalterii:

Poſt completum Officium dicitur ſecretò, Pater, Ave, Credo.

FERIA SECUNDA AD OFFICIUM NOCT.

Dómine, lábia. *ſuprà* 1.

Invit. Veníte, exultémus Dómino, * Jubilémus Deo ſalutári noſtro.

Continuatur Pſalmus 94. Præoccupémus.

Hymnus.

QUODCUMQUE fœcundo ſinu
Profers, Creátor, hoc tuum
In nos amórem cómprobat:
Nec eſt amóri ſat datum.

FULGERE ſolē, qui regat
Mortálium greſſus, parum eſt:
Ni lumen addas méntibus,
Roburque præſtes péctori.

PRÆCEPTA das? intùs juvat
Stillans ab alto grátia:
Infers onus, ſed déxterâ
Onus ferentem ſúſtines.

AD alta dùm nos éxcitas,
Pœnâ movens & præmio,
Vires miniſtras, árduis
Non ímpares labóribus.

QUIBUS remótis pátriâ,
Non eſt manens hîc cívitas,
Domum manu non cónditam
Fundas ſupernus ártifex.

BEATA gens quam pródigâ
Ditáre non ceſſas manu!
Amóris hæc memor tui,
Amóris & reddat vices.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 4. a. Omnia.

PSALMUS 103.

Deus ab opificio & providentiâ celebratur.

BEnedic, ánima mea, Dómino: * Dómine Deus meus, magnificátus es vehementer.

Confeſſiónem & decórem induiſti, * amictus lúmine ſicut veſtimento.

Extendens cœlum ſicut pellem, * qui tegis aquis ſuperióra ejus;

Qui ponis nubem aſcenſum tuum, * qui ámbulas ſuper pennas ventórum;

Qui facis Angelos tuos, ſpíritus, * & miniſtros tuos ignem urentem;

Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitátem ſuam; * non inclinábitur in ſéculum ſéculi.

Abyſſus, ſicut veſtimentum, amictus ejus; * ſuper montes ſtabunt aquæ;

Ab increpatióne tua fúgient; * à voce tonítrui tui formidábunt.

Aſcendunt montes, &

deſcendunt campi, * in locum quem fundaſti eis.

Términum poſuiſti, quem non tranſgredientur; * neque converteníur operíre terram.

Qui emittis fontes in convállibus: * inter médium móntium pertranſíbunt aquæ:

Potábunt omnes béſtiæ agri; * expectábunt ónagri in ſiti ſua:

Super ea vólucres cœli habitábunt; * de médio petrárum dabunt voces.

Rigans montes de ſuperióribus ſuis; * de fructu óperum tuórum ſatiábitur terra:

Prodúcens fœnum jumentis, * & herbam ſervitúti hóminum:

Ut edúcas panem de terra; * & vinum lætíficet cor hóminis:

Ut exhílaret fáciem in óleo, * & panis cor hóminis confirmet.

Saturabuntur ligna campi, & cedri Líbani quas plantávit; * illic páſſeres nidificábunt.

Heródii domus dux eſt eórum: * montes excelſi cervis, petra refúgium herináciis.

Fecit lunam in témpora: * ſol cognóvit occáſum ſuum.

Poſuiſti ténebras, & facta eſt nox: * in ipſa pertranſíbunt omnes béſtiæ ſylvæ;

Cátuli leónum rugientes, ut rápiant, * & quærant à Deo eſcam ſibi.

Ortus eſt ſol, & congregáti ſunt; * & in cubílibus ſuis collocabuntur.

Exíbit homo ad opus ſuum, * & ad operatiónem ſuam uſque ad véſperum.

Diviſio Pſalmi 103.

QUàm magnificáta ſunt ópera tua, Dómine! * ómnia in ſapiéntia feciſti: impléta eſt terra poſſeſſióne tuâ:

Hoc mare magnum, & ſpatióſum mánibus; * illic reptília, quorum non eſt númerus.

Animália puſilla cum magnis; * illic naves pertransíbunt.

Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei; * ómnia à te expectant, ut des illis eſcam in témpore.

Dante te illis, cólligent; * aperiente te manum tuam, ómnia implebuntur bonitáte:

Avertente autem te fáciem, turbabuntur; * auferes ſpíritum eórum, & deficient, & in púlverem ſuum revertentur.

Emittes Spíritum tuum, & creabuntur; * & renovábis fáciem terræ.

Altera diviſio Pſalmi 103.

SIt glória Dómini in ſéculum: * lætábitur Dñs in opéribus ſuis;

Qui réſpicit terram, & facit eam trémere; * qui tangit montes, & fúmigant.

Cantábo Dómino in vita mea: * pſallam Deo meo quámdiu ſum.

Jucundum ſit ei elóquium meum: * ego verò delectábor in Dómino.

Deficiant peccatóres à terra, & iníqui, ita ut non ſint; * bénedic, anima mea, Dómino.

Ant. Omnia in ſapiéntia feciſti, Dñe: impléta eſt terra poſſeſſióne tuâ.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Ipſe Dóminus.

PSALMUS 104.

Beneficia Iſraëlitis collata enumerantur.

CONfitémini Dómino, & invocáte nomen ejus; * annuntiáte inter gentes ópera ejus.

Cantáte ei, & psállite ei; * narráte ómnia mirabília ejus.

Laudámini in nómine ſancto ejus: * lætétur cor quæréntium Dóminum.

Quærite Dóminum, & confirmámini; * quærite fáciem ejus ſemper.

Mementóte mirabílium ejus quæ fecit; * prodígia ejus, & judícia oris ejus.

Semen Abraham, ſervi ejus; * filii Jacob, electi ejus.

Ipſe Dóminus Deus noſter; * in univerſa terra judícia ejus.

Memor fuit in ſéculum teſtamenti ſui; * verbi quod mandávit in mille generatiónes:

Quod diſpóſuit ad Abraham, * & juramenti ſui ad Iſaac:

Et ſtátuit illud Jacob in præceptum; * & Iſrael in teſtamentum ætemum,

Dicens, Tibi dabo terram Chánaan, * funículum hæreditátis veſtræ;

Cùm eſſent número brevi, * paucíſſimi & íncolæ ejus:

Et pertranſiérunt de gente in gentem, * & de regno ad pópulum álterum.

Non relíquit hóminem nocére eis, * & corrípuit pro eis reges:

Nolíte tángere chriſtos meos, * & in prophétis meis nolíte malignári.

Diviſio Pſalmi 104. Et

VOcávit [Dóminus] famem ſuper terram; * & omne firmamentum panis contrívit.

Miſit ante eos virum: * in ſervum venúndatus eſt Joſeph.

Humiliavérunt in compédibus pedes ejus, ferrum pertránſiit ánimam ejus, * donec veníret verbum ejus.

Elóquium Dómini inflammávit eum: * miſit

rex, & ſolvit eum; princeps populórum, & dimíſit eum.

Conſtítuit eum dóminum domûs ſuæ, * & príncipem omnis poſſeſſiónis ſuæ,

Ut erudíret príncipes ejus ſicut ſemetipſum, * & ſenes ejus prudéntiam docéret.

Et intrávit Iſrael in Ægyptum, * & Jacob áccola fuit in terra Cham.

Et auxit pópulum ſuum vehementer; * & firmávit eum ſuper inimícos ejus.

Convertit cor eórum, ut odírent pópulum ejus; * & dolum fácerent in ſervos ejus.

Altera diviſio Pſalmi 104.

MIſit [Dñs] Móyſen ſervum ſuum, * Aaron quem elégit ipſum:

Póſuit in eis verba ſignórum ſuórum, * & prodigiórum in terra Cham.

Miſit ténebras, & obſcurávit: * & non exacerbávit ſermónes ſuos.

Convertit aquas eórum in ſánguinem; * & occídit piſces eórum.

Edidit terra eórum ranas * in penetrálibus regum ipſórum.

Dixit, & venit cœnomyía, & cíniſes * in ómnibus fínibus eórum.

Póſuit plúvias eórum grándinem; * ignem comburentem in terra ipſórum:

Et percuſſit víneas eórum, & ficúlneas eórum; * & contrívit lignum fínium eórum:

Dixit, & venit locuſta & bruchus, * cujus non erat númerus;

Et comédit omne fœnum in terra eórum, * & comédit omnem fructum terræ eórum.

Et percuſſit omne primogénitum in terra eórum, * primítias omnis labóris eórum.

Et eduxit eos cum argento & auro: * & non erat in tríbubus eórum infirmus.

Lætáta eſt Ægyptus in profectióne eórum: * quia incúbuit timor eórum ſuper eos.

Expandit nubem in protectiónem eórum, * & ignem ut lucéret eis per noctem.

Petiérunt, & venit coturnix: * & pane cœli ſaturávit eos.

Dirúpit petram, & fluxérunt aquæ: * abiérunt in ſicco flúmina:

Quóniam memor fuit verbi ſancti ſui, * quod hábuit ad Abraham púerum ſuum:

Et eduxit pópulum ſuum in exultatióne, * & electos ſuos in lætítia;

Et dedit illis regiónes géntium ; * & labóres populórum poſſedérunt :

Ut cuſtódiant juſtificatiónes ejus, * & legem ejus requírant.

Ant. Ipſe Dóminus Deus noſter : in univerſâ terrâ judícia ejus.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Víſita nos.

PSALMUS 105.

Bonitas Dei : Judæorum ingratus animus.

CONfitémini Dómino, quóniam bonus : * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Quis loquétur poténtias Dómini, * audítas fáciet omnes laudes ejus ?

Beáti qui cuſtódiunt judícium, * & fáciunt juſtítiam in omni témpore.

Memento noſtrî, Dómine, in beneplácito pópuli tui : * víſita nos in ſalutári tuo ;

Ad videndum in bonitáte electórum tuórum, ad lætandum in lætítia gentis tuæ ; * ut laudéris cum hæreditáte tua.

Divisio Pſalmi 105.

PEccávimus cum pátribus noſtris ; * injuſtè égimus, iniquitátem fécimus.

Patres noſtri in Ægypto non intellexérunt mirabília tua : * non fuérunt mémores multitúdinis miſericórdiæ tuæ.

Et irritavérunt aſcendentes in mare, * mare Rubrum ;

Et ſalvávit eos propter nomen ſuum ; * ut notam fáceret poténtiam ſuam.

Et incrépuit mare Rubrum, & exſiccátum eſt ; * & deduxit eos in abyſſis, ſicut in deſerto :

Et ſalvávit eos de manu odiéntium, * & redémit eos de manu inimíci :

Et opéruit aqua tribulantes eos ; * unus ex eis non remanſit.

Et credidérunt verbis ejus ; * & laudavérunt laudem ejus.

Citò fecérunt, oblíti ſunt óperum ejus, * & non ſuſtinuérunt consílium ejus ;

Et concupiérunt concupiſcéntiam in deſerto ; * & tentavérunt Deum in inaquóſo.

Et dedit eis petitiónem ipſórum ; * & miſit ſaturitátem in ánimas eórum.

Et irritavérunt Móyſen in caſtris ; * Aaron ſanctum Dómini.

Aperta eſt terra, & deglutívit Dathan, * & opéruit ſuper congregatiónem Abiron.

Et exarſit ignis in ſynagóga eórum ; * flamma combuſſit peccatóres.

Et fecérunt vítulum in Horeb ; * & adoravérunt ſcúlptile.

Et mutavérunt glóriam ſuam * in ſimilitúdinem vítuli comedentis fœnum.

Oblíti ſunt Deum qui ſalvávit eos,* qui fecit magnália in Ægypto, mirabília in terra Cham, terribília in mari Rubro.

Et dixit ut diſpérderet eos;* ſi non Móyſes electus ejus ſtetiſſet in confractióne, in conſpectu ejus,

Ut avérteret iram ejus, ne diſpérderet eos: * & pro níhilo habuérunt terram deſiderábilem.

Non credidérunt verbo ejus, & murmuravérunt in tabernáculis ſuis: * non exaudiérunt vocem Dómini.

Et elevávit manum ſuam ſuper eos, * ut proſtérneret eos in deſerto,

Et ut dejíceret ſemen eórum in natiónibus,* & diſpérgeret eos in regiónibus.

Et initiáti ſunt Beélphegor: * & comedérunt ſacrifícia mortuórum.

Et irritavérunt eum in adinventiónibus ſuis: * & multiplicáta eſt in eis ruína.

Et ſtetit Phínees, & placávit; * & ceſſávit quaſſátio.

Et reputátum eſt ei in juſtítiam, * in generatiónem & generatiónem uſque in ſempiternum.

Et irritavérunt eum ad Aquas contradictiónis: * & vexátus eſt Móyſes propter eos,

Quia exacerbavérunt ſpíritum ejus; * & diſtinxit in lábiis ſuis.

Altera diviſio Pſalmi 105.

NOn diſperdidérunt gentes, * quas dixit Dóminus illis.

Et commixti ſunt inter gentes, & didicérunt ópera eórum, & ſerviérunt ſculptílibus eórum; * & factum eſt illis in ſcándalum.

Et immolavérunt fílios ſuos * & fílias ſuas dæmóniis:

Et effudérunt ſánguinem innocentem, ſánguinem filiórum ſuórum & filiárum ſuárum,* quas ſacrificavérunt ſculptílibus Chánaan.

Et infecta eſt terra in ſanguínibus, & contamináta eſt in opéribus eórum; * & fornicáti ſunt in adinventiónibus ſuis.

Et irátus eſt furóre Dóminus in pópulum ſuum; * & abominátus eſt hæreditátem ſuam.

Et trádidit eos in manus géntium, * & domináti ſunt eórum, qui odérunt eos.

Et tribulavérunt eos inimíci eórum, & humiliáti ſunt ſub mánibus eórum: * ſæpe liberávit eos.

Ipſi autem exacerbavérunt eum in consílio ſuo,

Qui traduxit pópulum ſuum per deſertum, * quóniam in æternum miſericórdia ejus :

Qui percuſſit reges magnos, * quóniam in æternum miſericórdia ejus :

Et occídit reges fortes, * quóniam in æternum miſericórdia ejus :

Sehon regem Amorrhæórum, * quóniam in æternũ miſericórdia ejus :

Et Og regem Baſan, * quóniam in æternum miſericórdia ejus :

Et dedit terram eórum hæreditátem, * quóniam in æternum miſericórdia ejus :

Hæreditátem Iſrael ſervo ſuo, * quóniam in æternum miſericórdia ejus :

Quia in humilitáte noſtra memor fuit noſtrî, * quóniam in æternum miſericórdia ejus :

Et redémit nos ab inimícis noſtris, * quóniam in æternum miſericórdia ejus :

Qui dat eſcam omni carni, * quóniam in æternum miſericórdia ejus.

Confitémini Deo cœli, * quóniam in æternum miſericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum, * quóniam in æternum miſericórdia ejus.

Ant. Dóminus in humilitáte noſtra memor fuit noſtrî, & redémit nos ab inimícis noſtris.

Quando fit Officium de Feria, dicitur Canticum ſequens.

Ant. 7. d. Quis símilis tuî ?

Cantic. Moyſi. Exod. 15.

CAntémus Dómino ; glorióſè enim magnificátus eſt, * equum & aſcensórem dejécit in mare.

Fortitúdo mea & laus mea Dóminus, * & factus eſt mihi in ſalútem.

Iſte Deus meus, & glorificábo eum ; * Deus patris mei, & exaltábo eum.

Dóminus quaſi vir pugnátor, Omnípotens, nomen ejus ; * currus Pharaónis & exércitum ejus projécit in mare.

Electi príncipes ejus ſubmerſi ſunt in mari Rubro, abyſſi operuérunt eos ; * deſcendérunt in profundum quaſi lapis.

Déxtera tua, Dómine, magnificáta eſt in fortitúdine ; déxtera tua, Dómine, percuſſit inimícum ; * & in multitúdine glóriæ tuæ depoſuiſti adverſários tuos.

Miſiſti iram tuam quæ devorávit eos ſicut ſtípulam, * & in ſpíritu furóris tui congregátæ ſunt aquæ.

Stetit unda fluens, *

congregátæ ſunt abyſſi in médio mari.

Dixit inimícus: Pérſe-quar, & comprehendam; * dívidam ſpólia, implé-bitur ánima mea.

Evaginábo gládium meum, * interfíciet eos manus mea.

Flavit ſpíritus tuus, & opéruit eos mare; * ſub-merſi ſunt quaſi plumbum in aquis veheméntibus.

Quis símilis tuî in fór-tibus, Dómine? * quis símilis tuî, magníficus in ſanctitáte, terríbilis, at-que laudábilis, fáciens mirabília?

Extendiſti manum tuam, & devorávit eos terra; * dux fuiſti in miſericór-dia tua pópulo quem re-demiſti:

Et portaſti eum in forti-túdine tua * ad habitá-culum ſanctum tuum.

Aſcendérunt pópuli, & iráti ſunt; * dolóres ob-tinuérunt habitatóres Phi-líſthiim.

Tunc conturbáti ſunt príncipes Edom, robuſtos Moab obtínuit tremor; * obriguérunt omnes habi-tatóres Chánaan.

Irruat ſuper eos formí-do & pavor, * in magni-túdine bráchii tui.

Fiant immóbiles quaſi lapis, donec pertránſeat pópulus tuus, Dómine; * donec pertránſeat pópu-lus tuus iſte quem poſſe-diſti.

Introdúces eos, & plan-tábis in monte hæreditá-tis tuæ, * firmíſſimo ha-bitáculo tuo quod operá-tus es, Dómine,

Sanctuárium tuum, Dó-mine, quod firmavérunt manus tuæ: * Dñs regná-bit in æternum, & ultrà:

Ingreſſus eſt enim eques Phárao cum cúrribus & equítibus ejus in mare, * & reduxit ſuper eos Dó-minus aquas maris;

Fílii autem Iſrael am-bulavérunt per ſiccum * in médio ejus.

Ant. Quis símilis tuî, Dómine, magníficus in ſanctitáte, fáciens mira-bília?

[*In Feſtis, loco ſupe-rioris Cantici, dicitur ſe-quens*

Canticum. Eccli. 39.

COllaudáte cánticum, * & benedícite Dó-minum in opéribus ſuis.

Date nómini ejus ma-gnificéntiam, * & confi-témini illi in voce labió-rum veſtrórum, & in cán-ticis labiórum, & cítharis;

Et ſic dicétis in confeſ-ſióne: * Opera Dómini univérſa bona valde.

In verbo ejus ſtetit aqua ſicut congéries: * & in ſermóne oris illíus ſicut exceptória aquárum;

Quóniam in præcepto

ipſíus placor fit, * & non eſt minorátio in ſalúte ipſíus.

Opera omnis carnis coram illo, * & non eſt quidquam abſcónditum ab óculis ejus.

A ſéculo uſque in ſéculũ réſpicit, * & nihil eſt mirábile in conſpectu ejus.]

Ant. 3. c. Dómine.

PSALMUS 134.

Iſrael beneficiis cumulatus : idolorum vanitas.

LAudáte nomen Dómini, * laudáte, ſervi, Dóminum :

Qui ſtatis in domo Dómini, * in átriis domûs Dei noſtri.

Laudáte Dóminum, quia bonus Dóminus ; * pſállite nómini ejus, quóniam ſuáve:

Quóniam Jacob elégit ſibi Dóminus, * Iſrael in poſſeſſiónem ſibi.

Quia ego cognóvi quòd magnus eſt Dóminus, * & Deus noſter præ ómnibus diis.

Omnia quæcumque vóluit, Dóminus fecit, in cœlo, & in terra; * in mari, & in ómnibus abyſſis.

Edúcens nubes ab extrémo terræ, * fúlgura in plúviam fecit :

Qui prodúcit ventos de theſauris ſuis ; * qui percuſſit primogénita Ægypti ab hómine uſque ad pecus :

Et miſit ſigna & prodígia in médio tuî, Ægypte ; * in Pharaónem, & in omnes ſervos ejus.

Qui percuſſit gentes multas, * & occídit reges fortes,

Sehon regem Amorrhæórum, & Og regem Baſan, * & ómnia regna Chánaan.

Et dedit terram eórum hæreditátem, * hæreditátem Iſrael pópulo ſuo.

Dómine, nomen tuum in æternum: * Dñe, memoriále tuum in generatiónem & generatiónem :

Quia judicábit Dóminus pópulum ſuum, * & in ſervis ſuis deprecábitur.

Simulácra géntium argentum & aurum, * ópera mánuum hóminum :

Os habent, & non loquentur ; * óculos habent, & non vidébunt:

Aures habent, & non áudient ; * neque enim eſt ſpíritus in ore ipſórum.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea, * & omnes qui confídunt in eis.

Domus Iſrael, benedícite Dómino : * domus Aaron, benedícite Dño.

Domus Levi, benedícite Dómino : * qui timétis Dóminum, benedícite Dómino.

Benedictus Dóminus ex Sion, * qui hábitat in Jeruſalem.

Ant. Dómine, nomen tuum in æternum.

Capitulum. Prov. 8. 17.

EGo diligentes me díligo; & qui manè vigilant ad me, invénient me.

Hymnus.

O Mira Patris cháritas!
Sic ille dilexit ſuos,
Ut ſponte Natum tráderet:
Servi fit obſes filius.

Splendoris immemor ſui,
Noſtræ ſalútis fit memor:
Ut nos in altum próveheat,
Ad ima deſcendit Deus.

Per mille fuſum vúlnera,
Totum dat orbi ſánguinem:
Hoc fonte naſcens grátia,
Terras inundans éxpiat.

Dum cæſa tortóris manu
Procumbit inſons víctima,
Hanc ímmolat cœlo Pater;
Hanc mactat in terris amor.

Tantis minor miráculis
Mens óbſtupet, vox déficit:
Tacére ſed totis nequit
Amor medullis æſtuans.

Erumpat ergo: te memor
Clamet parentem, qui mala
Præſentis ævi mítigas,
Spondes futúri præmia.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Repléti ſumus manè miſericórdiâ tuâ, Dómine; ℟. Et exultávimus, & delectáti ſumus. *Pſ.* 89. 14.

Ad Benedictus. *Ant.* 6. F. Benedictus Dóminus Deus Iſrael, quia viſitávit, & fecit redemptiónem plebis ſuæ. *Luc.* 1.

Preces, quando dicuntur, & ſuffragia, habentur infrà poſt Complet. Sabbati.

AD PRIMAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus, Jam lucis. *infrà poſt Completorium Sabbati, & ſic in aliis Feriis.*

Ant. 8. G. Quid eſt homo.

PSALMUS 8.

Chriſti gloria, & poteſtas.

DOmine Dóminus noſter, * quàm admirábile eſt nomen tuũ in univerſa terra!

Quóniam eleváta eſt magnificéntia tua * ſuper cœlos.

Ex ore infántium & lacténtium perfeciſti laudem propter inimícos tuos, * ut déſtruas inimícum & ultórem.

Quóniam videbo cœlos tuos, ópera digitórum tuórum; * lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti.

Quid eſt homo, quòd memor es ejus? * aut filius hóminis, quóniam viſitas eum?

Minuiſti eum paulò minùs ab Angelis, glóriâ & honóre coronaſti eum: * & conſtituiſti eum ſuper ópera mánuum tuárum.

Omnia ſubjeciſti ſub pédibus ejus, * oves & boves univerſas, ínſuper & pécora campi;

Vólucres cœli, & piſces maris, * qui perámbulant ſémitas maris.

Dómine Dóminus noſter, * quàm admirábile eſt nomen tuum in univerſa terra!

PSALMUS 76.

Conſolatio ſpiritualis ex operibus Dei ſumpta.

VOce meâ ad Dóminum clamávi, * voce meâ ad Deum, & intendit mihi.

In die tribulatiónis meæ Deum exquisívi, mánibus meis nocte contra eum; * & non ſum deceptus.

Rénuit conſolári ánima mea; * memor fui Dei, & delectátus ſum, & exercitátus ſum; & defécit ſpíritus meus.

Anticipavérunt vigílias óculi mei; * turbátus ſum, & non ſum locútus.

Cogitávi dies antíquos; * & annos æternos in mente hábui.

Et meditátus ſum nocte cum corde meo; * & exercitábar, & ſcopébam ſpíritum meum.

Numquid in æternum projíciet Deus? * aut non appónet ut complacítior ſit adhuc?

Aut in finem miſericórdiam ſuam abſcindet, * à generatióne in generatiónem?

Aut obliviſcétur miſeréri Deus? * aut continébit in ira ſua miſericórdias ſuas?

Et dixi, Nunc cœpi: * hæc mutátio déxteræ Excelſi.

Diviſio Pſalmi 76.

MEmor fui óperum Dómini;* quia memor ero ab inítio mirabílium tuórum;

Et meditábor in ómnibus opéribus tuis, * & in adinventiónibus tuis exercébor.

Deus in ſancto via tua: quis Deus magnus ſicut Deus noſter? * tu es Deus qui facis mirabília.

Notam feciſti in pópulis virtútem tuam; * redemiſti in bráchio tuo pópulum tuum, fílios Jacob, & Joſeph.

Vidérunt te aquæ, Deus, vidérunt te aquæ; * & timuérunt, & turbátæ ſunt abyſſi.

Multitúdo ſónitûs aquárum; * vocem dedérunt nubes.

Etenim ſagittæ tuæ tránſeunt: * vox tonítrui tui in rota.

Illuxérunt coruſcatiónes

nes tuæ orbi terræ ; * commóta eſt & contrémuit terra.

In mari via tua, & ſémitæ tuæ in aquis multis ; * & veſtígia tua non cognoſcentur.

Deduxiſti ſicut oves pópulum tuum * in manu Móyſi & Aaron.

Ant. Quid eſt homo, Dómine, quòd memor es ejus ? aut fílius hóminis, quóniam víſitas eum? *Pſ.* 8. 5.

Capitulum, ℟. *breve, & Preces, quando dicuntur, habentur poſt Completorium Sabbati, & ſic in aliis Feriis.*

AD TERTIAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus, O fons. *infrà poſt Complet. Sabbati.*

Ant. 7. d. Deus meus.

PSALMUS 24.

Juſti oppreſſi, & opem poſcentis humilis oratio.

AD te, Dómine, levávi ánimam meã: * Deus meus, in te confído, non erubeſcam :

Neque irrídeant me inimíci mei : * étenim univerſi qui ſúſtinent te, non confundentur.

Confundantur omnes iníqua agentes * ſupervácuè.

Vias tuas, Dómine, demonſtra mihi, * & ſémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, & doce me ; * quia tu es Deus ſalvátor meus, & te ſuſtínui totâ die.

Reminíſcere miſeratiónum tuárum, Dómine, * & miſericordiárum tuárum quæ à ſéculo ſunt.

Delícta juventútis meæ & ignorántias meas * ne memíneris.

Secundùm miſericórdiam tuam memento meî tu, * propter bonitátem tuam, Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus ; * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

Díriget manſuétos in judício ; * docébit mites vias ſuas.

Univerſæ viæ Dómini, miſericórdia & véritas * requiréntibus teſtamentum ejus & teſtimónia ejus.

Propter nomen tuum, Dómine, propitiáberis peccáto meo ; * multum eſt enim.

Diviſio Pſalmi 24.

QUis eſt homo qui timet Dóminum ? * legem ſtátuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur, * & ſemen ejus hæreditábit terram.

Firmamentum eſt Dóminus timéntibus eum, * & teſtamentum ipſius, ut manifeſtétur illis.

Oculi mei ſemper ad

Dóminum, * quóniam ipſe evellet de láqueo pedes meos.

Réſpice in me, & miſerére meî, * quia únicus & pauper ſum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ ſunt; * de neceſſitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meã, & labórem meum, * & dimitte univerſa delicta mea.

Réſpice inimícos meos, quóniã multiplicáti ſunt, * & ódio iníquo odérunt me.

Cuſtódi ánimam meam, & érue me: * non erubeſcam, quóniam ſperávi in te.

Innocentes & recti adhæſérunt mihi, * quia ſuſtínui te.

Líbera, Deus, Iſrael, * ex ómnibus tribulatiónibus ſuis.

PSALMUS 95.

Eccleſiæ, pro Chriſti adventu, canticum.

CAntáte Dómino cánticum novum: * cantáte Dómino omnis terra.

Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus; * annuntiáte de die in diem ſalutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus;

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis; * terríbilis eſt ſuper omnes deos:

Quóniam omnes dii géntium dæmónia; * Dóminus autem cœlos fecit.

Conféſſio & pulchritúdo in conſpectu ejus, * ſanctimónia & magnificéntia in ſanctificatióne ejus.

Afferte Dómino, pátriæ géntium, afferte Dómino glóriam & honórem; * afferte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóſtias, & introíte in átria ejus; * adoráte Dóminum in átrio ſancto ejus.

Commoveátur à fácie ejus univerſa terra: * dícite in géntibus quia Dóminus regnávit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commovébitur: * judicábit pópulos in æquitáte.

Lætentur cœli & exultet terra, commoveátur mare & plenitúdo ejus: * gaudébunt campi, & ómnia quæ in eis ſunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna ſylvárum à fácie Dñi, quia venit; * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, * & pópulos in veritáte ſua.

Ant. Deus meus, in te confído, non erubeſcam. *Pſ.* 24. 2.

Capitulum. Epheſ. 5. 1. 2.

EStóte imitatóres Dei, ſicut filii chariſſimi; & ambuláte in dilectióne, ſicut & Chriſtus diléxit nos, & trádidit ſemetipſum pro nobis oblatiónem, & hóſtiam Deo in odórem ſuavitátis.

℟. *br.* Quid retríbuam Dómino, * Pro ómnibus quæ retríbuit mihi? Quid retríbuam. ℣. Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus, * Pro. ómnibus. Glória. Quid retríbuam. *Pſ.* 115. 12. 14.

℣. Tibi, Dómine, ſacrificábo hóſtiam laudis, ℟. Et nomen Dómini invocábo. *Ibid.* 17.

Preces, ſi dicendæ ſint, habentur infrà poſt Compl. Sabb. Oratio conveniens.

AD SEXTAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus, Jam ſolis. *infrà poſt Completor. Sabb.*

Ant. 6. F. Elégit.

PSALMUS 46.

Laudatur Deus, quòd omnes gentes in unum Chriſti regnum coëant.

OMnes gentes, pláudite mánibus: * jubiláte Deo in voce exultatiónis.

Quóniam Dñs excelſus, terríbilis: * Rex magnus ſuper omnem terram.

Subjécit pópulos nobis, * & gentes ſub pédibus noſtris.

Elégit nobis hæreditátem ſuam, * ſpéciem Jacob quam diléxit.

Aſcendit Deus in júbilo, * & Dñs in voce tubæ.

Psállite Deo noſtro, psállite; * psállite Regi noſtro, psállite.

Quóniam rex omnis terræ Deus: * psállite ſapienter.

Regnábit Deus ſuper gentes: * Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.

Príncipes populórum congregáti ſunt cum Deo Abraham; * quóniam dii fortes terræ vehementer elevári ſunt.

PSALMUS 97.

Chriſtus celebrandus, qui ſe ſit omnibus exhibiturus, & orbem judicaturus.

CAntáte Dómino cánticum novum, * quia mirabília fecit.

Salvávit ſibi déxtera ejus, * & bráchium ſanctum ejus.

Notum fecit Dóminus ſalutáre ſuum; * in conſpectu géntium revelávit juſtítiam ſuam.

Recordátus eſt miſericórdiæ ſuæ, * & veritátis ſuæ dómui Iſrael.

Vidérunt omnes términi terræ * ſalutáre Dei noſtri.

Jubiláte Deo, omnis terra: * cantáte, & exultáte, & psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara, & voce pſalmi; * in tubis ductílibus, & voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conſpectu regis Dómini: * moveátur mare, & plenitúdo ejus; orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, ſimul montes exultábunt à conſpectu Dómini, * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in juſtítia, * & pópulos in æquitáte.

P S A L M U S 98.

Chriſti poteſtas: ejus veſtigia adoranda: exempla patrum.

DOminus regnávit, iraſcantur pópuli; * qui ſedet ſuper Chérubim, moveátur terra.

Dóminus in Sion magnus, * & excelſus ſuper omnes pópulos.

Confiteantur nómini tuo magno, quóniam terríbile & ſanctum eſt: * & honor regis judícium díligit.

Tu paraſti directiónes: * judícium & juſtítiam in Jacob tu feciſti.

Exaltáte Dñm Deum noſtrum, & adoráte ſcabellum pedum ejus, * quóniam ſanctum eſt.

Móyſes & Aaron in ſacerdótibus ejus, * & Sámuel inter eos qui ínvocant nomen ejus.

Invocábant Dóminum, & ipſe exaudiébat eos; * in columna nubis loquebátur ad eos.

Cuſtodiébant teſtimónia ejus, * & præceptum quod dedit illis.

Dómine Deus noſter, tu exaudiébas eos: * Deus, tu propítius fuiſti eis, & ulciſcens in omnes adinventiónes eórum.

Exaltáte Dñm Deum noſtrum, & adoráte in monte ſancto ejus, * quóniam ſanctus Dóminus Deus noſter.

Ant. Elégit nobis hæreditátem ſuam quam diléxit Dóminus. *Pſ.* 46. 5.

Capitulum. Rom. 8. 16. 17.

SPíritus teſtimónium reddit ſpirítui noſtro, quòd ſumus filii Dei. Si autem filii, & hærédes: hærédes quidem Dei, cohærédes autem Chriſti.

℟. *br.* Confiteantur Dómino * Miſericórdiæ ejus. Confiteantur. ℣. Et mirabília ejus filiis hóminum: * Miſericórdiæ. Glória Patri. Confiteantur. *Pſ.* 106. 8.

℣. Quómodo miſerétur pater filiórum, ℟. Miſertus eſt Dóminus timéntibus ſe. *Pſ.* 102. 13.

Preces, ſi dicendæ ſint, habentur infrà poſt Compl. Sabb. Oratio conveniens,

AD NONAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus, Recédit, *infrà poſt Completor. Sabbati.*

Ant. 7. ç. In voluntáte tua.

PSALMUS 52.

Impiorum infinitus numerus: adventus Chriſti exoptatur.

DIxit insípiens in corde ſuo: * Non eſt Deus.

Corrupti ſunt & abominábiles facti ſunt in iniquitátibus: * non eſt qui fáciat bonum.

Deus de cœlo proſpexit ſuper filios hóminum, * ut vídeat ſi eſt intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, ſimul inútiles facti ſunt: * non eſt qui fáciat bonum, non eſt uſque ad unum.

Nonne ſcient omnes qui operantur iniquitátem, * qui dévorant plebem meã ut cibum panis?

Deum non invocavérunt: * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniã Deus diſſipávit oſſa eórum qui homínibus placent: * confúſi ſunt, quóniam Deus ſprevit eos.

Quis dabit ex Sion ſalutáre Iſrael? * cùm convérterit Deus captivitátem plebis ſuæ, exultábit Jacob, & lætábitur Iſrael.

PSALMUS 72.

Improbi in hac vita felices: probi quòd ſua quemque præmia maneant, conſolatione levantur.

QUàm bonus Iſrael Deus, * his qui recto ſunt corde!

Mei autem penè moti ſunt pedes, * penè effúſi ſunt greſſus mei;

Quia zelávi ſuper iníquos, * pacem peccatórum videns;

Quia non eſt reſpectus morti eórum, * & firmamentum in plaga eórum;

In labóre hóminum non ſunt, * & cum homínibus non flagellabuntur.

Ideo ténuit eos ſupérbia; * operti ſunt iniquitáte & impietáte ſuâ.

Pródiit quaſi ex ádipe iníquitas eórum; * tranſiérunt in affectum cordis.

Cogitavérunt & locúti ſunt nequítiam, * iniquitátem in excelſo locúti ſunt.

Poſuérunt in cœlum os ſuum, * & lingua eórum tranſívit in terra.

Ideo convertétur pópulus meus hîc; * & dies pleni invenientur in eis.

Et dixérunt: Quómodo ſcit Deus? * & , Si eſt ſciéntia in Excelſo?

Ecce ipſi peccatóres, & abundantes in ſéculo, * obtinuérunt divítias.

Et dixi: Ergo ſine cauſa

juſtificávi cor meum, * & lavi inter innocentes manus meas.

Et fui flagellátus totâ die, * & caſtigátio mea in matutínis.

Si dicébam: Narrábo ſic: * ecce natiónem filiórum tuórum reprobávi.

Exiſtimábam ut cognóſcerem hoc: * labor eſt ante me,

Donec intrem in ſanctuárium Dei, * & intélligam in noviſſimis eórum.

Verúmtamen propter dolos poſuiſti eis; * dejeciſti eos, dum allevarentur.

Quómodo facti ſunt in deſolatiónem, ſúbitò defecérunt? * periérunt propter iniquitátem ſuam.

Velut ſómnium ſurgéntium, Dómine, * in civitáte tua imáginem ipſórum ad níhilum rédiges.

Quia inflammátum eſt cor meum, & renes mei commutáti ſunt; * & ego ad níhilum redactus ſum, & neſcívi.

Ut jumentum factus ſum apud te, * & ego ſemper tecum.

Diviſio Pſalmi 72.

TEnuiſti [Dómine] manum déxteram meam, & in voluntáte tua deduxiſti me, * & cum glória ſuſcepiſti me.

Quid enim mihi eſt in cœlo? * & à te quid vólui ſuper terram?

Defécit caro mea, & cor meum: * Deus cordis mei, & pars mea, Deus, in æternum.

Quia ecce qui elongant ſe à te, períbunt; * perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.

Mihi autem adhærére Deo bonum eſt, * pónere in Dómino Deo ſpem meam:

Ut annúntiem omnes prædicatiónes tuas * in portis filiæ Sion.

Ant. In voluntáte tua deduxiſti me, Dómine, & cum glória ſuſcepiſti me. *Pſ.* 72. 24.

Capitul. 2. Theſſ. 1. 11. 12.

DIgnétur vos vocatióne ſuâ Deus noſter, & ímpleat omnem voluntátem bonitátis, & opus fídei in virtúte, ut clarificétur nomen Dómini noſtri Jeſu Chriſti in vobis, & vos in illo.

℟. *br.* Doce me fácere voluntátem tuam; * Quia Deus meus es tu. Doce. ℣. Spíritus tuus bonus dedúcet me; * Quia. Glória. Doce. *Pſ.* 142. 10.

℣. In Deo ſalutáre meū, & glória mea: ℟. Deus auxílii mei; & ſpes mea in Deo eſt. *Pſ.* 61. 8.

Preces, ſi dicendæ ſint, habentur infrà poſt Comp. Sabb. Oratio conveniens.

AD VESPERAS.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 2. D. Convértere.

PSALMUS 114.

Chriſtus, mortis victor.

DIlexi, quóniam exáudiet Dóminus * vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem ſuam mihi, * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis, * & perícula inferni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni, * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine, líbera ánimam meam: * miséricors Dóminus, & juſtus, & Deus noſter miſerétur.

Cuſtódiens párvulos Dóminus; * humiliátus ſum, & liberávit me.

Convértere, ánima mea, in réquiem tuam, * quia Dóminus benefécit tibi;

Quia erípuit ánimam meam de morte, * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapſu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

Ant. Convértere, ánima mea, in réquiem tuam, quia Dóminus benefécit tibi.

Ant. 8. G. Levávi.

PSALMUS 120.

Deus Eccleſiæ cuſtos.

LEvávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum; * neque dormítet qui cuſtódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet, * qui cuſtódit Iſrael.

Dóminus cuſtódit te, Dóminus protéctio tua * ſuper manum déxteram tuam.

Per diem ſol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus cuſtódit te ab omni malo: * cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus cuſtódiat introítum tuum & éxitum tuum, * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.

Ant. Levávi óculos meos in montes: auxílium meum à Dómino.

Ant. 1. a. Adjutórium noſtrum.

PSALMUS 123.

Eccleſia à periculis ereptæ gratiarum actio.

NIſi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Iſrael: * niſi quia Dóminus erat in nobis.

Cùm exúrgerent hómines in nos, * fortè vivos deglutiſſent nos;

Cùm iraſcerétur furor eórum in nos, * fórſitan aqua abſorbuiſſet nos.

Torrentem pertransívit ánima noſtra, * fórſitan

pertranſiſſet ánima noſtra aquam intolerábilem.

Benedíctus Dóminus, * qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt * de láqueo venántium.

Láqueus contrítus eſt, * & nos liberáti ſumus.

Adjutórium noſtrum in nómine Dómini, * qui fecit cœlum & terram.

Ant. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini, qui fecit cœlum & terram.

Ant. 5. a. Magnificávit Dóminus.

PSALMUS 125.

Apoſtolorum Martyrumque labores & patientia.

IN convertendo Dóminus captivitátem Sion, * facti ſumus ſicut conſoláti.

Tunc replétum eſt gáudio os noſtrum, * & lingua noſtra exultatióne.

Tunc dicent inter gentes: * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobiſcum: * facti ſumus lætantes.

Converte, Dómine, captivitátem noſtram, * ſicut torrens in auſtro.

Qui séminant in lácrymis, * in exultatióne metent.

Euntes ibant & flebant, * mittentes ſémina ſua.

Venientes autem vénient cum exultatióne, * portantes manípulos ſuos.

Ant. Magnificávit Dóminus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes.

Ant. 6. F. Adhæreat.

PSALMUS 136.

Flebilis captivi populi querimonia.

SUper flúmina Babylónis, illic ſédimus & flévimus, * cùm recordarémur Sion.

In ſalícibus in médio ejus, * ſuſpéndimus órgana noſtra:

Quia illic interrogavérunt nos, qui captívos duxérunt nos, * verba cantiónum:

Et qui abduxérunt nos; * Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.

Quómodo cantábimus cánticum Dómini * in terra aliéna?

Si oblítus fúero tuî, Jerúſalem, * oblivióni detur déxtera mea.

Adhæreat lingua mea fáucibus meis, * ſi non memínero tuî.

Si non propoſúero Jerúſalem * in princípio lætítiæ meæ.

Memor eſto, Dñe, filiórũ Edom, * in die Jerúſalem.

Qui dicunt, Exinaníte, exinaníte * uſque ad fundamentum in ea.

Filia Babylónis míſera; * beátus qui retríbuet tibi retributiónem tua, quam retribuiſti nobis.

Beátus qui tenébit, * & allídet párvulos tuos ad petram.

Ant. Adhæreat lingua mea fáucibus meis, ſi non propoſuéro Jeruſalem in princípio lætítiæ meæ.

Capitulum. Gen. 1. 6. 8.

DIxit quoque Deus: Fiat firmamentum in médio aquárum, & dívídat aquas ab aquis... Et factum eſt ita: vocavítque Deus firmamentum cœlum, & factum eſt véſpere & mane dies ſecundus.

Hymnus.

DIGNAM paras ſedem tibi,
Sublíme dum cœlũ, Deus,
Expandis, admirábile
Mortálibus ſpectáculum.

REX hâc in aulâ cérneris:
Nubes ſuper fulget thronus;
Levéſque ventórum ſuper
Pennas, triumphans ámbulas.

ILLIC ſonóros vítreo
Suſpendis imbres álveo;
Et quas jubes, circúmvolans
Procella terras írrigat.

MITTIS nives & grándinem,
Roríſque gemmas párturis;
Fulmen vibras, & ígnibus
Armas tremendis fúlgura.

AT ſeu tonitru míſceas,
Seu rore terras récrees;
Natos amans, in ómnibus
Signas amóris pígnora.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Ad te, Dómine, clamávi totâ die: ℟. Lætífica ánimam ſervi tui. *Pſ.* 85.

Ad Magníficat. *Ant.* 5. C. Magníficat ánima mea Dóminum; & exultávit ſpíritus meus in Deo ſalutári meo. *Luc.* 1.

Preces, ſi dicendæ ſint, & Suffragia, habentur infrà poſt Complet. Sabbati.

Oratio, quando propria non aſſignatur, dicitur de Dominica præcedenti.

AD COMPLETOR.

℣. Converte nos, Deus in adjutórium.

Ant. 2. D. Juſtum.

PSALMUS 6.

Oratio pœnitentis, Dei miſericordiam implorantis.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Miſerére meî, Dómine, quóniam infírmus ſum; * ſana me, Dómine, quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima mea turbáta eſt valde; * ſed tu, Dómine, uſquequò?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam; * ſalvum me fac propter miſericórdiam tuam.

Quóniam non eſt in morte qui memor ſit tuî: * in inferno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per ſíngulas noctes lectum meum; * lácrymis meis ſtratum meũ rigábo.

Turbátus eſt à furóre óculus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Diſcédite à me, omnes qui operámini iniquitátem: * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam: * Dóminus oratiónem meã ſuſcépit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei: * convertantur & erubeſcant valde velóciter.

P S A L M U S 7.

Salus juſtos manet; malos, interitus.

DOmine Deus meus, in te ſperávi: * ſalvum me fac ex ómnibus perſequéntibus me, & líbera me.

Nequando rápiat ut leo ánimam meam, * dum non eſt qui rédimat, neque qui ſalvum fáciat.

Dómine Deus meus, ſi feci iſtud, * ſi eſt iníquitas in mánibus meis:

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * décidam meritò ab inimícis meis inánis:

Perſequátur inimícus ánimam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, * & glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exurge, Dómine, in ira tua: * & exaltáre in fínibus inimicórum meórũ.

Et exurge, Dómine Deus meus, in præcepto, quod mandaſti: * & ſynagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere: * Dóminus júdicat pópulos.

Júdica me, Dómine, ſecundùm juſtítiam meã, * & ſecundùm innocéntiam meam ſuper me.

Conſumétur nequítia peccatórum, & díriges juſtum, * ſcrutans corda & renes, Deus.

Juſtum adjutórium meũ à Dómino, * qui ſalvos facit rectos corde.

Diviſio Pſalmi 7.

DEus judex juſtus, fortis & pátiens: * numquid iráſcitur per ſíngulos dies?

Niſi converſi fuéritis, gládium ſuum vibrábit: * arcum ſuum teténdit, & parávit illum:

Et in eo parávit vaſa mortis; * ſagittas ſuas ardentibus effécit.

Ecce partúriit injuſtítiam; * concépit dolórem, & péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, & effódit eum; * & íncidit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus; * & in vérticem ipſíus iníquitas ejus deſcendet.

Confitébor Dómino ſecundùm juſtítiam ejus: * & pſallam nómini Dómini altíſſimi.

Ant. Juſtum adjutórium meum à Dño, qui ſalvos facit rectos corde. *Pſ.* 7. 11.

Hymnus, Capitulum, ℟. *breve, Antiph. ad* Nunc dimittis, *& Preces, quando dicuntur, habentur infrà poſt Complet. Sabbati.*

FERIA TERTIA AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Pópulus Dómini, & oves manûs ejus,* Veníte, adorémus.

Pſ. 94. Veníte. 2.

Hymnus.

TE príncipem ſummo, Deus,
Jubes amóre díligi:
Tibi ſecundum prótinùs
Jubes amári próximum.

AMORE fundátam tuo
Communiónem réſpice,
Quâ corpus unum plúrimi,
Unũ cor, una mens ſumus.

ILLAM fides & véritas
Amábili ſtipent choro:
Oblíquus hinc livor procul,
Et litis horror éxulent.

TU pacis auctor, mútuos
Adſtringe nexus: da, Pater,
Gaudére fratrum gáudiis,
Da condolére flétibus.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Quis requieſcet.

PSALMUS 14.

Quibus virtutum exercitiis ſalus obtineatur.

DOmine, quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingréditur ſine mácula, * & operátur juſtítiam;

Qui lóquitur veritátem in corde ſuo; * qui non egit dolum in lingua ſua;

Nec fecit próximo ſuo malum, * & oppróbrium non accépit adversùs próximos ſuos.

Ad níhilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus: * timentes autem Dóminum gloríficat.

Qui jurat próximo ſuo, & non décipit; * qui pecúniam ſuam non dedit ad uſúram, & múnera ſuper innocentem non accépit.

Qui facit hæc, * non movébitur in æternum.

PSALMUS 18.

Deus tum ex operibus, tum ex ſanctitate legis cognitus.

CŒli enarrant glóriam Dei, * & ópera mánuum ejus annúntiat firmamentum.

Dies diéi erúctat verbum, * & nox nocti índicat ſciéntiam.

Non ſunt loquélæ, neque ſermónes, * quorum non audiantur voces eórum.

In omnem terram exívit ſonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

In ſole póſuit tabernáculum ſuum: * & ipſe tamquam ſponſus procédens de thálamo ſuo.

Exultávit ut gigas ad currendam viam; * à ſummo cœlo egréſſio ejus.

Et occurſus ejus uſque ad ſummum ejus: * nec eſt qui ſe abſcondat à calóre ejus.

Diviſio Pſalmi 18.

LEx Dómini immaculáta, convertens ánimas: * teſtimónium Dómini fidéle, ſapiéntiam præſtans párvulis.

Juſtítiæ Dómini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini ſanctus, pérmanens in ſéculum ſéculi: * judícia Dómini vera, juſtificáta in ſemetipſa.

Deſiderabília ſuper aurum & lápidem pretióſum multum, * & dulcióra ſuper mel & favum.

Etenim ſervus tuus cuſtódit ea; * in cuſtodiendis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit? ab occultis meis munda me: * & ab aliénis parce ſervo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero, * & emundábor à delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei: * & meditátio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

Dómine, adjútor meus, * & redemptor meus.

Ant. Quis requieſcet in monte ſancto tuo, Dómine? qui operátur juſtítiam, nec fecit próximo ſuo malum. *Pſ.* 14. 1. 2. 3.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Non proponébam.

PSALMUS 71.

Chriſti regnum pacificum, amplum, fœlixque.

DEus, judícium tuũ regi da, * & juſtítiam tuam filio regis:

Judicáre pópulum tuum in juſtítia, * & páuperes tuos in judício.

Suſcípiant montes pa-

cem pópulo, * & colles juſtítiam.

Judicábit páuperes pópuli, & ſalvos fáciet filios páuperum; * & humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum ſole & ante lunam, * in generatióne & generatiónem.

Deſcendet ſicut plúvia in vellus, * & ſicut ſtillicídia ſtillántia ſuper terram.

Oriétur in diébus ejus juſtítia, & abundántia pacis,*donec auferátur luna.

Et dominábitur à mari uſque ad mare, * & à flúmine uſque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes; * & inimíci ejus terram lingent.

Diviſio Pſalmi 71.

REges Tharſis & ínſulæ múnera óffe-rent; * reges Arabum & Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terræ; * omnes gentes ſérvient ei:

Quia liberábit páuperem à potente; * & páuperem cui non erat adjútor.

Parcet páuperi & ínopi, * & ánimas páuperum ſalvas fáciet.

Ex uſúris & iniquitáte rédimet ánimas eórum; * & honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, & dábitur ei de auro Arábiæ, & adorábunt de ipſo ſemper; * totâ die benedícent ei.

Et erit firmamentum in terra in ſummis móntium, ſuperextollétur ſuper Líbanum fructus ejus; * & florébunt de civitáte ſicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in ſécula; * ante ſolem pérmanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ, * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedictus Dñs Deus Iſrael, * qui facit mirabília ſolus.

Et benedictum nomen majeſtátis ejus in æternum; * & replébitur majeſtáte ejus omnis terra: fiat, fiat.

PSALMUS 100.

Bene vivendi forma: fugiendi mali.

MIſericórdiam & judícium * cantábo tibi, Dómine.

Pſallam, & intélligam in viâ immaculáta,*quando vénies ad me.

Perambulábam in innocéntia cordis mei, * in médio domûs meæ.

Non proponébam ante óculos meos rem injuſtam; * facientes prævaricatiónes odívi.

Non adhæſit mihi cor pravum; * declinantem à me malignum non cognoſcébam.

Detrahentem ſecrétò próximo ſuo * hunc perſequébar.

Superbo óculo & inſatiábili corde, * cum hoc non edébam.

Oculi mei ad fidéles terræ, ut ſédeant mecum: * ámbulans in via immaculáta, hic mihi miniſtrábat.

Non habitábit in médio domûs meæ, qui facit ſupérbiam: * qui lóquitur iníqua, non diréxit in conſpectu oculórum meórum.

In matutíno interficiébam omnes peccatóres terræ; * ut diſpérderem de civitáte Dómini omnes operantes iniquitátem.

Ant. Non proponébam ante óculos meos rem injuſtam: detrahentem ſecrétò próximo ſuo, hunc perſequébar.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Adjúvit.

PSALMUS 106.

Deus ſuos è variis periculis ſervare, & donis cumulare amat.

Confitémini Dómino, quóniam bonus: * quóniam in ſǽculum miſericórdia ejus.

Dicant qui redempti ſunt à Dño, quos redémit de manu inimíci: * & de regiónibus congregávit eos,

A ſolis ortu & occáſu, * ab aquilóne & mari.

Erravérunt in ſolitúdine, in inaquóſo: * viam civitátis habitáculi non invenérunt.

Eſurientes, & ſitientes: * ánima eórum in ipſis defécit.

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularentur; * & de neceſſitátibus eórum erípuit eos:

Et deduxit eos in viam rectam, * ut irent in civitátem habitatiónis.

Confiteantur Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum:

Quia ſatiávit ánimam inánem, * & ánimam eſurientem ſatiávit bonis.

Sedentes in ténebris & umbra mortis, * vinctos in mendicitáte & ferro:

Quia exacerbavérunt elóquia Dei, * & consílium Altíſſimi irritavérunt.

Et humiliátum eſt in labóribus cor eórum; * infirmáti ſunt, nec fuit qui adjuváret.

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularentur, * & de neceſſitátibus eórum liberávit eos.

Et eduxit eos de ténebris, & umbrâ mortis, * & víncula eórum diſrúpit.

Confiteantur Dño miſericórdiæ ejus; * & mirabília ejus fíliis hóminum:

Quia contrívit portas æreas, * & vectes férreos confrégit.

Diviſio Pſalmi 106.

SUſcépit eos [Dóminus] de via iniquitátis eórum : * propter injuſtítias enim ſuas humiliáti ſunt.

Omnem eſcam abominàta eſt ánima eórum : * & appropinquavérunt uſque ad portas mortis :

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularentur ;* & de neceſſitátibus eórum liberávit eos.

Miſit verbum ſuum, & ſanávit eos ; * & erípuit eos de interitiónibus eórum.

Confiteantur Dómino miſericórdiæ ejus ; * & mirabília ejus fíliis hóminum :

Et ſacríficent ſacrifícium laudis, * & annúntient ópera ejus in exultatióne.

Qui deſcendunt mare in návibus, * facientes operatiónem in aquis multis;

Ipſi vidérunt ópera Dómini, * & mirabília ejus in profundo.

Dixit, & ſtetit ſpíritus procellæ; * & exaltáti ſunt fluctus ejus.

Aſcendunt uſque ad cœlos, & deſcendunt uſque ad abyſſos: * ánima eórum in malis tabeſcébat.

Turbáti ſunt, & moti ſunt ſicut ébrius ; * & omnis ſapiéntia eórum devoráta eſt.

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularentur ; * & de neceſſitátibus eórum eduxit eos.

Et ſtátuit procellam ejus in auram ; * & ſiluérunt fluctus ejus :

Et lætáti ſunt quia ſiluérunt : * & deduxit eos in portum voluntátis eórum.

Confiteantur Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminũ :

Et exaltent eum in eccléſia plebis, * & in cáthedra ſeniórum laudent eum.

Altera diviſio Pſalmi 106.

POſuit [Dóminus] flúmina in deſertum, * & éxitus aquárum in ſitim ;

Terram fructíferam in ſalſúginem, * à malítia inhabitántium in ea.

Póſuit deſertum in ſtagna aquárum, * & terram ſine aqua in éxitus aquárum :

Et collocávit illic eſurientes, * & conſtituérunt civitátem habitatiónis.

Et ſeminavérunt agros, & plantavérunt víneas ; * & fecérunt fructum nativitátis.

Et benedixit eis, & multiplicáti ſunt nimis ; * & jumenta eórum non minorávit.

Et pauci facti ſunt ; * & vexáti ſunt à tribulatióne malórum, & dolóre.

Effúſa eſt contémptio ſuper príncipes ; * & erráre fecit eos in ínvio, & non in via.

Et adjúvit páuperem de inópia ; * & póſuit ſicut oves famílias.

Vidébunt recti, & lætabuntur ; * & omnis íniquitas oppilábit os ſuum.

Quis ſápiens, & cuſtódiet hæc ; * & intélliget miſericórdias Dómini ?

Ant. Adjúvit Dóminus páuperem de inópia : vidébunt recti, & lætabuntur.

℣. Exortum eſt in ténebris lumen rectis : ℟. Miſéricors, & miſerátor, & juſtus. *Pſ.* 111. 4.

Pater noſter.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Magnificáte Dóminum mecum, ℟. Et exaltémus nomen ejus in idipſum. *Pſ.* 33. 4.

Ant. 4. a. Qui non accépit.

PSALMUS 23.

Imperium Chriſti ; ipſius ad cælos aſcenſus.

DOmini eſt terra, & plenitúdo ejus, * orbis terrárum, & univerſi qui hábitant in eo :

Quia ipſe ſuper mária fundávit eum, * & ſuper flúmina præparávit eum.

Quis aſcendet in montem Dómini ? * aut quis ſtabit in loco ſancto ejus ?

Innocens mánibus & mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam ſuam, nec jurávit in dolo próximo ſuo.

Hic accípiet benedictiónem à Dño, * & miſericórdiam à Deo ſalutári ſuo.

Hæc eſt generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas príncipes veſtras ; & elevámini, portæ æternáles : * & introíbit rex glóriæ.

Quis eſt iſte rex glóriæ ? * Dñs fortis & potens, Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas príncipes veſtras ; & elevámini, portæ æternáles : * & introíbit rex glóriæ.

Quis eſt iſte rex glóriæ ? * Dóminus virtútum ipſe eſt rex glóriæ.

Ant. Qui non accépit in vano ánimam ſuam, nec jurávit in dolo próximo ſuo, hic accípiet benedictiónem à Dómino.

Ant. 5. a. Audiam.

PSALMUS 84.

Finis captivitatis ; futura Verbi incarnatio.

BEnedixiſti, Dómine, terram tuam, * avertiſti captivitátem Jacob.

Remiſiſti iniquitátem plebis tuæ, * operuiſti ómnia peccáta eórum.

Mitigaſti omnem iram tuam ; * avertiſti ab ira indignatiónis tuæ.

Converte nos, Deus ſalutáris noſter, * & averte iram tuam à nobis.

Numquid in æternum iraſcéris nobis? * aut extendes iram tuam à generatióne in generatiónem?

Deus, tu converſus vivificábis nos; * & plebs tua lætábitur in te.

Oſtende nobis, Dñe, miſericórdiam tuam; * & ſalutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus; * quóniam loquétur pacem in plebem ſuam,

Et ſuper ſanctos ſuos, * & in eos qui convertuntur ad cor.

Verúmtamen prope timentes eum ſalutáre ipſíus: * ut inhábitet glória in terra noſtra.

Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi,* juſtítia & pax oſculátæ ſunt.

Véritas de terra orta eſt, * & juſtítia de cœlo proſpexit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem; * & terra noſtra dabit fructum ſuũ.

Juſtítia ante eum ambulábit; * & ponet in via greſſus ſuos.

Ant. Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus; quóniam loquétur pacem in plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos.

Ant. 3. g. Tu Dóminus.

PSALMUS 96.

Chriſti regnum: ille ſolus adorandus.

DOminus regnávit, exultet terra,* læténtur ínſulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus; * juſtítia & judíciũ corréctio ſedis ejus.

Ignis ante ipſum præcédet, * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ: * vidit, & commóta eſt terra.

Montes ſicut cera fluxérunt à fácie Dómini, * à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli juſtítiam ejus; * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundantur omnes qui adórant ſculptília, * & qui gloriantur in ſimulácris ſuis.

Adoráte eum, omnes Angeli ejus: * audívit, & lætáta eſt Sion.

Et exultavérunt fíliæ Judæ, * propter judícia tua, Dómine;

Quóniam tu Dóminus altíſſimus ſuper omnem terram: * nimis exaltátus es ſuper omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum: * cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum; de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta eſt juſto, * & rectis corde lætítia.

Lætámini, juſti, in Dómino, * & confitémini memóriæ ſanctificatiónis ejus.

Ant. Tu Dóminus altíſſimus ſuper omnem terram.

Ant. 7. *d.* Vivens.

In Feriis, Canticum Ezechiæ. Iſ. 38.

EGo dixi: In dimídio diérum meórum vadam ad portas ínferi: * quæsívi resíduum annórum meórum.

Dixi: Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium: * non aſpíciam hóminem ultrà, & habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta eſt, & convolúta eſt à me, * quaſi tabernáculum paſtórum.

Præcísa eſt, velut à texente, vita mea; dum adhuc ordírer, ſuccídit me: * de mane uſque ad véſperam fínies me.

Sperábam uſque ad mane, quaſi leo ſic contrívit ómnia oſſa mea: * de mane uſque ad véſperam fínies me.

Sicut pullus hirúndinis ſic clamábo, * meditábor ut columba.

Attenuáti ſunt óculi mei, ſuſpicientes in excelſum: * Dómine, vim pátior, reſponde pro me.

Quid dicam, aut quid reſpondébit mihi, * cùm ipſe fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine, ſi ſic vívitur, & in tálibus vita ſpíritûs mei, * corrípies me, & vivificábis me.

Ecce in pace amaritúdo mea amaríſſima: * tu autem eruiſti ánimam meam ut non períret:

Projeciſti poſt tergum tuũ * ómnia peccáta mea.

Quia non infernus confitébitur tibi, neque mors laudábit te; * non expectábunt, qui deſcendunt in lacum, veritátem tuam.

Vivens, vivens ipſe confitébitur tibi, ſicut & ego hódie: * pater filiis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine, ſalvum me fac; * & pſalmos noſtros cantábimus cunctis diébus vitæ noſtræ in domo Dñi.

Ant. Vivens, vivens ipſe confitébitur tibi, Dómine: pater filiis notam fáciet veritátem tuam.

[*In Feſtis, Canticum.* Eccli. 36.

MIſerére noſtrî, Deus ómnium, & réſpice nos, * & oſtende nobis lucem miſeratiónum tuárum;

Et immitte timórem tuum ſuper gentes quæ non exquiſiérunt te, * ut

cognoſcant quia non eſt Deus, niſi tu, & enarrent magnália tua.

Alleva manum tuam ſuper gentes aliénas, * ut vídeant poténtiam tuam.

Sicut enim in conſpectu eórum ſanctificátus es in nobis, * ſic in conſpectu noſtro magnificáberis in eis;

Ut cognoſcant te, * ſicut & nos cognóvimus quóniam non eſt Deus præter te, Dómine.

Innova ſigna, & immúta mirabília: * glorífica manum, & bráchium dextrum.

Excita furórem, & effunde iram: * tolle adversárium, & afflíge inimícum.

Feſtína tempus, & meménto finis, * ut enarrent mirabília tua.

In ira flammæ devorétur qui ſalvátur; * & qui péſſimant plebem tuam, invéniant perditiónem.

Cóntere caput príncipum inimicórum, * dicéntium: Non eſt álius præter nos.

Cóngrega omnes tribus Jacob, * ut cognoſcant quia non eſt Deus, niſi tu, & enarrent magnália tua;

Et hæreditábis eos, * ſicut ab inítio.

Miſerére plebi tuæ, ſuper quam invocátum eſt nomen tuum; * & Iſraël, quem coæquaſti primogénito tuo.

Miſerére civitáti ſanctificatiónis tuæ Jeruſalem, * civitáti requiéi tuæ.

Reple Sion inenarrabílibus verbis tuis, * & glóriâ tuâ pópulum tuũ.]

Ant. 1. *D.* Laudáte.

PSALMUS 150.

Deus omni muſicæ genere laudandus.

LAudáte Dóminum in ſanctis ejus: * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum ſecundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ: * laudáte eum in pſaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro:* laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis beneſonántibus; laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ant. Laudáte Dóminum in ſanctis ejus: laudáte eum ſecundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Capitul. 1. Joan. 2. 8. 10.

MAndátum novum ſcribo vobis, quod verum eſt & in Chriſto, & in vobis; quia ténebræ tranſiérunt, & verum lumen jam lucet. Qui dicit

ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in ténebris eſt uſque adhuc. Qui díligit fratrem ſuum, in lúmine manet, & ſcándalum in eo non eſt.

Hymnus.

OMNES jubet, quos cóndidit
Æternus ómnium parens,
Amóre necti mútuo,
Uno movéri ſpíritu.

Vos ergo, pacis filii,
Unâ creáti déxterâ,
Unum quibus Chriſtus caput,
Amáre fratres díſcite.

VÆ qui malignis ártibus,
Linguíſque lædunt próximum!
Væ dira qui ſpargit malus
Diſſenſiónum ſémina!

HINC blanda vox cedat procul,
Quæ pectus incautum ſubit,
Lapsúque cæco dúlcibus
Laudum venénis ínficit.

PER verba fuci neſcia
Jam véritas ſe détegat;
Reduxque terris, ómnium
Loquátur ore cháritas.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus. Amen.

℣. Deus in médio civitátis ſuæ; non commovébitur: ℟. Adjuvábit eam manè dilúculo. *Pſ.* 45. 6.

Ad **Benedictus.** *Ant.* 7. a. **Erexit Dóminus cornu ſalútis nobis in domo David púeri ſui, ſicut locútus eſt per os ſanctórum.** *Luc.* 1.

AD PRIMAM.

Ant. 2. D. Cùm mihi.

PSALMUS 34.

Chriſtus ab hoſtibus liberari deprecatur.

JUdica, Dómine, nocentes me, * expugna impugnantes me.

Apprehende arma & ſcutum, * & exurge in adjutórium mihi.

Effunde frámeam, & conclúde adverſùs eos qui perſequuntur me; * dic ánimæ meæ: Salus tua ego ſum.

Confundantur & revereantur * quærentes ánimam meam.

Avertantur retrorsùm & confundantur * cogitantes mihi mala.

Fiant tamquam pulvis ante fáciem venti, * & ángelus Dñi coarctans eos.

Fiat via illórum ténebræ, & lúbricum, * & ángelus Dómini perſequens eos.

Quóniam gratìs abſcondérunt mihi intéritum láquei ſui, * ſupervácuè exprobravérunt ánimam meam.

Véniat illi láqueus quem ignórat; & cáptio quam abſcondit, apprehendat

eum, * & in láqueum cadat in ipſum.

Anima autem mea exultábit in Dómino; * & delectábitur ſuper ſalutári ſuo.

Omnia oſſa mea dicent: * Dómine, quis símilis tibi?

Erípiens ínopem de manu fortiórum ejus, * egénum & páuperem à diripiéntibus eum.

Diviſio Pſalmi 34.

SUrgentes teſtes iníqui, * quæ ignorábam interrogábant me.

Retribuébant mihi mala pro bonis, * ſterilitátem ánimæ meæ.

Ego autem, cùm mihi moleſti eſſent, * induébar cilício.

Humiliábam in jejúnio ánimam meam; * & orátio mea in ſinu meo convertétur.

Quaſi próximum, & quaſi fratrem noſtrum, ſic complacébam, * quaſi lugens & contriſtátus, ſic humiliábar.

Et adversùm me lætáti ſunt, & convenérunt: * congregáta ſunt ſuper me flagella, & ignorávi.

Diſſipáti ſunt, nec compuncti; tentavérunt me, ſubſannavérunt me ſubſannatióne; * frenduérunt ſuper me déntibus ſuis.

Dómine, quando reſpícies? * reſtítue ánimam meam à malignitáte eórum, à leónibus únicam meam.

Confitébor tibi in Eccléſia magna, * in pópulo gravi laudábo te.

Non ſupergáudeant mihi qui adverſantur mihi iníquè; * qui odérunt me gratìs, & ánnuunt óculis.

Quóniam mihi quidem pacíficè loquebantur, * & in iracúndia terræ loquentes, dolos cogitábant.

Et dilatavérunt ſuper me os ſuum; * dixérunt: Euge, euge, vidérunt óculi noſtri.

Vidiſti, Dómine, ne síleas; * Dómine, ne diſcédas à me.

Altera diviſio Pſalmi 34.

EXurge, & intende judício meo, * Deus meus & Dóminus meus, in cauſam meam.

Júdica me ſecundùm juſtítiam tuam, Dómine Deus meus; * & non ſupergáudeant mihi.

Non dicant in córdibus ſuis: Euge, euge, ánimæ noſtræ; * nec dicant: Devorávimus eum.

Erubeſcant & revereantur ſimul, * qui gratulantur malis meis.

Induantur confuſióne & reveréntiâ, * qui magna loquuntur ſuper me.

Exultent & lætentur qui volunt juſtítiam meá;

* & dicant ſemper : Magnificétur Dóminus, qui volunt pacem ſervi ejus.

Et lingua mea meditábitur juſtítiam tuam, * totâ die laudem tuam.

Ant. Cùm mihi moleſti eſſent, quaſi próximum, & quaſi fratrem noſtrum, ſic complacébam.

AD TERTIAM.

Ant. 1. ſ. Cum ímpiis non ſedébo.

PSALMUS 25.

Puræ conſcientiæ in conſpectu Dei humilis inquiſitio.

JUdica me, Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingreſſus ſum, * & in Dómino ſperans, non infirmábor.

Proba me, Dómine, & tenta me;* ure renes meos & cor meum;

Quóniam miſericórdia tua ante óculos meos eſt, * & complácui in veritáte tua.

Non ſedi cum concílio vanitátis, * & cum iníqua geréntibus non introíbo.

Odívi eccléſiam malignántium, * & cum ímpiis non ſedébo.

Lavábo inter innocentes manus meas, * & circúmdabo altáre tuum, Dómine;

Ut áudiam vocem laudis, * & enarrem univerſa mirabília tua.

Dómine, dilexi decórem domûs tuæ,* & locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam, * & cum viris ſánguinum vitam meam,

In quorum mánibus iniquitátes ſunt : * déxtera eórum repléta eſt munéribus.

Ego autem in innocéntia mea ingreſſus ſum ; * rédime me, & miſerére meî.

Pes meus ſtetit in directo ; * in eccléſiis benedícam te, Dómine.

PSALMUS 49.

Non ex cæſis victimis, ſed ex animi puritate judicandi homines.

DEus deórum Dóminus locútus eſt : * & vocávit terram,

A ſolis ortu uſque ad occáſum : * ex Sion ſpécies decóris ejus.

Deus manifeſtè véniet : * Deus noſter, & non ſilébit.

Ignis in conſpectu ejus exardeſcet : * & in circúitu ejus tempeſtas válida.

Advocábit cœlum deſursùm, * & terram, diſcérnere pópulum ſuum.

Congregáte illi ſanctos ejus, * qui órdinant teſtamentum ejus ſuper ſacrifícia.

Et annuntiábunt cœli juſtítiam ejus, * quóniam Deus judex eſt.

Audi, pópulus meus, & loquar; Iſrael, & teſtificábor tibi: * Deus, Deus tuus ego ſum.

Non in ſacrificiis tuis árguam te: * holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper.

Non accípiam de domo tua vítulos, * neque de grégibus tuis hircos:

Quóniam meæ ſunt omnes feræ ſylvárum, * jumenta in móntibus & boves.

Cognóvi ómnia volatília cœli: * & pulchritúdo agri mecum eſt.

Si eſuriero, non dicam tibi: * meus eſt enim orbis terræ, & plenitúdo ejus.

Numquid manducábo carnes taurórum? * aut ſánguinem hircórum potábo?

Immola Deo ſacrifícium laudis: * & redde Altíſſimo vota tua.

Et invoca me in die tribulatiónis: * éruam te, & honorificábis me.

Diviſio Pſalmi 49.

PEccatóri autem dixit Deus: * Quare tu enarras juſtítias meas, & aſſúmis teſtamentum meũ per os tuum?

Tu verò odiſti diſciplínam, * & projeciſti ſermónes meos retrorsùm.

Si vidébas furem, currébas cum eo; * & cum adúlteris portiónem tuam ponébas.

Os tuum abundávit malítiâ, * & lingua tua concinnábat dolos.

Sedens adversùs fratrem tuum loquebáris, & adversùs fílium matris tuæ ponébas ſcándalum: * hæc feciſti, & tácui.

Exiſtimaſti iníquè quòd ero tuî ſímilis: * árguam te, & ſtátuam contra fáciem tuam.

Intellígite hæc, qui obliviſcímini Deum: * nequando rápiat, & non ſit qui erípiat.

Sacrifícium laudis honorificábit me: * & illic iter, quo oſtendam illi ſalutáre Dei.

Ant. Cum ímpiis non ſedebo: inter innocentes circúmdabo altáre tuum, Dómine. *Pſ.* 25. 5. 6.

Capitulum. Eccli. 35. 2. 3.

SAcrifícium ſalutáre, eſt attendere mandátis, & diſcédere ab omni iniquitáte, & propitiatiónem litáre ſacrifícii ſuper injuſtítias: & deprecátio pro peccátis, recedere ab injuſtítia.

℟. *br.* Quis aſcendet in montem Dómini, * Stabit in loco ſancto ejus? Quis aſcendet. ℣. Innocens mánibus & mundo corde, * Stabit in loco ſancto ejus. Glória Patri. Quis aſcendet. *Pſ.* 23. 3. 4.

℣. Congregáte Dómino ſanctos ejus, ℟. Qui órdinant teſtamentum ejus ſuper ſacrifícia. *Pſ.* 49. 5.

AD SEXTAM.

Ant. 4. a. Juſtus.

PSALMUS 36.

Bonorum malorumque ſtatus longè diſpar.

NOli æmulári in malignántibus: * neque zeláveris faciéntes iniquitátem.

Quóniam tamquam fœnum velóciter areſcent; * & quemádmodum ólera herbárum citò décident.

Spera in Dómino, & fac bonitátem: * & inhábita terram, & paſcéris in divítiis ejus.

Delectáre in Dómino, * & dabit tibi petitiónes cordis tui.

Revéla Dómino viam tuam, & ſpera in eo; * & ipſe fáciet.

Et edúcet quaſi lumen juſtítiam tuam, & judícium tuum tamquam merídiem: * ſúbditus eſto Dómino, & ora eum.

Noli æmulári in eo qui proſperátur in via ſua, * in hómine faciente injuſtítias.

Déſine ab ira, & derelinque furórem: * noli æmulári, ut malignéris.

Quóniam qui malignantur, exterminabuntur; * ſuſtinentes autem Dóminum, ipſi hæreditábunt terram.

Et adhuc puſillùm, & non erit peccátor; * & quæres locum ejus, & non invénies.

Manſuéti autem hæreditábunt terram, * & delectabuntur in multitúdine pacis.

Obſervábit peccátor juſtum, * & ſtridébit ſuper eum déntibus ſuis.

Dóminus autem irridébit eum; * quóniam próſpicit quòd véniet dies ejus.

Gládium evaginavérunt peccatóres, * intendérunt arcum ſuum:

Ut dejíciant páuperem & ínopem, * ut trucídent rectos corde.

Gládius eórum intret in corda ipsórum, * & arcus eórum confringátur.

Mélius eſt módicum juſto, * ſuper divítias peccatórum multas;

Quóniam bráchia peccatórum conterentur; * confirmat autem juſtos Dóminus.

Diviſio Pſalmi 36.

NOvit Dóminus dies immaculatórum, * & hæréditas eórum in æternum erit.

Non confundentur in témpore malo, & in diébus famis ſaturabuntur: * quia peccatóres períbunt.

Inimíci verò Dómini mox

mor ut honorificáti fúerint & exaltáti ; * deficientes, quemádmodum fumus, defícient.

Mutuábitur peccátor, & non ſolvet ; * juſtus autem miſerétur, & tríbuet.

Quia benedicentes ei hæreditábunt terram ; * maledicentes autem ei diſperíbunt.

Apud Dóminum greſſus hóminis dirigentur, * & viam ejus volet.

Cùm cecíderit, non collidétur ; * quia Dóminus ſuppónit manum ſuam.

Júnior fui, étenim ſénui, * & non vidi juſtum derelíctum, nec ſemen ejus quærens panem.

Totâ die miſerétur, & cómmodat, * & ſemen illíus in benedictióne erit.

Declína à malo, & fac bonum, * & inhábita in ſéculum ſéculi :

Quia Dóminus amat judícium, & non derelinquet ſanctos ſuos ; * in æternum conſervabuntur.

Injuſti punientur, * & ſemen impiórum períbit.

Juſti autem hæreditábunt terram, * & inhabitábunt in ſéculum ſéculi ſuper eam.

Altera diviſio Pſalmi 36.

OS juſti meditábitur ſapiéntiam, * & lingua ejus loquétur judícium.

Lex Dei ejus in corde ipsíus ; * & non ſupplantabuntur greſſus ejus.

Consíderat peccátor juſtum, * & quærit mortificáre eum.

Dóminus autem non derelinquet eum in mánibus ejus ; * nec damnábit eum cùm judicábitur illi.

Expecta Dñm, & cuſtódi viam ejus ; & exaltábit te, ut hæreditáte cápias terram : * cùm períerint peccatóres, videbis.

Vidi ímpium ſuperexaltátum, * & elevátum ſicut cedros Líbani.

Et transívi, & ecce non erat ; * & quæsívi eũ, & non eſt inventus locus ejus.

Cuſtódi innocéntiam, & vide æquitátem : * quóniam ſunt relíquiæ hómini pacífico.

Injuſti autem diſperíbunt ſimul ; * relíquiæ impiórum interíbunt.

Salus autem juſtórum à Dño, * & protector eórum in témpore tribulatiónis.

Et adjuvábit eos Dóminus, & liberábit eos, * & éruet eos à peccatóribus, & ſalvábit eos, quia ſperavérunt in eo.

Ant. Juſtus totâ die miſerétur & cómmodat ; & ſemen illíus in benedictióne erit.

Capitul. 1. Joan. 3. 17-18.

QUi habúerit ſubſtántiam hujus mundi, & víderit fratrem ſuum

neceſſitátem habére, & cláuſerit víſcera ſua ab eo, quómodo cháritas Dei manet in eo? Filíoli mei, non diligámus verbo, neque linguâ, ſed ópere & veritáte.

℟. *br.* Jucundus homo * Qui miſerétur & cómmodat. Jucundus. ℣. In ætернum non commovébitur, * Qui miſerétur. Glória Patri. Jucundus.

℣. Diſperſit, dedit paupéribus: ℟. Juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi. *Pſ.* 111. 5. 6. 9.

AD NONAM.

Ant. 8. c. Tu, Dómine.

PSALMUS 108.

Chriſtus Judæ proditori, aliiſque impiis dignas pœnas, ſibique ſalutem precatur.

DEus, laudem meã ne tacúeris: * quia os peccatóris, & os dolóſi ſuper me apertum eſt.

Locúti ſunt adversùm me linguâ dolóſâ, & ſermónibus ódii circumdedérunt me: * & expugnavérunt me gratis.

Pro eo ut me dilígerent, detrahébant mihi, * ego autem orábam.

Et poſuérunt adversùm me mala pro bonis, * & ódiũ pro dilectióne mea.

Diviſio Pſalmi 108.

COnſtítue [Dómine] ſuper eum peccatórem; * & diábolus ſtet à dextris ejus.

Cùm judicátur, éxeat condemnátus; * & orátio ejus fiat in peccátum.

Fiant dies ejus pauci; * & epiſcopátum ejus accípiat alter.

Fiant fílii ejus órphani, * & uxor ejus vídua.

Nutantes transferantur fílii ejus, & mendícent, * & ejiciantur de habitatiónibus ſuis.

Scrutétur fœnerátor omnem ſubſtántiam ejus; * & dirípiant aliéni labóres ejus.

Non ſit illi adjútor; * nec ſit qui miſereátur pupillis ejus.

Fiant nati ejus in intéritum; * in generatióne una deleátur nomen ejus.

In memóriam rédeat iníquitas patrum ejus in conſpectu Dómini; * & peccátum matris ejus non deleátur.

Fiant contra Dóminum ſemper, & diſpéreat de terra memória eórum; * pro eo quòd non eſt recordátus fácere miſericórdiam;

Et perſecútus eſt hóminem inopem & mendícum, * & compunctum corde mortificáre.

Et diléxit maledictiónem, & véniet ei; * & nóluit benedictiónem, & elongábitur ab eo;

Et índuit maledictió-

nem ſicut veſtimentum ; * & intrávit ſicut aqua in interióra ejus , & ſicut óleum in óſſibus ejus.

Fiat ei ſicut veſtimentum quo operítur , * & ſicut zona quâ ſemper præcíngitur.

Hoc opus eórum qui détrahunt mihi apud Dñm,* & qui loquuntur mala adversùs ánimam meam.

Et tu, Dómine , Dómine, fac mecum propter nomen tuum ; * quia ſuávis eſt miſericórdia tua.

Altera diviſio Pſalmi 108.

LIbera me , quia egénus & pauper ego ſum ; * & cor meum conturbátum eſt intra me.

Sicut umbra , cùm declínat , ablátus ſum ; * & excuſſus ſum ſicut locuſtæ.

Génua mea infirmáta ſunt à jejúnio ; * & caro mea immutáta eſt propter óleum.

Et ego factus ſum oppróbrium illis ; * vidérunt me, & movérunt cápita ſua.

Adjuva me , Dñe Deus meus ; * ſalvum me fac ſecundùm miſericórdiã tuã.

Et ſciant quia manus tua hæc : * & tu , Dómine, feciſti eam.

Maledícent illi, & tu benedíces:* qui inſurgunt in me, confundantur ; ſervus autem tuus lætábitur.

Induantur , qui détrahunt mihi , pudóre ; * & operiantur ſicut diplóide confuſióne ſuâ.

Confitébor Dño nimis in ore meo , * & in médio multórum laudábo eum ;

Quia áſtitit à dextris páuperis , * ut ſalvam fáceret à perſequéntibus ánimam meam.

Ant. Tu , Dómine , fac mecum propter nomen tuum ; quia ſuávis eſt miſericórdia tua.

Capitul. Rom. 12.16-18.

NOlíte eſſe prudentes apud voſmetipſos , nulli malum pro malo reddentes , providentes bona non tantùm coram Deo , ſed étiam coram ómnibus homínibus. Si fieri poteſt , quod ex vobis eſt , cum ómnibus homínibus pacem habentes.

℟. *br.* Poſuérunt adversùm me * Mala pro bonis. Poſuérunt. ℣. Et ódium pro dilectióne mea , * Mala pro bonis. Glória. Poſuérunt. *Pſ.* 108. 5.

℣. Si réddidi retribuéntibus mihi mala , ℟. Décidam méritò ab inimícis meis inánis. *Pſ.* 7. 5.

AD VESPERAS.

Ant. 3.g. Multũ íncola fuit.

PSALMUS 119.

Chriſti manſuetudo & patientia.

AD Dñm, cùm tribulárer, clamávi , * & exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam

meam à lábiis iníquis, * & à lingua dolóſa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolóſam?

Sagíttæ potentis acútæ, * cum carbónibus deſolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus eſt! habitávi cum habitántibus Cedar; * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus; * cùm loquébar illis, impugnábant me gratis.

Ant. Multùm íncola fuit ánima mea, Dómine: cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus.

Ant. 1. f. Propter fratres meos.

PSALMUS 121.

Eccleſiæ concordia, pietas & juſtitia celebrantur.

LÆtátus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: * In domum Dñi íbimus.

Stantes erant pedes noſtri * in átriis tuis, Jerúſalem;

Jerúſalem quæ ædificátur ut cívitas, * cujus participátio ejus in idipſum.

Illuc enim aſcendérunt tribus, tribus Dómini; * teſtimónium Iſraël, ad confitendum nómini Dñi.

Quia illic ſedérunt ſedes in judício, * ſedes ſuper domum David.

Rogáte quæ ad pacem ſunt Jerúſalem, * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua, * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos & próximos meos, * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei noſtri, * quæsívi bona tibi.

Ant. Propter fratres meos & próximos meos, loquébar pacem de te, Jerúſalem.

Ant. 7. d. Quàm bonum.

PSALMUS 132.

Fraternæ charitatis beatitudo.

ECce quàm bonum, & quàm jucundum, * habitáre fratres in unũ!

Sicut unguentum in cápite, * quod deſcendit in barbam, barbam Aaron,

Quod deſcendit in oram veſtimenti ejus; * ſicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion:

Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiónẽ, * & vitam uſque in ſéculum.

Ant. Quàm bonum, & quàm jucundum, habitáre fratres in unum!

Ant. 8. G. In miſericórdia.

PSALMUS 140.

Lingua coercenda: in afflictionibus patientia.

DOmine, clamávi ad te, exaudi me; * inténde voci meæ, cùm clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo : * elevátio mánuum meárum , ſacrifícium veſpertínum.

Pone , Dómine , cuſtódiam ori meo , * & óſtium circumſtántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítiæ , * ad excuſandas excuſatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem ; * & non communicábo cũ electis eórum.

Corrípiet me juſtus in miſericórdia , & increpábit me ; * óleum autem peccatóris non impinguet caput meum.

Quóniam adhuc & orátio mea in beneplácitis eórum : * abſorpti ſunt juncti petræ júdices eórũ.

Audient verba mea , quóniam potuérunt ; * ſicut craſſitúdo terræ erupta eſt ſuper terram.

Diſſipáta ſunt oſſa noſtra ſecùs infernum:* quia ad te , Dómine , Dómine , óculi mei ; in te ſperávi , non áuferas ánimam meam.

Cuſtódi me à láqueo quem ſtatuérunt mihi , * & à ſcándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres : * ſinguláriter ſum ego, donec tránſeam.

Ant. In miſericórdia juſtus increpábit me ; óleum autem peccatóris non impinguet caput meum.

Ant. 6. F. Me expectant.

PSALMUS 141.

Humanâ ope deſtituta , contra inſectatores auxilium implorat Eccleſia.

VOce meâ ad Dóminum clamávi ; * voce meâ ad Dóminum deprecátus ſum.

Effundo in conſpectu ejus oratiónem meam , * & tribulatiónem meam ante ipſum pronúntio ,

In deficiendo ex me ſpíritum meum ; * & tu cognoviſti ſémitas meas.

In via hac quâ ambulábam , * abſcondérunt láqueum mihi.

Conſiderábam ad déxteram,& vidébam,*& non erat qui cognóſceret me.

Périit fuga à me , * & non eſt qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te , Dómine : * dixi : Tu es ſpes mea , pórtio mea in terra vivéntium.

Intende ad deprecatiónem meam , * quia humiliátus ſum nimis.

Líbera me à perſequéntibus me , * quia confortáti ſunt ſuper me.

Educ de cuſtódia ánimam meam , ad confitendum nómini tuo : * me expectant juſti , donec retríbuas mihi.

gentes quæ te non novérunt, * & in regna quæ nomen tuum non invocavérunt;

Quia comedérunt Jacob, * & locum ejus deſolavérunt.

Ne memíneris iniquitátum noſtrárum antiquárũ, citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, * quia páuperes facti ſumus nimis.

Adjuva nos, Deus ſalutáris noſter, & propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos, * & propítius eſto peccátis noſtris, propter nomen tuũ:

Ne fortè dicant in géntibus: Ubi eſt Deus eórum? * & innoteſcat in iónibus coram óculis noſtris,

Ultio ſánguinis ſervórũ tuórum, qui effúſus eſt: * introëat in conſpectu tuo gémitus compeditórum.

Secundùm magnitúdinem bráchii tui, * póſſide filios mortificatórum.

Et redde vicínis noſtris ſéptuplum in ſinu eórum: * impropérium ipſórum, quod exprobravérunt tibi, Dómine.

Nos autem pópulus tuus, & oves páſcuæ tuæ, * confitébimur tibi in ſéculum.

In generatiónem & generatiónem * annuntiábimus laudem tuam.

Ant. Tu remiſiſti impietátem peccáti mei: pro hac orábit ad te omnis ſanctus. *Pſ.* 31. 5. 6.

FERIA QUARTA
AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Non repellet Dóminus plebem ſuam: * Veníte, adorémus.

Pſal. 94. Veníte. 2.

Hymnus.

ALTO Tonantis è throno,
Divína ſpes, delábere;
Te redde terris; en tua
Nativa te ſedes vocat.

PROMISSA virtúti bona
Noſtris reclúde córdibus;
Gravíque demiſſas ſitu
Ad alta mentes érige.

UT ſervus in manus heri
Intenta figit lúmina,
Sic ora ſanctis móntibus
Non dimovémus ánxii.

HINC cùm labat formídinis
Mens acta ſævo túrbine;
Afflante te, renáſcitur
Quies amíca péctori.

HINC pœnitenti dum gemunt
Dolóre tracta péctora,
Culpæ dolórem víndicem
Offers miniſtra Númini.

TU, DUM vagámur náufrago
Inter procellas æquore,
Nos, ſpes, procellis fórtior,
Ripæ ſalútis ádmove.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. *a.* Sperent in te.

PSALMUS 9.

Impiorum everſor Deus, idemque pauperum defenſor.

CОnfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo: * narrábo ómnia mirabília tua.

Lætábor & exultábo in te: * pſallam nómini tuo, Altíſſime.

In convertendo inimícum meum retrorſùm; * infirmabuntur, & períbunt à fácie tua.

Quóniam feciſti judícium meum, & cauſam meam: * ſediſti ſuper thronum qui júdicas juſtítiam.

Increpaſti gentes, & périit ímpius; * nomen eórum deleſti in æternum, & in ſéculum ſéculi.

Inimíci defecérunt frámeæ in finem, * & civitátes eórum deſtruxiſti.

Périit memória eórum cum ſónitu, * & Dóminus in æternum pérmanet.

Parávit in judício thronum ſuum; * & ipſe judicábit orbem terræ in æquitáte, judicábit pópulos in juſtítia.

Et factus eſt Dóminus refúgium páuperi; * adjútor in opportunitátibus, in tribulatióne.

Et ſperent in te, qui novérunt nomen tuum; * quóniam non dereliquiſti quærentes te, Dómine.

Psállite Dómino qui hábitat in Sion; * annunciáte inter gentes ſtúdia ejus;

Quóniam requírens ſánguinem eórum recordátus eſt: * non eſt oblítus clamórem páuperum.

Diviſio Pſalmi 9.

MIſerére meî, Dñe: * vide humilitátem meam de inimícis meis,

Qui exaltas me de portis mortis, * ut annúntiem omnes laudatiónes tuas in portis filiæ Sion.

Exultábo in ſalutári tuo: * infixæ ſunt gentes in intéritu quem fecérunt.

In láqueo iſto quem abſcondérunt, * comprehenſus eſt pes eórum.

Cognoſcétur Dóminus judícia fáciens: * in opéribus mánuum ſuárũ comprehenſus eſt peccátor.

Convertantur peccatóres in infernum, * omnes gentes quæ oblivíſcuntur Deum.

Quóniam non in finem oblívio erit páuperis: * patiéntia páuperum non períbit in finem.

Exurge, Dómine, non confortétur homo: * judicentur gentes in conſpectu tuo.

Conſtítue, Dómine, legiſlatórem ſuper eos: * ut ſciant gentes quóniam hómines ſunt.

Altera diviſio Pſalmi 9.

UT quid, Dómine, receſſiſti longè? * déſpicis in opportunitátibus, in tribulatióne?

Dum ſuperbit ímpius, incénditur pauper: * comprehenduntur in consíliis quibus cógitant.

Quóniam laudátur peccátor in deſidériis ánimæ ſuæ, * & iníquus benedícitur.

Exacerbávit Dóminum peccátor, * ſecundùm multitúdinem iræ ſuæ non quæret.

Non eſt Deus in conſpectu ejus, * inquinátæ ſunt viæ illíus in omni témpore.

Auferuntur judícia tua à fácie ejus: * ómnium inimicórum ſuórum dominábitur.

Dixit enim in corde ſuo: * Non movébor à generatióne in generatiónem ſine malo.

Cujus maledictióne os plenum eſt, & amaritúdine, & dolo: * ſub lingua ejus labor & dolor.

Sedet in insídiis cum divítibus in occultis, * ut interfíciat innocentem.

Oculi ejus in páuperem reſpíciunt: * inſidiátur in abſcóndito quaſi leo in ſpelunca ſua.

Inſidiátur ut rápiat páuperem: * rápere páuperem, dum áttrahit eum.

In láqueo ſuo humiliábit eum, * inclinábit ſe, & cadet, cùm dominátus fúerit páuperum.

Dixit enim in corde ſuo: Oblítus eſt Deus, * avertit fáciem ſuam, ne vídeat in finem.

Exurge, Dómine Deus, exaltétur manus tua: * ne obliviſcáris páuperum.

Propter quid irritávit ímpius Deum? * dixit enim in corde ſuo: Non requíret.

Vides, quóniam tu labórem & dolórem consíderas; * ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelictus eſt pauper: * órphano tu eris adjútor.

Cóntere bráchium peccatóris & maligni: * quærétur peccátum illíus, & non inveniétur.

Dóminus regnábit in æternum, & in ſéculum ſéculi: * períbitis, gentes, de terra illíus.

Deſidérium páuperum exaudívit Dóminus: * præparatiónem cordis eórum audívit auris tua.

Judicáre pupillo & húmili, * ut non appónat ultrà magnificáre ſe homo ſuper terram.

Ant. Sperent in te, qui novérunt nomen tuum; quóniam non dereliquiſti quærentes te, Dómine.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Filii.

PSALMUS 77.

Beneficia Judæis præſtita.

ATténdite, pópule meus, legem meã; * inclináte aurem veſtram in verba oris mei.

Apériam in parábolis os meum, * loquar propoſitiónes ab initio.

Quanta audívimus, & cognóvimus ea; * & patres noſtri narravérunt nobis.

Non ſunt occultáta à fíliis eórum, * in generatióne áltera.

Narrantes laudes Dómini, & virtútes ejus, * & mirabília ejus quæ fecit.

Et ſuſcitávit teſtimónium in Jacob, * & legem póſuit in Iſraël.

Quanta mandávit pátribus noſtris, nota fácere ea fíliis ſuis; * ut cognoſcat generátio áltera:

Fílii qui naſcentur, & exurgent, * & narrábunt fíliis ſuis;

Ut ponant in Deo ſpem ſuam, & non obliviſcantur óperum Dei, * & mandáta ejus exquírant;

Ne fiant ſicut patres eórum, * generátio prava & exáſperans:

Generátio quæ non direxit cor ſuum, * & non eſt créditus cum Deo ſpíritus ejus.

Diviſio Pſalmi 77.

FIlii Ephrem intendentes & mittentes arcum, * converſi ſunt in die belli.

Non cuſtodiérunt teſtamentum Dei, * & in lege ejus noluérunt ambuláre.

Et oblíti ſunt benefactórum ejus, * & mirabílium ejus quæ oſtendit eis.

Coram pátribus eórum fecit mirabília in terra Ægypti, * in campo Táneos.

Interrúpit mare, & perduxit eos; * & ſtátuit aquas quaſi in utre.

Et deduxit eos in nube diéi, * & totâ nocte in illuminatióne ignis.

Interrúpit petram in erémo; * & adaquávit eos velut in abyſſo multa.

Et eduxit aquam de petra, * & deduxit tamquam flúmina aquas.

Et appoſuérunt adhuc peccáre ei: * in iram excitavérunt Excelſum in inaquóſo.

Et tentavérunt Deum in córdibus ſuis, * ut péterent eſcas animábus ſuis.

Et malè locúti ſunt de Deo; * dixérunt: Numquid póterit Deus paráre menſam in deſerto?

Quóniam percuſſit petram, & fluxérunt aquæ, * & torrentes inundavérunt.

Numquid & panem pó-

terit dare, * aut paráre menſam pópulo ſuo?

Ideo audívit Dóminus, & díſtulit: * & ignis accenſus eſt in Jacob, & ira aſcendit in Iſraël;

Quia non credidérunt in Deo, * nec ſperavérunt in ſalutári ejus.

Et mandávit núbibus déſuper, * & jánuas cœli apéruit.

Et pluit illis manna ad manducandum, * & panem cœli dedit eis.

Panem Angelórũ manducávit homo: * cibária miſit eis in abundántia.

Altera diviſio Pſalmi 77.

TRánſtulit [Dóminus] Auſtrum de cœlo, * & induxit in virtúte ſua Africum.

Et pluit ſuper eos ſicut púlverem carnes, * & ſicut arénam maris volatília pennáta.

Et cecidérunt in médio caſtrórum eórum, * circa tabernácula eórum.

Et manducavérunt, & ſaturáti ſunt nimis; & deſidérium eórum áttulit eis: * non ſunt fraudáti à deſidério ſuo.

Adhuc eſcæ eórum erant in ore ipſórum, * & ira Dei aſcendit ſuper eos.

Et occídit pingues eórũ, * & electos Iſraël impedívit.

In ómnibus his peccavérunt adhuc, * & non credidérunt in mirabílibus ejus.

Et defecérunt in vanitáte dies eórum, * & anni eórum cum feſtinatióne.

Cùm occíderet eos, quærébant eum; * & revertebantur, & dilúculo veniébant ad eum.

Et rememoráti ſunt quia Deus adjútor eſt eórum, * & Deus excelſus redemptor eórum eſt.

Et dilexérunt eum in ore ſuo, * & linguâ ſuâ mentíti ſunt ei.

Cor autem eórum non erat rectum cum eo, * nec fidéles hábiti ſunt in teſtamento ejus.

Ipſe autem eſt miſéricors, & propítius fiet peccátis eórum, * & non diſperdet eos.

Ant. Fílii qui naſcentur, narrábunt fíliis ſuis, ut ponant in Deo ſpem ſuam.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Abſtulit.

Ex Pſalmo 77. Et

ABundávit [Dóminus] ut avérteret iram ſuam, * & non accendit omnem irã ſuam.

Et recordátus eſt quia caro ſunt; * ſpíritus vadens, & non rédiens.

Quóties exacerbavérunt eum in deſerto; * in iram concitavérunt eum in inaquóſo?

Et converſi ſunt, & tentavérunt Deum, * & ſanctũ Iſraël exacerbavérunt.

Non ſunt recordáti manûs ejus, * die quâ redémit eos de manu tribulantis.

Sicut póſuit in Ægypto ſigna ſua, * & prodígia ſua in campo Táneos.

Et convertit in ſánguinem flúmina eórum, * & imbres eórum, ne bíberent.

Miſit in eos cœnomyíã, & comédit eos; * & ranam, & diſpérdidit eos.

Et dedit ærúgini fructus eórum, * & labóres eórum locuſtæ.

Et occídit in grándine víneas eórum, * & moros eórum in pruína.

Et trádidit grándini jumenta eórum, * & poſſeſſiónem eórum igni.

Miſit in eos iram indignatiónis ſuæ, * indignatiónem, & iram, & tribulatiónem, immiſſiónes per ángelos malos.

Viam fecit ſémitæ iræ ſuæ, non pepercit à morte animábus eórum, * & jumenta eórum in morte conclúſit;

Et percuſſit omne primogénitum in terra Ægypti, * primítias omnis labóris eórum in tabernáculis Cham.

Diviſio Pſalmi 77. Et

ABſtulit [Dñs] ſicut oves pópulum ſuum, * & perduxit eos tamquam gregem in deſerto.

Et deduxit eos in ſpe, & non timuérunt; * & inimícos eórum opéruit mare.

Et induxit eos in montem ſanctificatiónis ſuæ, * montem, quem acquiſívit déxtera ejus.

Et ejécit à fácie eórum gentes; * & ſorte divíſit eis terram in funículo diſtributiónis.

Et habitáre fecit in tabernáculis eórum, * tribus Iſraël.

Et tentavérunt, & exacerbavérunt Deum excelſum, * & teſtimónia ejus non cuſtodiérunt.

Et avertérunt ſe, & non ſervavérunt pactum: * quemádmodum patres eórum, converſi ſunt in arcum pravum.

In iram concitavérunt eum in cóllibus ſuis, * & in ſculptílibus ſuis ad æmulatiónem eum provocavérunt.

Audívit Deus, & ſprevit, * & ad níhilum redégit valde Iſrael.

Et répulit tabernáculum Silo, * tabernáculum ſuum, ubi habitávit in homínibus.

Et trádidit in captivitátem virtútem eórum, * & pulchritúdinem eórum in manus inimíci.

Et conclúſit in gládio pópulum ſuum; * & hæreditátem ſuam ſprevit.

Júvenes eórum comé-

tibi reddétur votum in Jeruſalem.

Exaudi oratiónem meã : * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt ſuper nos ; * & impietátibus noſtris tu propitiáberis.

Beátus quem elegiſti, & aſſumpſiſti ; * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domûs tuæ ; * ſanctum eſt templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exaudi nos, Deus ſalutáris noſter, * ſpes ómnium fínium terræ, & in mari longè ;

Præparans montes in virtúte tua, accinctus poténtiâ ; * qui conturbas profundum maris, ſonum flúctuum ejus.

Turbabuntur gentes, & timébunt qui hábitant términos à ſignis tuis : * éxitus matutíni & véſpere delectábis.

Viſitaſti terram, & inebriaſti eam ; * multiplicaſti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum eſt aquis, paraſti cibum illórum; * quóniam ita eſt præparátio ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus ; * in ſtillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ;* & campi tui replebuntur ubertáte.

Pingueſcent ſpecióſa deſerti, * & exultatióne colles accingentur.

Indúti ſunt aríetes óviũ, & valles abundábunt frumento : * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Ant. Exaudi nos, Deus ſalutáris noſter, ſpes ómnium fínium terræ.

Ant. 1. a. Ecce.

In Feriis, Cantic. Iſaiæ. 12.

CONfitébor tibi, Dómine, quóniam irátus es mihi : * converſus eſt furor tuus, & conſolátus es me.

Ecce Deus ſalvátor meus; * fiduciáliter agam, & non timébo.

Quia fortitúdo mea, & laus mea Dóminus, * & factus eſt mihi in ſalútem.

Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris ; * & dicétis in die illa : Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus.

Notas fácite in pópulis adinventiónes ejus : * mementóte, quóniam excelſum eſt nomen ejus.

Cantáte Dómino, quóniam magnífice fecit : * annuntiáte hoc in univerſa terra.

Exulta & lauda, habitátio Sion, * quia magnus in médio tuî ſanctus Iſraël.

Ant. Ecce Deus ſalvátor meus ; fiduciáliter agam, & non timébo.

¶ *In Feſtis, Canticum.* Tob. 13.

MAgnus es, Dómine, in ætернum, * & in ómnia ſécula regnum tuum.

Quóniam tu flagellas, & ſalvas: dedúcis ad ínferos, & redúcis; * & non eſt qui effúgiat manum tuam.

Confitémini Dómino, filii Iſraël, * & in conſpectu géntium laudáte eum;

Quóniam ídeo diſperſit vos inter gentes quæ ignórant eum, * ut vos enarrétis mirabília ejus;

Et faciátis ſcire eos, * quia non eſt álius Deus omnípotens præter eum.

Ipſe caſtigávit nos propter iniquitátes noſtras; * & ipſe ſalvábit nos propter miſericórdiam ſuam.

Aſpícite ergo quæ fecit nobiſcum, & cum timóre & tremóre confitémini illi; * Regémque ſeculórum exaltáte in opéribus veſtris.

Ego autem in terra captivitátis meæ confitébor illi; * quóniam oſtendit majeſtátem ſuam in gentem peccatrícem.

Convertímini ítaque, peccatóres, & fácite juſtítiam coram Deo, * credentes quòd fáciat vobiſcum miſericórdiam ſuam.

Ego autem & ánima mea, * in eo lætábimur.

Benedícite Dóminum, omnes electi ejus: * ágite dies lætítiæ, & confitémini illi.

Ant. 6. F. Beneplácitum eſt.

PSALMUS 146.

Deus ex ſua in populum ſuum providentia laudatur.

LAudáte Dóminum, quóniam bonus eſt pſalmus: * Deo noſtro ſit jucunda decoráque laudátio.

Ædíficans Jeruſalem Dóminus, * diſperſiónes Iſraélis congregábit;

Qui ſanat contrítos corde, * & álligat contritiónes eórum;

Qui númerat multitúdinem ſtellárum, * & ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noſter, & magna virtus ejus; * & ſapiéntiæ ejus non eſt númerus.

Suſcípiens manſuétos Dóminus; * humílians autem peccatóres uſque ad terram.

Præcínite Dómino in confeſſióne: * pſállite Deo noſtro in cíthara;

Qui óperit cœlum núbibus, * & parat terræ plúviam;

Qui prodúcit in móntibus fœnum, * & herbam ſervitúti hóminum;

Qui dat jumentis eſcam ipsórum, * & pullis cor-

vórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit ; * nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum eſt Dómino ſuper timentes eum, * & in eis qui ſperant ſuper miſericórdia ejus.

Ant. Beneplácitum eſt Dómino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericórdia ejus.

Capitulum. Iſ. 26. 8-9.

IN ſémita judiciórum tuórum, Dómine, ſuſtinúimus te : nomen tuũ, & memoriále tuum in deſidério ánimæ. Anima mea deſiderávit te in nocte ; ſed & ſpíritu meo in præcórdiis meis de manè vigilábo ad te.

Hymnus.

PROMITTIS, & ſervas datam
Immóbilis fidem, Deus ;
Hanc mane primo, ſédulâ
Repóſcimus fidem prece.

PROMITTIT, atque décipit
Incertus & fallax homo :
Sic quaſſa, ſi incumbas ſuper,
Arundo transfiget manũ.

BEATUS ergo qui tuo
Se totus abdit in ſinu !
Hac arce tutum, túrbinis
Vis nulla de ſtatu quatit.

NE cor vacillet, óbligas
Temet ſacramento, Deus:
Spes nixa tanto pígnore,
Æterna jam prenſat bona.

JAM mente præſúmens polum,
Secúra ſublími throno
Aſſiſtit, & cœléſtium
Prælíbat undas flúminũ.

QUI nos creávit, laus Patri ;
Laus, qui redémit, Fílio ;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuã ;
℟. Quia in te ſperávi. Pſ. 142. 8.

Ad Benedictus. *Ant.* 1. g. Jurávit Dóminus datúrũ ſe nobis, ut ſine timóre de manu inimicórum noſtrórum liberáti,* ſerviámus illi. *Luc.* 1.

AD PRIMAM.

Ant. 8. c. Ego.

PSALMUS 30.

Vox Chriſti, & fidelium ſe Deo in mœrore committentium.

IN te, Dómine, ſperávi, non confundar in æternum : * in juſtítia tua líbera me.

Inclína ad me aurem tuam, * accélera ut éruas me.

Eſto mihi in Deum protectórem, & in domum refúgii, * ut ſalvum me fácias ;

Quóniam fortitúdo mea, & refúgium meum es tu ; * & propter nomen tuum dedúces me, & enútries me.

Edúces me de láqueo hoc quem abſcondérunt mihi, * quóniam tu es protéctor meus.

In manus tuas commendo ſpíritum meum : * redemiſti me, Dómine Deus veritátis.

Odiſti obſervantes vanitátes * ſupervácuè.

Ego autem in Dómino ſperávi : * exultábo & lætábor in miſericórdia tua:

Quóniam reſpexiſti humilitátem meam , * ſalvaſti de neceſſitátibus ánimam meam.

Nec concluſiſti me in mánibus inimíci ; * ſtatuiſti in loco ſpatióſo pedes meos.

Diviſio Pſalmi 30.

MIſerére meî, Dómine , quóniam tríbulor : * conturbátus eſt in ira óculus meus , ánima mea , & venter meus.

Quóniam defécit in dolóre vita mea , * & anni mei in gemítibus.

Infirmáta eſt in paupertáte virtus mea, * & oſſa mea conturbáta ſunt.

Super omnes inimícos meos factus ſum oppróbrium , & vicínis meis valde, * & timor notis meis.

Qui vidébant me , foras fugérunt à me : * oblivióni datus ſum tamquam mórtuus à corde.

Factus ſum tamquam vas pérditum : * quóniam audívi vituperatiónẽ multórum commorántium in circúitu.

In eo dum convenírent ſimul adversùm me : * accípere ánimam meã conſiliáti ſunt.

Ego autem in te ſperávi , Dómine ; * dixi : Deus meus es tu : in mánibus tuis ſortes meæ.

Eripe me de manu inimicórum meórum , * & à perſequéntibus me.

Illuſtra fáciem tuam ſuper ſervum tuum , ſalvum me fac in miſericórdia tua : * Dómine, non confundar , quóniam invocávi te.

Erubeſcant ímpii , & deducantur in inférnum : * muta fiant lábia dolóſa.

Quæ loquuntur adversùs juſtum iniquitátem , * in ſupérbia , & in abuſióne.

Altera diviſio Pſalmi 30.

QUàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine , * quam abſcondiſti timéntibus te !

Perfeciſti eis qui ſperant in te, * in conſpectu filiórum hóminum.

Abſcondes eos in abſcóndito faciéi tuæ * à conturbatióne hóminum.

Próteges eos in tabernáculo tuo * à contradictióne linguárum.

Benedictus Dóminus :

* quóniam mirificávit miſericórdiam ſuam mihi in civitáte muníta.

Ego autem dixi in exceſſu mentis meæ: * Projectus ſum à fácie oculórum tuórum.

Ideo exaudiſti vocem oratiónis meæ, * dum clamárem ad te.

Dilígite Dóminum, omnes ſancti ejus: * quóniam veritátem requíret Dóminus, & retríbuet abundanter faciéntibus ſupérbiam.

Viríliter ágite, & confortétur cor veſtrum, * omnes qui ſperátis in Dómino.

Ant. Ego in Dómino ſperávi: exultábo, & lætábor in miſericórdia tua.

AD TERTIAM.

Ant. 4. A. Spera in Deo.

PSALMUS 41.

Solatium juſti, ſpes melioris vitæ, rerumque divinarum meditatio.

QUemádmodum deſíderat cervus ad fontes aquárum: * ita deſíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: * quando véniam & apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi láchrymæ meæ panes die ac nocte, * dum dícitur mihi quotídie: Ubi eſt Deus tuus?

Hæc recordátus ſum, & effúdi in me ánimam meã, * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, uſque ad domum Dei.

In voce exultatiónis & confeſſiónis, * ſonus epulantis.

Quare triſtis es, ánima mea? * & quare conturbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Diviſio Pſalmi 41.

AD meipſum ánima mea conturbáta eſt; * proptérea memor ero tuî de terra Jordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abyſſus abyſſum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excelſa tua, & fluctus tui * ſuper me tranſiérunt.

In die mandávit Dóminus miſericórdiam ſuam, * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ, * dicam Deo: Suſceptor meus es;

Quare oblítus es meî? * & quare contriſtátus incédo, dum afflígit me inimícus?

Dum confringuntur oſſa mea, * exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei;

Dum dicunt mihi per ſingulos dies : Ubi eſt Deus tuus ? * quare triſtis es, ánima mea ? & quare conturbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

PSALMUS 42.

De ſpe in Deo habendâ in perſecutionibus.

JUdica me, Deus, & diſcerne cauſam meá de gente non ſancta : * ab hómine iníquo & dolóſo érue me ;

Quia tu es, Deus, fortitúdo mea : * quare me repuliſti ? & quare triſtis incédo, dum affligit me inimícus ?

Emitte lucem tuam & veritátem tuam : * ipſa me deduxérunt, & adduxérunt in montem ſanctum tuum, & in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei, * ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus : * quare triſtis es, ánima mea ? & quare conturbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Ant. Spera in Deo, ánima mea : ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Capitulum. Rom. 15. 4.

QUæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt ; ut per patiéntiam, & conſolatiónem Scripturárum, ſpem habeámus.

℟. *br.* Memor eſto verbi tui, Dómine, * In quo mihi ſpem dediſti. Memor eſto. ℣. Hæc me conſoláta eſt, quia elóquium tuum vivificávit me, * In quo mihi ſpem dediſti. Glória. Memor eſto.

℣. Reſpondébo exprobrántibus mihi verbum ; ℟. Quia ſperávi in ſermónibus tuis. *Pſ.* 118.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Qui ſperat.

PSALMUS 20.

Chriſti regnum, poteſtas, & victoria.

DOmine, in virtúte tua lætábitur rex, * & ſuper ſalutáre tuum exultábit vehementer.

Deſidérium cordis ejus tribuiſti ei, * & voluntáte labiórum ejus non fraudaſti eum :

Quóniam præveniſti eum in benedictiónibus dulcédinis : * poſuiſti in cápite ejus corónam de lápide pretióſo.

Vitam pétiit à te, * & tribuiſti ei longitúdinem diérum in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.

Magna eſt glória ejus

in ſalutári tuo : * glóriam & magnum decórem impónes ſuper eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in ſéculum ſéculi, * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex ſperat in Dómino, * & in miſericórdia Altíſſimi non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis : * déxtera tua invéniat omnes qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultûs tui : * Dóminus in ira ſua conturbábit eos ; & devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes : * & ſemen eórum à fíliis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala : * cogitavérunt consília, quæ non potuérunt ſtabilíre.

Quóniam pones eos dorſum : * in relíquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre, Dómine, in virtúte tua : * cantábimus & pſallémus virtútes tuas.

PSALMUS 102.

Deus prædicandus ; innumerabilia ejus beneficia.

BEnedic, ánima mea, Dómino, * & ómnia quæ intra me ſunt, nómini ſancto ejus.

Bénedic, ánima mea, Dómino, * & noli oblivíſci omnes retributiónes ejus ;

Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis ; * qui ſanat omnes infirmitátes tuas ;

Qui rédimit de intéritu vitam tuam ; * qui coróṇat te in miſericórdia & miſeratiónibus ;

Qui replet in bonis deſidérium tuum : * renovábitur ut áquilæ juventus tua.

Fáciens miſericórdias Dóminus, * & judícium ómnibus injúriam patiéntibus.

Notas fecit vias ſuas Móyſi, * fíliis Iſraël voluntátes ſuas.

Diviſio Pſalmi 102.

MIſerátor & miſéricors Dóminus, * longánimis, & multùm miſéricors :

Non in perpétuum iraſcétur, * neque in ætérnum comminábitur :

Non ſecundùm peccáta noſtra fecit nobis, * neque ſecundùm iniquitátes noſtras retríbuit nobis :

Quóniam ſecundùm altitúdinem cœli à terra, * corroborávit miſericórdiam ſuam ſuper timentes ſe.

Quantùm diſtat ortus ab occidente, * longè fecit à nobis iniquitátes noſtras.

Quómodo miſerétur pater filiórum, miſertus eſt

Dóminus timéntibus ſe ; * quóniam ipſe cognóvit figmentum noſtrum:

Recordátus eſt quóniam pulvis ſumus : * homo, ſicut fœnum dies ejus, tamquam flos agri ſic efflorebit ;

Quóniam ſpíritus pertranſíbit in illo, & non ſubſiſtet ; * & non cognóſcet ámpliùs locum ſuum :

Miſericórdia autem Dómini ab æterno, * & uſque in æternum ſuper timentes eum ;

Et juſtítia illíus in filios filiórum, * his qui ſervant teſtamentum ejus :

Et mémores ſunt mandatórum ipsíus, * ad faciendum ea.

Dóminus in cœlo parávit ſedem ſuam, * & regnum ipsíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino, omnes Angeli ejus, potentes virtúte, facientes verbum illíus, * ad audiendam vocem ſermónum ejus.

Benedícite Dómino, omnes virtútes ejus, * miniſtri ejus, qui fácitis voluntátem ejus.

Benedícite Dño, ómnia ópera ejus : * in omni loco dominatiónis ejus, bénedic, ánima mea, Dño.

Ant. Qui ſperat in Dño, in miſericórdia Altíſſimi non commovébitur. *Pſ.* 20.

Capitul. 1. Joan. 3.2-3.

Nunc filii Dei ſumus, & nondum appáruit quid érimus. Scimus quóniam cùm apparúerit, símiles ei érimus, quóniam videbimus eum sícuti eſt. Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctíficat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.

℟. *br.* Beátus vir, * Cujus eſt nomen Dómini ſpes ejus. Beatus vir. ℣. Et non reſpexit in vanitátes & insánias falſas : * Cujus eſt. Glória Patri. Beátus vir. *Pſ.* 39. 5.

℣. Speráte in eo, omnis congregátio pópuli : ℟. Effúndite coram illo corda veſtra. *Pſ.* 61. 9.

AD NONAM.

Ant. 8. c. Factus eſt.

PSALMUS 81.

Injuſtè jura adminiſtrantibus exitium certum.

Deus ſtetit in synagóga deórum ; * in médio autem deos dijúdicat.

Uſquequò judicátis iniquitátem, * & fácies peccatórum ſúmitis ?

Judicáte egéno & pupillo ; * húmilem & páuperem juſtificáte.

Erípite páuperem, * & egénum de manu peccatóris liberáte.

Neſciérunt, neque intellexérunt, in ténebris ámbulant :* movebuntur ómnia fundamenta terræ.

Ego dixi : Dii eſtis , * & filii Excelſi omnes.

Vos autem ſicut hómines moriémini , * & ſicut unus de princípibus cadétis.

Surge , Deus , júdica terram ; * quóniam tu hæreditábis in ómnibus géntibus.

P S A L M U S 93.

Deus ſuperborum oſor , & vindex.

DEus ultiónum Dóminus, * Deus ultiónum líberé egit.

Exaltáre , qui júdicas terram : * redde retributiónem ſuperbis.

Uſquequo peccatóres , Dómine , * úſquequo peccatóres gloriabuntur ?

Effabuntur & loquentur iniquitátem , * loquentur omnes qui operantur injuſtítiam ?

Pópulum tuum, Dómine , humiliavérunt , * & hæreditátem tuam vexavérunt.

Víduam & ádvenam interfecérunt , * & pupillos occidérunt.

Et dixérunt : Non vidébit Dóminus , * nec intélliget Deus Jacob.

Intellígite , inſipientes in pópulo ; * & ſtulti , aliquando ſápite.

Qui plantávit aurem , non áudiet ? * aut qui finxit óculum , non conſíderat ?

Qui córripit gènte árguet ; * qui docet nem ſciéntiam ?

Dóminus ſcit tiónes hóminum , niam vanæ ſunt.

Diviſio Pſalmi

BEátus homo , tu erudíeris , ne , * & de lege t cúeris eum ;

Ut mítiges ei à malis , * donec fo peccatóri fóvea.

Quia non repell minus plebem ſuam hæreditátem ſuam derelinquet ;

Quoadúſque juſtít vertátur in judíciun qui juxta illam omn recto ſunt corde.

Quis conſurget m versùs malignantes quis ſtabit mecum sùs operantes iniqu

Niſi quia Dómin júvit me , * paulò habitaſſet in infern ma mea.

Si dicébam : Mo pes meus ; * miſeri tua , Dómine , adju me.

Secundùm mul nem dolórum meór corde meo , * conſo nes tuæ lætificáveru mam meam.

Numquid adhær ſedes iniquitátis , fingis labórem in cepto ?

Capt

Captábunt in ánimam juſti, * & sánguinem innocentē condemnábunt.

Et factus eſt mihi Dn̄s in refúgium, * & Deus meus in adjutórium ſpei meæ;

Et reddet illis iniquitátem ipsórum; & in malítia eórum diſperdet eos: * diſperdet illos Dóminus Deus noſter.

Ant. Factus eſt mihi Dóminus in refúgium, & Deus meus in adjutórium ſpei meæ. *Pſ.* 93.

Capitul. Hebr. 10.35-36.

NOlíte amíttere confidéntiam veſtram, quæ magnam habet remuneratiónē: patiéntia enim vobis neceſsária eſt, ut voluntátem Dei facientes, reportétis promiſſiónem.

℟. *br.* Bonum eſt confídere in Dn̄o, * Quàm confídere in hómine. Bonum eſt. ℣. Bonum eſt * ſperáre in Dn̄o, * Quàm confídere in hómine. Glória. Bonum eſt. *Pſ.* 117. 8. 9.

℣. Mihi adhærére Deo bonum eſt: ℟. Pónere in Dómino Deo ſpem meā. *Pſ.* 72. 28.

AD VESPERAS.

Ant. 7. d. Oculi noſtri.

PSALMUS 122.

Eccleſiæ oratio contra impiorum calumnias.

AD te levávi óculos meos, * qui hábitas in cœlis.

Ecce, ſicut óculi ſervórum * in mánibus dominórum ſuórum;

Sicut óculi ancillæ in mánibus dóminæ ſuæ: * ita óculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum, donec miſereátur noſtrî.

Miſerére noſtrî, Dómine, miſerére noſtrî; * quia multùm repléti ſumus deſpectióne.

Quia multùm repléta eſt ánima noſtra, * oppróbrium abundántibus, & deſpéctio ſuperbis.

Ant. Oculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum, donec miſereátur noſtrî.

Ant. 5. a. Qui confidunt.

PSALMUS 124.

Fidelium, Deus ipſe tutela: iniqui perituri.

QUi confídunt in Dómino, ſicut mons Sion: * non commovébitur in æternum, qui hábitat in Jerúſalem:

Montes in circúitu ejus; * & Dóminus in circúitu pópuli ſui ex hoc nunc, & uſque in ſéculum:

Quia non relinquet Dóminus virgam peccatórum ſuper ſortem juſtórum, * ut non extendant juſti ad iniquitátem manus ſuas.

Bénefac, Dómine, bonis, * & rectis corde.

Declinantes autem in obligatiónes addúcet Dn̄s cum operántibus iniquitátem; * pax ſuper Iſraël.

Ant. Qui confídunt in Dómino, ſicut mons Sion: non commovébitur in æternum, qui hábitat in Jerúſalem.

Ant. 8. c. Niſi Dóminus.

PSALMUS 126.

Vani hominum labores quibus Deus non opitulatur.

NIſi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Niſi Dóminus cuſtodíerit civitátem, * fruſtrà vígilat qui cuſtódit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſúrgere: * ſúrgite poſtquam ſedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cùm déderit dilectis ſuis ſomnum: ecce hæréditas Dómini, filii; * merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis, * ita filii excuſſórum.

Beátus vir qui implévit deſidérium ſuum ex ipſis; * non confundétur cùm loquétur inimícis ſuis in porta.

Ant. Niſi Dóminus cuſtodíerit civitátem, fruſtrà vígilat qui cuſtódit eam.

Ant. 1. a. Suſtínuit.

PSALMUS 129.

Redemptio, pœnitenti per Chriſtum promiſſa.

DE profundis clamávi ad te, Dñe: * Dñe, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ dentes * in vocem catiónis meæ.

Si iniquitátes o veris, Dómine, * ne, quis ſuſtinébit

Quia apud te pr tio eſt, * & propter tuam ſuſtínui te, D

Suſtínuit ánima verbo ejus: * ſperá ma mea in Dómin

A cuſtódia matu que ad nóctem, * Iſraël in Dómino.

Quia apud Dó miſericórdia, * & apud eum redémp

Et ipſe rédime * ex ómnibus ini bus ejus.

Ant. Suſtínuit mea in verbo ejus rávit ánima mea i

Ant. 4. E. Spere

PSALMUS

Humilitas & mo gratum Deo ſacrif

DOmine, non e tátum cor me neque eláti ſunt óc

Neque ambulávi gnis, * neque in m bus ſuper me.

Si non humíliter bam, * ſed exaltá mam meam.

Sicut ablactátus per matre ſua, * it bútio in ánima me

Speret Iſraël in D hoc nunc & uſque in

Ant. Speret Iſrael i

Capitulum. Gen. 1. 14.

DIxit autem Deus: Fiant luminária in firmamento cœli, & dívidant diem ac noctem, & ſint in ſigna & témpora, & dies & annos, ut lúceant in firmamento cœli, & illúminent terram... Et factum eſt véſpere & mane dies quartus.

Hymnus.

QUANTA per orbem glóriâ
Fulges, Creátor síderum!
His te Deum micántibus
Offers legendum lítteris.

VIS? Luna ſolque pródeunt:
Stellæque dicunt, Adſumus:
Et quas jubes perámbulant
Motu perenni ſémitas.

DUM cúrſibus luſtrant ſuos
Recurſibuſque límites,
Terram faces illúminant,
Diſcríminantque témpora.

AT ipſe cœlórum decus
Sol novit occáſus ſuos:
Sunt certa lunæ témpora,
Statíque lapſus síderum.

SIC rapta jugi túrbine
Furantur & reddunt diem:
Tu ſemper idem, néſcius
Mortálium ſpem fállere.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. A cuſtódia matutína uſque ad noctem, ℟. Speret Iſraël in Dño. *Pſ.* 129. 6.

Ad Magníficat. *Ant.* 8. G. Miſericórdia ejus à progénie in progénies timéntibus eum. *Luc.* 1.

AD COMPLETOR.

Ant. 4. E. Conſerva me.

PSALMUS 10.

Vox juſti in Deo confidentis, ejuſque judicia meditantis.

IN Dómino confído; quómodo dícitis ánimæ meæ: * Tránſmigra in montem ſicut paſſer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt ſagittas ſuas in phàretra, * ut ſagittent in obſcúro rectos corde.

Quóniam quæ perfeciſti, deſtruxérunt: * juſtus autem quid fecit?

Dóminus in templo ſancto ſuo; * Dóminus in cœlo ſedes ejus.

Oculi ejus in páuperem reſpíciunt; * pálpebræ ejus intérrogant fílios hóminũ.

Dóminus intérrogat juſtum & ímpium: * qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam ſuam.

Pluet ſuper peccatóres láqueos: * ignis, & ſulphur, & ſpíritus procellárum, pars cálicis eórum.

Quóniam juſtus Dñs, & juſtítias dilexit: * æquitátem vidit vultus ejus.

PSALMUS 13.

Impiorum malitia : juſtis, ex adventu Chriſti ſalus exoptatur.

DIxit inſípiens in corde ſuo : * Non eſt Deus.

Corrupti ſunt, & abominábiles facti ſunt in ſtúdiis ſuis : * non eſt qui fáciat bonum, non eſt uſque ad unum.

Dóminus de cœlo proſpexit ſuper fílios hóminum, * ut vídeat ſi eſt intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, ſimul inútiles facti ſunt : * non eſt qui fáciat bonũ, non eſt uſque ad unum.

Sepulchrum patens eſt guttur eórum; linguis ſuis dolóse agébant ; * venénum áſpidum ſub lábiis eórum.

Quorum os maledictióne & amaritúdine plenum eſt : * velóces pedes eórum ad effundendum ſánguinem.

Contrítio & infelícitas in viis eórum, & viam pacis non cognovérunt : * non eſt timor Dei ante óculos eórum.

Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitátem, * qui dévorant plebem meam ſicut eſcam panis ?

Dóminum non invocavérunt ; * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Dñs in generatióne juſta eſt ; consíliũ ínopis confudiſtis, * quóniam Dñs ſpes ejus eſt.

Quis dabit ex Sion ſalutáre Iſraël ? * cùm avérterit Dóminus captivitátem plebis ſuæ, exultábit Jacob, & lætábitur Iſraël.

PSALMUS 15.

Pars juſtorum, Deus : reſurrectionis ſpes.

COnſerva me, Dñe, quóniam ſperávi in te :* dixi Dño : Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis qui ſunt in terra ejus, * mirificávit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ ſunt infirmitátes eórum : * póſtea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de ſanguínibus : * nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hæreditátis meæ & cálicis mei : * tu es qui reſtítues hæreditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris ; * étenim hæréditas mea præclára eſt mihi.

Benedícam Dóminum qui tríbuit mihi intellectum : * ínſuper & uſque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conſpectu meo ſemper: * quóniam à dextris eſt mihi, ne commóvear.

Propter hoc lætátum eſt cor meum, & exultávit lingua mea; * ínſuper & caro mea requieſcet in ſpe:

Quóniam non derelinques ánimam meam in inferno:*nec dabis ſanctum tuũ vidére corruptiónem.

Notas mihi feciſti vias vitæ; adimplébis me lætítiâ cum vultu tuo: * delectatiónes in déxtera tua uſque in finem.

Ant. Conſerva me, Dómine, quóniam ſperávi in te. *Pſ.* 15.

FERIA QUINTA AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Hódie ſi vocem Dómini audiéritis, * Nolíte obduráre corda veſtra. *Pſ.* 94. Veníte. 2.

Hymnus.

O Luce qui mortálibus
Lates inaccesſâ, Deus,
Cùm per fidẽ nos édoces,
Te promis & celas ſimul.

Vim mentis excellunt tuo
Edocta verbo, nec tamen
Adverſa menti; hinc créditur,
Latentque velo crédita.

Hinc plena vero Númine,
Victrixque facta ſénſuũ,
Movet fides, & ábditur
Manus moventis péctora.

Foris inermis, íntimo
Debellat orbem róbore;
Suóque victis párturit
Jugem triumpho glóriam.

Vetus recenſque cólligit
Ætátis omnis filios,
Suiſque rugis púlchrior
Eſt virgo ſemper íntegra.

Ab hoſte preſſa plúrimo
Conflíctibus fit firmior:
Venti ruunt: tument aquæ;
Stat pulſa rupes æquore.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Rectum eſt verbum Dómini.

Psalmus 19.

Chriſti preces & ſacrificium pro ſuis acceptari, plebs ejus poſcit.

Exáudiat te Dóminus in die tribulatiónis: * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de ſancto, * & de Sion tueátur te.

Memor ſit omnis ſacrifícii tui, * & holocauſtum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi ſecundùm cor tuum, * & omne consílium tuum confirmet.

Lætábimur in ſalutári tuo, * & in nómine Dei noſtri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas:* nunc cognóvi quóniam ſalvum fecit Dóminus chriſtum ſuum.

Exáudiet illum de cœlo ſancto ſuo : * in potentátibus ſalus déxteræ ejus.

Hi in cúrribus, & hi in equis ; * nos autem in nómine Dómini Dei noſtri invocábimus.

Ipſi obligáti ſunt, & cecidérunt ; * nos autem ſurréximus, & erecti ſumus.

Dómine, ſalvum fac regem;* & exaudi nos in die quâ invocavérimus te.

PSALMUS 32.

Summa Dei creatoris in homines benignitas & providentia.

EXultáte, juſti, in Dómino : * rectos decet collaudátio.

Confitémini Dómino in cíthara, * in pſaltério decem chordárum psállite illi.

Cantáte ei cánticum novum, * bene psállite ei in vociferatióne.

Quia rectum eſt verbum Dómini, * & ómnia ópera ejus in fide.

Díligit miſericórdiam & judícium : * miſericórdiâ Dñi plena eſt terra.

Verbo Dómini cœli firmáti ſunt ; * & ſpíritu oris ejus omnis virtus eórum.

Cóngregans ſicut in utre aquas maris : * po thesauris abyſſos.

Tímeat Dómin nis terra : * ab eo commoveantur on habitantes orbem

Quóniam ipſe d facta ſunt : * ipſe vit, & creáta ſunt

Dóminus díſſip ſília géntium : * r autem cogitatióne lórum, & réprob ſília príncipum.

Consílium aute mini in æternum * cogitatiónes co in generatióne & ratiónem.

Diviſio Pſalmi

BEáta gens, c Dóminus De * pópulus, quem hæreditátem ſibi.

De cœlo reſpe minus, * vidit o lios hóminum.

De præparáto h lo ſuo * reſpexit ſ nes qui hábitant

Qui finxit ſin corda eórum ; * q ligit ómnia ópera

Non ſalvátur multam virtútem gas non ſalvábitu titúdine virtútis ſ

Fallax equus tem ; * in abundá tem virtútis ſuæ vábitur.

Ecce óculi Dó per metuentes e

in eis qui ſperant ſuper miſericórdia ejus :

Ut éruat à morte ánimas eórum, * & alat eos in fame.

Anima noſtra ſúſtinet Dóminum ; * quóniam adjútor & protector noſter eſt.

Quia in eo lætábitur cor noſtrum, * & in nómine ſancto ejus ſperávimus.

Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, * quemádmodum ſperávimus in te.

Ant. Rectum eſt verbum Dómini, & ómnia ópera ejus in fide. *Pſ.* 32.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Dóminus.

PSALMUS 67.

Carmen triumphale, de Chriſti victoriis, & Eccleſiæ curſu.

EXurgat Deus, & diſſipentur inimíci ejus ; * & fúgiant, qui odérunt eum, à fácie ejus.

Sicut déficit fumus, deficiant ; * ſicut fluit cera à fácie ignis, ſic péreant peccatóres à fácie Dei.

Et juſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei, * & delectentur in lætítia.

Cantáte Deo, pſalmum dícite nómini ejus : * iter fácite ei qui aſcendit ſuper occáſum ; Dóminus nomen illi.

Exultáte in conſpectu ejus ; * turbabuntur à fácie ejus, patris orphanórum, & júdicis viduárum.

Deus in loco ſancto ſuo ; * Deus, qui inhabitáre facit unius moris in domo.

Qui edúcit vinctos in fortitúdine ; * ſimíliter eos qui exáſperant, qui hábitant in ſepulchris.

Deus, cùm egrederéris in conſpectu pópuli tui, * cùm pertranſíres in deſerto,

Terra mota eſt ; étenim cœli diſtillavérunt à fácie Dei Sínaï, * à fácie Dei Iſraël.

Plúviam voluntáriam ſegregábis, Deus, hæreditáti tuæ ; * & infirmáta eſt, tu verò perfeciſti eam.

Animália tua habitábunt in ea : * paraſti in dulcédine tua páuperi, Deus.

Diviſio Pſalmi 67.

DOminus dabit verbum evangelizántibus, * virtúte multâ.

Rex virtútum dilecti, dilecti ; * & ſpeciéi domûs divídere ſpólia.

Si dormiátis inter médios cleros ; pennæ columbæ deargentátæ, * & poſterióra dorſi ejus in pallóre auri.

Dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam, nive dealbabuntur in Selmon : * mons Dei, mons pinguis,

Mons coagulátus, mons pinguis; * ut quid ſuſpicámini montes coagulátos?

Mons in quo beneplácitum eſt Deo habitáre in eo; * étenim Dóminus habitábit in finem.

Currus Dei decem míllibus múltiplex, míllia lætántium; * Dóminus in eis in Sina in ſancto.

Aſcendiſti in altum, cepiſti captivitátem, * accepiſti dona in homínibus:

Etenim non credentes * inhabitáre Dñm Deum.

Benedíctus Dóminus die quotídie: * próſperum iter fáciet nobis Deus ſalutárium noſtrórum.

Deus noſter, Deus ſalvos faciendi; * & Dómini Dómini éxitus mortis.

Verúmtamen Deus confringet cápita inimicórum ſuórum, * vérticem capilli perambulántium in delíctis ſuis.

Dixit Dóminus: Ex Baſan convertam, * convertam in profundum maris:

Ut intingátur pes tuus in ſánguine, * lingua canum tuórum ex inimícis ab ipſo.

Vidérunt ingreſſus tuos, Deus, * ingreſſus Dei mei, regis mei qui eſt in ſancto.

Prævenérunt príncipes conjuncti pſalléntibus, * in médio juvenculárum tympaniſtriárum.

Altera diviſio Pſalmi 67.

IN eccléſiis benedícite Deo Dómino, * de fóntibus Iſraël.

Ibi Bénjamin adoleſcéntulus * in mentis exceſſu.

Príncipes Juda, duces eórum; * príncipes Zabúlon, príncipes Néphthali.

Manda, Deus, virtúti tuæ: * confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

A templo tuo in Jerúſalem, * tibi ófferent reges múnera.

Increpa feras arúndinis; congregátio taurórum in vaccis populórum, * ut exclúdant eos qui probáti ſunt argento.

Díſſipa gentes quæ bella volunt; vénient legáti ex Ægypto; * Æthiópia prævéniet manus ejus Deo.

Regna terræ, cantáte Deo; * pſállite Dómino.

Pſállite Deo qui aſcendit ſuper cœlum cœli, * ad orientem.

Ecce dabit voci ſuæ vocem virtútis; date glóriam Deo ſuper Iſraël, * magnificéntia ejus & virtus ejus in núbibus.

Mirábilis Deus in ſanctis ſuis; Deus Iſraël ipſe dabit virtútē & fortitúdinē plebi ſuæ: * benedíctus Deus.

Ant. Dóminus dabit verbum evangelizántibus Deus Iſraël ipſe dabit fortitúdinem plebi ſuæ.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Dómine.

PSALMUS 88.

Promiſſiones Davidi factæ : Chriſtum differri humilis querela.

MIſericórdias Dómini * in æternum cantábo ;

In generatiónem & generatiónem * annuntiábo veritátem tuam in ore meo :

Quóniam dixiſti ; In æternum miſericórdia ædificábitur in cœlis ; * præparábitur véritas tua in eis.

Diſpóſui teſtamentum electis meis, jurávi David ſervo meo ; * uſque in æternum præparábo ſemen tuum :

Et ædificábo in generatiónem & generatiónem * ſedem tuam.

Confitebuntur cœli mirabília tua, Dómine ; * étenim veritátem tuam in ecclésia ſanctórum.

Quóniam quis in núbibus æquábitur Dómino ? * símilis erit Deo in fíliis Dei ?

Deus, qui gloriſicátur in concílio ſanctórum ; * magnus & terríbilis ſuper omnes qui in circúitu ejus ſunt.

Dómine Deus virtútum quis símilis tibi ? * potens es, Dómine ; & véritas tua in circúitu tuo.

Tu domináris poteſtáti maris ; * mótum autem flúctuum ejus tu mítigas.

Tu humiliaſti ſicut vulnerátum ſuperbum : * in bráchio virtútis tuæ diſperſiſti inimícos tuos.

Tui ſunt cœli, & tua eſt terra ; * orbem terræ & plenitúdinem ejus tu fundaſti ;

Aquilónem & mare tu creaſti ; * Thabor & Hermon in nómine tuo exultábunt :

Tuum bráchium cum poténtia : * firmétur manus tua, & exaltétur déxtera tua.

Juſtítia & judícium præparátio ſedis tuæ ; * miſericórdia & véritas præcédent fáciem tuam.

Diviſio Pſalmi 88.

BEátus pópulus qui ſcit jubilatiónem : * Dómine, in lúmine vultûs tui ambulábunt,

Et in nómine tuo exultábunt totâ die, * & in juſtítia tua exaltabuntur.

Quóniam glória virtútis eórum tu es, * & in beneplácito tuo exaltábitur cornu noſtrum :

Quia Dómini eſt aſſúmptio noſtra, * & Sancti Iſraël regis noſtri.

Tunc locútus es in viſióne ſanctis tuis, & dixiſti : * Póſui adjutórium in potente, & exaltávi electum de plebe mea.

Invéni David ſervum meum, * óleo ſancto meo unxi eum.

Manus enim mea auxiliábitur ei, * & bráchium meum confortábit eum.

Nihil proficiet inimícus in eo, & filius iniquitátis non appónet nocére ei.

Et concídam à fácie ipſíus inimícos ejus, * & odientes eum in fugam convertam.

Et véritas mea, & miſericórdia mea cum ipſo, * & in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus, * & in flumínibus déxteram ejus.

Ipſe invocábit me: Pater meus es tu, * Deus meus, & ſuſceptor ſalútis meæ.

Et ego primogénitum ponam illum, * excelſum præ régibus terræ;

In æternum ſervábo illi miſericórdiam meam, * & teſtamentum meum fidéle ipſi;

Et ponam in ſéculum ſéculi ſemen ejus, * & thronum ejus ſicut dies cœli;

Si autem derelíquerint filii ejus legem meam, * & in judíciis meis non ambuláverint:

Si juſtítias meas profanáverint, * & mandáta mea non cuſtodíerint;

Viſitábo in virga iniquitátes eórum, * & in verbéribus peccáta eórum.

Miſericórdiam autem meam non diſpergam ab eo, * neque nocébo in veritáte mea.

Neque profanábo teſtamentum meum, * & quæ procédunt de lábiis meis non fáciam írrita.

Altera diviſio Pſalmi 88.

Semel jurávi in ſancto meo, ſi David méntiar: * Semen ejus in æternum manébit.

Et thronus ejus ſicut ſol in conſpectu meo, * & ſicut luna perfecta in æternum, & teſtis in cœlo fidélis.

Tu verò repuliſti & deſpexiſti, * diſtuliſti Chriſtum tuum.

Evertiſti teſtamentum ſervi tui, * profanaſti in terra ſanctuárium ejus.

Deſtruxiſti omnes ſepes ejus, * poſuiſti firmamentum ejus formídinem.

Diripuérunt eum omnes tranſeuntes viam; * factus eſt oppróbrium vicínis ſuis:

Exaltaſti déxteram deprimentium eum: * lætificaſti omnes inimícos ejus;

Avertiſti adjutórium gládii ejus, * & non es auxiliátus ei in bello:

Deſtruxiſti eum ab emundatióne, * & ſedem ejus in terram colliſiſti.

Minoraſti dies témporis ejus; * perfudiſti eum confuſióne.

Uſquequò, Dómine, avertis in finem? * exardeſcet ſicut ignis ira tua?

Memoráre quæ mea ſubſtántia: * numquid enim vanè conſtituiſti omnes fílios hóminum?

Quis eſt homo qui vivet, & non vidébit mortem? * éruet ánimam ſuã de manu ínferi?

Ubi ſunt miſericórdiæ tuæ antíquæ, Dómine, * ſicut juraſti David in veritáte tua?

Memor eſto, Dómine, oppróbrii ſervórum tuórum, * quod contínui in ſinu meo, multárum géntium.

Quod exprobravérunt inimíci tui, Dñe, * quod exprobravérunt commutatiónem Chriſti tui.

Benedictus Dóminus in æternum: * fiat, fiat.

Ant. Dómine, in lúmine vultûs tui ambulábunt, & in nómine tuo exultábunt totâ die, & in juſtítia tua exaltabuntur.

℣. Ténebræ non obſcurabuntur à te, Dómine; ℟. Et nox ſicut dies illuminábitur. *Pſal.* 138. 12.

Pater noſter.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Cognoſcant quia nomen tibi, Dóminus: ℟. Tu ſolus Altíſſimus in omni terra. *Pſal.* 82. 19.

Ant. 4. *E.* Præceptum.

PSALMUS 80.

Feſta piè celebranda: hinc Dei favor.

EXultáte Deo adjutóri noſtro: * jubiláte Deo Jacob.

Súmite pſalmum, & date tympanum; * pſaltérium jucundum cum cíthara:

Buccináte in Neoménia tuba, * in inſigni die ſolemnitátis veſtræ:

Quia præceptum in Iſraël eſt, * & judícium Deo Jacob:

Teſtimónium in Joſeph póſuit illud, cùm exíret de terra Ægypti; * linguam, quam non nóverat, audívit:

Divertit ab onéribus dorſum ejus; * manus ejus in cóphino ſerviérunt.

In tribulatióne invocaſti me, & liberávi te; * exaudívi te in abſcóndito tempeſtátis: probávi te apud aquam contradictiónis.

Audi, pópulus meus, & conteſtábor te: * Iſraël, ſi audíeris me, non erit in te Deus recens, neque adorábis deum aliénum:

Ego enim ſum Dóminus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: * diláta os tuum, & implébo illud.

Et non audívit pópulus

meus vocem meam, * & Iſraël non intendit mihi:

Et dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eórum, * ibunt in adinventiónibus ſuis.

Si pópulus meus audiſſet me, * Iſrael ſi in viis meis ambulaſſet:

Pro níhilo fórſitan inimícos eórum humiliaſſem, * & ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam.

Inimíci Dómini mentíti ſunt ei, * & erit tempus eórum in ſécula.

Et cibávit eos ex ádipe frumenti; * & de petra, melle ſaturávit eos.

Ant. Præceptum in Iſraël eſt, & judíciũ Deo Jacob.

Ant. 1. g. Parátum.

PSALMUS 107.

Oratio Eccleſiæ, Dei auxilium adversùs impios poſcentis.

PArátum cor meum, Deus, parátum cor meum: * cantábo & pſallam in glória mea.

Exurge, glória mea; exurge, pſaltérium & cíthara: * exurgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis, Dómine; * & pſallam tibi in natiónibus.

Quia magna eſt ſuper cœlos miſericórdia tua; * & uſque ad nubes véritas tua.

Exaltáre ſuper cœlos, Deus, * & ſuper omnem terram glória tua.

Ut liberentur dilecti tui, * ſalvum fac déxterâ tuâ, & exaudi me.

Ant. Parátum cor meũ, Deus; exurgam dilúculo: confitebor tibi, Dómine.

Ant. 6. F. Dómine.

Diviſio Pſalmi 107.

DEus locútus eſt in ſancto ſuo: * exultábo, & dívidam Síchimam, & convallem tabernaculórum dimétiar.

Meus eſt Gálaad, & meus eſt Manaſſes, * & Ephraïm ſuſcéptio cápitis mei.

Juda rex meus, * Moab lebes ſpei meæ.

In Idumæam extendam calceamentum meum: * mihi alienígenæ amíci facti ſunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me uſque in Idumæam?

Nonne tu, Deus, qui repuliſti nos? * & non exíbis, Deus, in virtútibus noſtris?

Da nobis auxílium de tribulatióne; * quia vana ſalus hóminis.

In Deo faciémus virtútem: * & ipſe ad níhilum dedúcet inimícos noſtros.

Ant. Dómine, vana ſalus hóminis: in Deo faciémus virtútem.

Ant. 8. c. Deus.

In Feriis, Canticum Annæ. 1. Reg. 2.

EXultávit cor meum in Dómino, * & exaltátum eſt cornu meum in Deo meo.

Dilatátum eſt os meum ſuper inimícos meos, * quia lætáta ſum in ſalutári tuo.

Non eſt ſanctus, ut eſt Dóminus; neque enim eſt álius extra te: * & non eſt fortis ſicut Deus noſter.

Nolíte multiplicáre loqui ſublímia, gloriantes: * recédant vétera de ore veſtro;

Quia Deus ſcientiárum, Dóminus eſt,* & ipſi præparantur cogitatiónes.

Arcus fórtium ſuperátus eſt; * & infirmi accincti ſunt róbore.

Repléti priùs, pro pánibus ſe locavérunt;* & faméliçi ſaturáti ſunt,

Donec ſtérilis péperit plúrimos; * & quæ multos habébat fílios, infirmáta eſt.

Dóminus mortíficat, & vivíficat; * dedúcit ad ínferos, & redúcit.

Dóminus páuperem facit, & ditat; * humíliat & súblevat.

Súſcitat de púlvere egénum, * & de ſtércore élevat páuperem;

Ut ſédeat cum princípibus, * & sólium glóriæ téneat.

Dómini enim ſunt cárdines terræ, * & póſuit ſuper eos orbem.

Pedes ſanctórum ſuórum ſervábit, & ímpii in ténebris conticeſcent; * quia non in fortitúdine ſua roborábitur vir.

Dóminum formidábunt adversárii ejus; * & ſuper ipſos in cœlis tonábit.

Dóminus judicábit fines terræ, & dabit impérium regi ſuo, * & ſublimábit cornu Chriſti ſui.

Ant. Deus ſcientiárum, Dóminus eſt, & ipſi præparantur cogitatiónes.

[*In Feſtis, Canticum.* 1. Paral. 29.

BEnedictus es, Dómine, Deus Iſraël patris noſtri, * ab æterno in æternum.

Tua eſt, Dómine, magnificéntia, & poténtia, & glória, atque victória; * & tibi laus.

Cuncta enim quæ in cœlo ſunt & in terra, * tua ſunt:

Tuum, Dómine, regnum, * & tu es ſuper omnes príncipes.

Tuæ divítiæ, & tua eſt glória: * tu dominaris ómnium.

In manu tua virtus & poténtia: * in manu tua magnitúdo, & impérium ómnium.

Nunc ígitur, Deus noſter, confitémur tibi, *

audámus nomen tuum
:lytum.]

tt. 5. a. Annúntiat Dñs.

P S A L M U S 147.

:cclesia ad laudem Dei invitatur, quòd ei abundè proviſum ſit.

LAuda, Jeruſalem, Dóminum: * lauda Deum tuum, Sion.

Quóniam confortávit ſeras portárum tuárum; * benedixit fíliis tuis in te.

Qui póſuit fines tuos pacem, * & ádipe frumenti ſátiat te.

Qui emittit elóquium ſuum terræ, * velóciter currit ſermo ejus.

Qui dat nivem ſicut lanam, * nébulam ſicut cínerem ſpargit.

Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas; * ante fáciem frígoris ejus quis ſuſtinébit?

Emittet verbum ſuum, & liquefáciet ea; * flabit ſpíritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum ſuum Jacob, * juſtítias & judícia ſua Iſraël;

Non fecit táliter omni natióni, * & judícia ſua non manifeſtávit eis.

Ant. Annúntiat Dñs verbum ſuum Jacob, & judícia ſua Iſraël: non fecit táliter omni natióni.

Capitulum. 1. Petr. 2. 9.

VOs genus electum, regále ſacerdótium, gens ſancta, pópulus acquiſitiónis; ut virtútes annuntiétis ejus, qui de ténebris vos vocávit in admirábile lumen ſuum.

Hymnus.

QUi, Chriſte, nos paſcis fide,
Fidéque ſanas ſáucios;
Tuâ manu fac ſóſpites,
Vi róboret Fides ſuâ.

HAc imperante diffugit
Error potens aſtútiis;
Fucóque capta ſúbdolo,
Mens veritáti rédditur.

SIs ergo turris ænea,
Quâ protegámur, ô Fides!
Scutumque ſis non pérvium,
Quo militémus númini.

TOt induémur láureis,
Tuti ſuperno tégmine,
Quot nos laceſſent cállidi
Salútis hoſtes præliis.

SIc fluctuantis ſéculi
Nos inter æſtus díriget
Quæ ſe fidéli péctori
Antíqua nudat véritas.

CRedo, Deus: ſed ...
bilem
Auge fidem quâ mílite
Ut nuncientur mórib
Quæ corde credo,
mata.

QUi nos creávit
Patri;
Laus, qui redémit,
Qui charitáte nos
Sit par tibi laus, S
Amen.

℣. Declarátio
num tuórum il
℟. Et intellectum
vulis. *Pſ.* 118.

Ad Benedíctus. *Ant.* 3. a. Tu, puer, Prophéta Altíſſimi vocáberis, ad dandam ſciéntiam ſalútis plebi ejus. *Luc.* 1.

AD PRIMAM.

Ant. 3. *à.* Illúminet.

PSALMUS 66.

Deus in toto orbe cognoſcendus.

DEus misereátur noſtrî, & benedícat nobis; * illúminet vultum ſuum ſuper nos, & misereátur noſtrî:

Ut cognoſcámus in terra viam tuam, * in ómnibus géntibus ſalutáre tuũ.

Confiteantur tibi pópuli, Deus; * confiteantur tibi pópuli omnes:

Lætentur & exultent gentes, quóniam júdicas pópulos in æquitáte, * & gentes in terra dírigis.

Confiteantur tibi pópuli, Deus, confiteantur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum ſuum.

Benedícat nos, Deus, Deus noſter, benedícat nos Deus; * & métuant eum omnes fines terræ.

PSALMUS 89.

Inanis & fugax hominum vita: ideo gratia Dei exoratur.

DOmine, refúgium factus es nobis, * à generatióne in generatiónem.

Priúſquam montes fierent, aut formarétur terra, & orbis, * à ſéculo & uſque in ſéculum tu es Deus.

Ne avertas hóminem in humilitátem; * & dixiſti: Convertímini, filii hóminum:

Quóniam mille anni ante óculos tuos, * tamquam dies heſterna quæ prætériit,

Et cuſtódia in nocte: * quæ pro níhilo habentur, eórum anni erunt.

Mane ſicut herba tránſeat, mane flóreat & tránſeat; * véſpere décidat, indúret & areſcat.

Quia defécimus in ira tua, * & in furóre tuo turbáti ſumus.

Poſuiſti iniquitátes noſtras in conſpectu tuo, * ſéculum noſtrum in illuminatióne vultûs tui.

Quóniam omnes dies noſtri defecérunt; * & in ira tua defécimus.

Anni noſtri ſicut aránea meditabuntur; * dies annórum noſtrórum in ipſis, ſeptuaginta anni:

Si autem in potentátibus, octoginta anni; * & ámplius eórum, labor & dolor.

Quóniam ſupervénit manſuetúdo, * & corripiémur.

Diviſio Pſalmi 89.

QUis novit poteſtátem iræ tuæ, * & præ timóre tuo iram tuam dinumeráre?

Déxteram tuam ſic notam fac, * & erudítos corde in ſapiéntia.

Convértere, Dómine, úſquequò? * & deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos.

Repléti ſumus mane miſericórdiâ tuâ; * & exultávimus, & delectáti ſumus ómnibus diébus noſtris:

Lætáti ſumus pro diébus quibus nos humiliaſti, * annis quibus vídimus mala.

Réſpice in ſervos tuos, & in ópera tua; * & dírige fílios eórum.

Et ſit ſplendor Dómini Dei noſtri ſuper nos: & ópera mánuum noſtrárum dírige ſuper nos, * & opus mánuum noſtrárum dírige.

Ant. Illúminet Dñs vultum ſuum ſuper nos; ut cognoſcámus in terra viam tuam, Dómine. *Pſ.* 66.

AD TERTIAM.

Ant. 4. E. Credo.

PSALMUS 26.

Fidelium fortitudo ex Deo: æternæ vitæ quærenda bona.

DOmínus illuminátio mea; & ſalus mea, * quem timébo?

Dóminus protéctor vitæ meæ; * à quo trepidábo?

Dum apprópiant ſuper me nocentes, * ut edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci mei, * ipſi infirmáti ſunt & cecidérunt.

Si conſiſtant adversùm me caſtra, * non timébit cor meum.

Si exurgat adversùm me prælium, * in hoc ego ſperábo.

Unam pétii à Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dñi ómnibus diébus vitæ meæ.

Ut vídeam voluptátem Dómini, * & víſitem templum ejus.

Quóniam abſcóndit me in tabernáculo ſuo: * in die malórum protexit me in abſcóndito tabernáculi ſui.

In petra exaltávit me: * & nunc exaltávit caput meũ ſuper inimícos meos.

Circuívi & immolávi in tabernáculo ejus hóſtiam vociferatiónis: * cantábo, & pſalmum dicam Dño.

Diviſio Pſalmi 26.

EXaudi, Dómine, vocem meam quâ clamávi ad te: * miſerére meî, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, Exquiſívit te fácies mea: * fáciem tuam, Dómine, requíram.

Ne avertas fáciem tuam à me; * ne declínes in ira à ſervo tuo.

Adjútor meus eſto, ne derelinquas me, * neque deſpícias me, Deus ſalutáris meus.

Quóniam pater meus & mater mea dereliquérunt me : * Dóminus autem aſſumpſit me.

Legem pone mihi, Dómine, in via tua ; * & dírige me in ſémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me ; * quóniam inſurrexérunt in me teſtes iníqui, & mentíta eſt iníquitas ſibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expecta Dóminum, viríliter age, * & confortétur cor tuum, & ſuſtine Dñm.

PSALMUS 83.

Supremæ beatitudinis deſideria.

QUàm dilecta tabernácula tua, Dñe virtútum! * concupiſcit & déficit ánima mea in átria Dñi.

Cor meum & caro mea * exultavérunt in Deum vivum.

Etenim paſſer invénit ſibi domum, * & turtur nidum ſibi, ubi ponat pullos ſuos.

Altária tua, Dómine virtútum ; * Rex meus & Deus meus.

Beáti qui hábitant in domo tua, Dñe ! * in ſécula ſeculórum laudábunt te.

Beátus vir cujus eſt auxílium abs te ; * aſcenſiónes in corde ſuo diſpóſuit, in valle lacrymárum, in loco quem póſuit.

Etenim benedictiónem dabit legiſlátor, ibunt de virtúte in virtútem : * vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum, exaudi oratiónem meam ; * áuribus pércipe, Deus Jacob.

Protector noſter, áſpice, Deus ; * & réſpice in fáciem Chriſti tui :

Quia mélior eſt dies una in átriis tuis * ſuper míllia.

Elégi abjectus eſſe in domo Dei mei, * magis quàm habitáre in tabernáculis peccatórum.

Quia miſericórdiam & veritátem díligit Deus ; * grátiam & glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia : * Dñe virtútum, beátus homo qui ſperat in te.

Ant. Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium. *Pſ.* 26.

Capitulum. Hebr. 11. 1.

EST fides ſperandárum ſubſtántia rerum, argumentum non apparéntium.

℟. *br.* Quàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, * Quam abſcondiſti timéntibus te! Quám magna. ℣. Perfeciſti eis * qui ſperant in te, * Quám abſcondiſti. Glória Patri. Quàm magna. *Pſ.* 30. 20.

℣. Narravérunt mihi

conſpectu ejus ; * plantaſti radíces ejus , & implévit terram.

Opéruit montes umbra ejus ; * & arbuſta ejus cedros Dei.

Extendit pálmites ſuos uſque ad mare , * & uſque ad flumen propágines ejus.

Ut quid deſtruxiſti macériam ejus , * & vindémiant eam omnes qui prætergrediuntur viam ?

Exterminávit eam aper de ſylva , * ſinguláris ferus depaſtus eſt eam.

Deus virtútum , convértere : * réſpice de cœlo , & vide , & víſita víneam iſtam.

Et pérfice eam quam plantávit déxtera tua , * & ſuper fílium hóminis quē confirmaſti tibi.

Incenſa igni , & ſuffoſſa : * ab increpatióne vultûs tui períbunt.

Fiat manus tua ſuper virum déxteræ tuæ : * & ſuper fílium hóminis quē confirmaſti tibi.

Et non diſcédimus à te, vivificábis nos ; * & nomen tuum invocábimus.

Dñe Deus virtútum, converte nos ; * & oſtende fáciem tuam, & ſalvi érimus.

PSALMUS 92.

Dei , ſeu Chriſti , regnum & lex extollitur.

DOminus regnávit , decórem indútus eſt ; * indútus eſt Dóminus fortitúdinem , & præcinxit ſe.

Etenim firmávit orbem terræ ; * qui non commovébitur.

Paráta ſedes tua ex tunc , * à ſéculo tu es.

Elevavérunt flúmina , Dómine , * elevavérunt flúmina vocem ſuam.

Elevavérunt flúmina fluctus ſuos , * à vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris : * mirábilis in altis Dóminus.

Teſtimónia tua credibília facta ſunt nimis : * domum tuam decet ſanctitúdo , Dómine , in longitúdinem diérum.

Ant. Teſtimónia tua , Dómine , credibília facta ſunt nimis. *Pſ.* 92.

Capitulum. Rom. 4. 5.

CRedenti in eum qui juſtíficat ímpium, reputátur fides ejus ad juſtítiam , ſecundùm propóſitum grátiæ Dei.

℟. *br.* Salvávit eos Dóminus , * Et credidérunt verbis ejus. Salvávit. ℣. Et laudavérunt * laudem ejus , * Et credidérunt. Glória Patri. Salvávit. *Pſ.* 105. 10. 12.

℣. In conſpectu géntium revelávit juſtítiam ſuam : ℟. Recordátus eſt miſericórdiæ ſuæ. *Pſ.* 97. 2. 3.

AD VESPERAS.

Ant. 2. D. Quid retríbuam.

PSALMUS 115.

Deus in periculis fida tutela.

CRédidi, propter quod locútus ſum; * ego autem humiliátus ſum nimís.

Ego dixi in exceſſu meo: * Omnis homo mendax.

Quíd retríbuam Dómino * pro ómníbus quæ retríbuit mihi?

Cálicē ſalutáris accípiā, * & nomen Dñi invocábo.

Vota mea Dño reddam coram omni pópulo ejus: * pretióſa in conſpectu Dñi mors ſanctórum ejus.

O Dómine, quia ego ſervus tuus; * ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupiſti víncula mea; * tibi ſacrificábo hóſtiam laudis, & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dño reddam in conſpectu omnis pópuli ejus, * in átriis domûs Dñi, in médio tuî, Jerúſalem.

Ant. Quid retríbuam Dómino pro ómnibus quæ retríbuit mihi?

Ant. 1. g. Confitébor.

PSALMUS 137.

Miſericordia & veritas Dei laudantur: ipſe à regibus adorandus.

COnfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo; * quóniam audiſti verba oris mei.

In conſpectu angelórum pſallam tibi; * adorábo ad templum ſanctum tuū, & confitébor nómini tuo.

Super miſericórdia tua & veritáte tua; * quóniam magnificaſti ſuper omne, nomen ſanctum tuum.

In quacumque die invocávero te, exaudi me: * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteantur tibi, Dómine, omnes reges terræ, * quia audiérunt ómnia verba oris tuí;

Et cantent in viis Dómini, * quóniam magna eſt glória Dómini;

Quóniam excelſus Dñs, & humília réſpicit, * & alta à longè cognoſcit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me: * & ſuper iram inimicórum meórum extendiſti manum tuam, & ſalvū me fecit déxtera tua.

Dñs retríbuet pro me: * Dómine, miſericórdia tua in ſéculum; ópera mánuum tuárum ne deſpícias.

Ant. Confitébor nómini tuo, Dómine, ſuper miſericórdia tua & veritáte tua.

Ant. 7. d. Generátio.

PSALMUS 144.

Dei potentia, miſericordia, providentia, benignitas.

EXaltábo te, Deus meus rex; * & benedícam nómini tuo in ſéculum, & in ſéculū ſéculi.

Per ſíngulos dies benedícam tibi ; * & laudábo nomen tuum in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.

Magnus Dóminus, & laudábilis nimis ; * & magnitúdinis ejus non eſt finis.

Generátio & generátio laudábit ópera tua ; * & poténtiam tuam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ ſanctitátis tuæ loquentur, * & mirabília tua narrábunt.

Et virtútem terribílium tuórum dicent,* & magnitúdinem tuam narrábunt.

Memóriam abundántiæ ſuavitátis tuæ eructábunt, * & juſtítiâ tuâ exultábunt.

Ant. Generátio & generátio laudábit ópera tua, & poténtiam tuam pronuntiábunt.

Ant. 4. a. Fidélis.

Diviſio Pſalmi 144.

MIſerátor & miſéricors Dóminus ; * pátiens & multùm miſéricors.

Suávis Dóminus univerſis, * & miſeratiónes ejus ſuper ómnia ópera ejus.

Confiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua, * & ſancti tui benedícant tibi.

Glóriam regni tui dicent, * & poténtiam tuam loquentur

Ut notam fáciant filiis hóminum poténtiam tuã, * & glóriam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum, regnum ómnium ſeculórum ; * & dominátio tua in omni generatióne & generatiónem.

Fidélis Dóminus in ómnibus verbis ſuis ; * & ſanctus in ómnibus opéribus ſuis.

Allevat Dóminus omnes qui córruunt, * & érigit omnes eliſos.

Oculi ómnium in te ſperant, Dómine ; * & tu das eſcam illórum in témpore opportúno.

Aperis tu manum tuam, * & imples omne ánimal benedictióne.

Ant. Fidélis Dóminus in ómnibus verbis ſuis, & ſanctus in ómnibus opéribus ſuis.

Ant. 8. c. Propé eſt Dóminus.

Altera diviſio Pſal. 144.

JUſtus Dóminus in ómnibus viis ſuis, * & ſanctus in ómnibus opéribus ſuis.

Propé eſt Dóminus ómnibus invocántibus eum, * ómnibus invocántibus eum in veritáte.

Voluntátem timéntium ſe fáciet, & deprecatiónem eórum exáudiet, * & ſalvos fáciet eos.

Cuſtódit Dóminus om-

nes diligentes ſe, * & omnes peccatóres diſperdet.

Laudatiónem Dómini loquétur os meum; * & benedícat omnis caro nómini ſancto ejus in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.

Ant. Propè eſt Dóminus ómnibus invocántibus eum in veritáte.

Capitulum. Gen. 1. 20.

DIxit étiam Deus: Prodúcant aquæ réptile ánimæ viventis, & volátile ſuper terram ſub firmamento cœli.... Et factum eſt véſpere & mane dies quintus.

Hymnus.

DEo loquente, prótinùs
Vivit novũ rerum genus:
Mirátur æquor, & ſuos
Mirátur æther íncolas.

Iisdem creáti flúctibus
Feruntur ad cœlos aves:
Leves in imo gúrgite
Repentè piſces ínnatant.

Hos arte mirâ audácibus
Utroſque remis ínſtruis;
Sic tu potenti, Cónditor,
In orbe ludis dexterâ.

Quis det mihi velócibus
Pennis columbæ rémigẽ?
Surgam volátu líbero,
Terræ tenácis ímmemor.

Desunt. Opem feras, tuis
Delapſa ſédibus, Fides:
Alas ſupernas, pátriam
Quibus reviſã, cómmoda.

Tunc ſancta quæ calígine
Noctis premuntur dógmata,
Ruptis aperta núbibus,
Pleno patébunt in die.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Os meum annuntiábit juſtítiam tuã, ℟. Totâ die ſalutáre tuũ. *Pſ.* 70. 15.

Ad Magníficat. *Ant.* 7. G. Potens eſt Dóminus, & ſanctum nomen ejus. *Luc.* 1.

AD COMPLETOR.

Ant. 6. F. Tu, Dómine.

PSALMUS 11.

Juſtorum paucitas: Dei erga impios promiſſa urgentur.

SAlvum me fac, Dómine, quóniam defécit ſanctus: * quóniam diminútæ ſunt veritátes à fíliis hóminum.

Vana locúti ſunt unuſquiſque ad próximum ſuũ: * lábia dolóſa, in corde & corde locúti ſunt.

Diſperdat Dóminus univerſa lábia dolóſa, * & linguam magníloquam;

Qui dixérunt: Linguam noſtram magnificábimus, lábia noſtra à nobis ſunt, * quis noſter Dóminus eſt?

Propter miſériam ínopum, & gémitum páupe-

rum, * nunc exurgam, dicit Dóminus.

Ponam in ſalutári, * fiduciáliter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia caſta : * argentum igne examinátum, probátum terræ, purgátum ſéptuplum.

Tu, Dómine, ſervábis nos, & cuſtódies nos * à generatióne hac in ætérnum.

In circúitu ímpii ámbulant : * ſecundùm altitúdinem tuam multiplicáſti fílios hóminum.

P S A L M U S 38.

Coërcenda lingua : mundi contemptus : vitæ brevitas.

DIxi : Cuſtódiam vias meas, * ut non delinquam in lingua mea.

Póſui ori meo cuſtódiam : * cùm consíſteret peccátor adversùm me.

Obmútui & humiliátus ſum, & sílui à bonis : * & dolor meus renovátus eſt.

Concáluit cor meum intra me : * & in meditatióne mea exardeſcet ignis.

Locútus ſum in lingua mea : * notum fac mihi, Dómine, finem meum ;

Et númerum diérum meórum quis eſt ; * ut ſciam quid deſit mihi.

Ecce menſurábiles poſuiſti dies meos, * & ſubſtántia mea tamquam níhilum ante te.

Verúmtamen u[...] vánitas, * omnis [...] vivens.

Verúmtamen i[...] gine pertranſit ho[...] ſed & fruſtrà cont[...]

Theſaurízat, * [...] rat cui congregáb[...]

Et nunc quæ eſ[...] ctátio mea ? non[...] minus ? * & ſu[...] mea apud te eſt.

Diviſio Pſalmi[...]

AB ómnibus [...] tátibus mei[...] me : * oppróbriu[...] pienti dediſti me[...]

Obmútui, & n[...] rui os meum, q[...] tu feciſti : * ámov[...] plagas tuas.

A fortitúdine [...] tuæ ego deféci in[...] patiónibus : * pro[...] quitátem corripui[...] minem.

Et tabéſcere fe[...] ut aráneam ánima[...] * verúmtamen va[...] turbátur omnis h[...]

Exaudi oratióne[...] Dómine, & dep[...] nem meam : * áuri[...] cipe lacrymas me[...]

Ne síleas, quón[...] vena ego ſum apu[...] peregrínus, * ſicut[...] patres mei.

Remitte mihi u[...] gerer, priuſquam [...] * & ámpliùs non e[...]

Ant. Tu, Dñe, ſ[...] nos, & cuſtódies [...]

F

FERIA SEXTA AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Veníte, adorémus, & procidámus ante Deum: * Plorémus coram Dómino qui fecit nos.

Pſ. 94. Veníte. 2.

Hymnus.

RECENS ab Autóris manu
Primus parens mortálium,
Curis ſolútus ánxiis,
Dies agébat cándidos.

Mox, pœna peccáti, labor
Cum patre natos óbruit,
Ingénſque lúctuũ cohors
Incumbit orbi pérdito.

HINC nos dolóris filii
Dolóre vitam dégimus:
Hinc per labóres plúrimos
Quærenda cœli pátria.

HANC ipſe ſignávit viam,
Qui ſponte mortális Deus,
Culpæ gerens imáginem,
Pœnas nocentûm pértulit.

CRUX eſt gradus, quo téndere
Ad alta fas eſt átria:
Cœli futúris álterum
Iter negátur cívibus.

Nos ſempitérnis crux tua,
O Chriſte, flammis éruit:
Hîc ure víndex, hîc ſeca,
Parcas in ætérnum modò.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Confitebor.

PSALMUS 51.

Impiis exitium proximum.

QUid gloriáris in malítia, * qui potens es in iniquitáte?

Totâ die injuſtítiam cogitávit lingua tua: * ſicut novácula acúta feciſti dolum.

Dilexiſti malítiam ſuper benignitátem: * iniquitátem magis, quàm loqui æquitátem.

Dilexiſti ómnia verba præcipitatiónis, * lingua doléſa.

Proptérea Deus déſtruet te in finem, evellet te, & emigrábit te de tabernáculo tuo, * & radícem tuã de terra vivéntium.

Vídebunt juſti, & timébunt, & ſuper eum ridébunt, & dicent: * Ecce homo qui non póſuit Deũ adjutórem ſuum:

Sed ſperávit in multitúdine divitiárum ſuárum, * & præváluit in vanitáte ſua.

Ego autem ſicut olíva fructífera in domo Dei: * ſperávi in miſericórdia Dei in ætérnum, & in ſéculum ſéculi.

Confitébor tibi in ſéculum, quia feciſti: * & expectábo nomen tuum, quóniam bonum eſt in conſpectu ſanctórum tuórum.

PSALMUS 54.

Deum, ut ſe à fictis amicis ſervet, obteſtatur Chriſtus.

EXaudi, Deus, orationem meam, & ne deſpéxeris deprecatiónem meam: * intende mihi, & exaudi me.

Contriſtátus ſum in exercitatióne mea, * & conturbátus ſum à voce inimíci, & à tribulatióne peccatóris.

Quóniam declinavérunt in me iniquitátes, * & in ira moleſti erant mihi.

Cor meum conturbátum eſt in me, * & formído mortis cécidit ſuper me.

Timor & tremor venérunt ſuper me, * & contexérunt me tenebræ.

Et dixi: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, * & volábo, & requieſcam?

Ecce elongávi fúgiens, * & manſi in ſolitúdine.

Expectábam eum qui ſalvum me fecit à puſillanimitáte ſpíritûs, * & tempeſtáte.

Præcípita, Dómine, dívide linguas eorum; * quóniam vidi iniquitátem & contradictiónem in civitáte.

Die ac nocte circúmdabit eam ſuper muros ejus iníquitas; * & labor in médio ejus, & injuſtítia.

Et non defécit de plateis ejus * uſúra & dolus.

Quóniam ſi inimícus meus maledixiſſet mihi: * ſuſtinuiſſem útique.

Et ſi is qui óderat me, ſuper me magna locútus fuiſſet: * abſcondiſſem me fórſitan ab eo.

Tu verò, homo unánimis, * dux meus & notus meus.

Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos; * in domo Dei ambulávimus cum conſenſu.

Véniat mors ſuper illos: * & deſcendant in infernum viventes.

Quóniam nequítiæ in habitáculis eórum, * in médio eórum.

Ego autem ad Deum clamávi; * & Dóminus ſalvábit me.

Diviſio Pſalmi 54.

VEſpere, & mane, & merídie narrábo & annuntiábo: * & exáudiet vocem meam.

Rédimet in pace ánimam meam ab his qui appropinquant mihi: * quóniam inter multos erant mecum.

Exáudiet Deus, & humiliábit illos, * qui eſt ante ſécula.

Non enim eſt illis commutátio, & non timuérunt Deum: * extendit manum ſuam in retribuendo.

Contaminavérunt teſta-

mentum ejus, diviſi ſunt ab ira vultûs ejus: * & appropinquávit cor illíus.

Molliti ſunt ſermónes ejus ſuper óleum: * & ipſi ſunt jacula.

Jacta ſuper Dóminum curam tuam, & ipſe te enútriet: * non dabit in ætermum fluctuatiónem juſto.

Tu verò, Deus, * dedúces eos in púteum intéritûs.

Viri ſánguinum & dolóſi non dimidiábunt dies ſuos: * ego autem ſperábo in te, Dómine.

Ant. Confitébor tibi, Dómine, in ſéculum, quia feciſti. *Pſ.* 51.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Deus ſuſceptor.

PSALMUS 58.

Zelus Eccleſiæ adversùs impios.

ERipe me de inimícis meis, Deus meus: * & ab inſurgéntibus in me líbera me.

Eripe me de operántibus iniquitátem, * & de viris sánguinum ſalva me:

Quia ecce cepérunt ánimam meam, * irruérunt in me fortes.

Neque iníquitas mea, neque peccátum meum, Dómine: * ſine iniquitáte cucurri, & direxi.

Exurge in occurſum meum, & vide: * & tu, Dómine, Deus virtútum, Deus Iſraël,

Intende ad viſitandas omnes gentes: * non miſereáris ómnibus qui operantur iniquitátem.

Convertentur ad véſperam, & famem patientur ut canes: * & circuíbunt civitátem.

Ecce loquentur in ore ſuo, & gládius in lábiis eórum: * quóniam quis audívit?

Et tu, Dómine, deridébis eos: * ad níhilum dedúces omnes gentes.

Fortitúdinem meam ad te cuſtódiam, quia Deus ſuſceptor meus es: * Deus meus, miſericórdia ejus prævéniet me.

Diviſio Pſalmi 58.

DEus oſtendet mihi ſuper inimícos meos, ne occídas eos: * nequando obliviſcantur pópuli mei.

Diſperge illos in virtúte tua: * & depóne eos, protector meus, Dómine.

Delictum oris eórum, ſermónem labiórum ipſórum: * & comprehendantur in ſupérbia ſua.

Et de execratióne & mendácio annuntiabuntur in conſummatióne: * in ira conſummatiónis, & non erunt.

Et ſcient quia Deus dominábitur Jacob, * & finium terræ.

Convertentur ad véſperam, & famem patientur ut canes: * & circuíbunt civitátem.

Ipſi diſpergentur ad manducandum: * ſi verò non fú rint ſaturáti, & murmurábunt.

Ego autem cantábo fortitúdinem tuam: * & exultábo manè miſericórdiam tuam;

Quia factus es ſuſceptor meus, * & refúgium meum in die tribulatiónis meæ.

Adjútor meus, tibi pſallam, quia Deus ſuſceptor meus es: * Deus meus, miſericórdia mea.

P S A L M U S 60.

Eccleſia ab inſectatoribus oppreſſa: Chriſti regnum æternum.

EXaudi, Deus, deprecatiónem meam: * intende oratióni meæ.

A finibus terræ ad te clamávi: * dum anxiarétur cor meum, in petra exaltaſti me.

Deduxiſti me, quia factus es ſpes mea, * turris fortitúdinis à fácie inimíci.

Inhabitábo in tabernáculo tuo in ſécula: * prótegar in velamento alárum tuárum;

Quóniam tu, Deus meus, exaudiſti oratiónem meam: * dediſti hæreditátem timéntibus nómen tuum.

Dies ſuper dies adjícies, * annos e que in diem genera & generatiónis.

Pérmanet in æte in conſpectu Dei: * ricórdiam & veri ejus quis requíret?

Sic pſalmum dica mini tuo in ſéculum li, * ut reddam vot de die in diem.

Ant. Deus ſuſ meus es, Deus meu ſericórdia mea. *Pſ.*

IN III. NOCTUR

Ant. 3. g. In mu dine.

P S A L M U S

Chriſtus, ob Religio lum multa paſſus, lium à Patre petit

SAlvum me fac, * quóniam int runt aquæ uſq ánimam meam.

Infixus ſum in profundi, * & non e ſtántia.

Veni in altitúc maris, * & tempeſt merſit me.

Laborávi claman cæ factæ ſunt fauces * defecérunt óculi dum ſpero in Deum

Multiplicáti ſunt capillos cápitis mei odérunt me gratis.

Confortáti ſunt qu ſecúti ſunt me inimí injuſtè: * quæ non tunc exolvébam.

Deus, tu ſcis inſipiéntiam meam, * & delicta mea à te non ſunt abſcóndita.

Non erubeſcant in me qui expectant te, Dómine, * Dómine virtútum.

Non confundantur ſuper me, * qui quærunt te, Deus Iſraël.

Quóniam propter te ſuſtinui oppróbrium, * opéruit confúſio fáciem meam.

Extráneus factus ſum frátribus meis, * & peregrínus filiis matris meæ.

Quóniam zelus domûs tuæ comédit me; * & oppróbria exprobrántium tibi cecidérunt ſuper me.

Et opérui in jejúnio ánimam meam; * & factum eſt in oppróbrium mihi.

Et póſui veſtimentum meum cilícium; * & factus ſum illis in parábolam.

Adversùm me loquebantur qui ſedébant in porta; * & in me pſallébant qui bibébant vinum.

Ego verò oratiónem meam ad te, Dómine; * tempus beneplácitì, Deus.

In multitúdine miſericórdiæ tuæ exaudi me, * in veritáte ſalútis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infigar; * líbera me ab iis qui odérunt me, & de profundis aquárum.

Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſórbeat me profundum, * neque úrgeat ſuper me púteus os ſuum.

Diviſio Pſalmi 68.

Exaudi me, Dómine, quóniam benigna eſt miſericórdia tua; * ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum reſpice in me.

Et ne avertas fáciem tuam à púero tuo: * quóniam tribulor, velóciter exaudi me.

Intende ánimæ meæ, & líbera eam; * propter inimícos meos éripe me.

Tu ſcis impropérium meum, & confuſiónem meam, * & reveréntiam meam.

In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me: * impropérium expectávit cor meum, & miſériam.

Et ſuſtinui qui ſimul contriſtarétur, & non fuit; * & qui conſolarétur, & non invéni.

Et dedérunt in eſcam meam fel; * & in ſiti mea potavérunt me acéto.

Fiat menſa eórum coram ipſis in láqueum, * & in retributiónes, & in ſcándalum.

Obſcurentur óculi eórũ, ne vídeant, * & dorſum eórum ſemper incurva.

Effunde ſuper eos iram tuam, * & furor iræ tuæ comprehendat eos.

Fiat habitátio eórum

deſerta, * & in tabernáculis eórum non ſit qui inhábitet.

Quóniam quem tu percuſſiſti, perſecúti ſunt; * & ſuper dolórem vúlnerum meórum addidérunt.

Appóne iniquitátem ſuper iniquitátem eórum; * & non intrent in juſtítiam tuam.

Deleantur de libro vivéntium; * & cum juſtis non ſcribantur.

Altera diviſio Pſalmi 68.

Ego ſum pauper & dolens: * ſalus tua, Deus, ſuſcépit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico, * & magnificábo eum in laude.

Et placébit Deo ſuper vítulum novellum, * córnua producentem & úngulas.

Vídeant páuperes, & lætentur: * quærite Deum, & vivet ánima veſtra.

Quóniam exaudívit páuperes Dóminus, * & vinctos ſuos non deſpexit.

Laudent illum cœli & terra; * mare, & ómnia reptília in eis.

Quóniam Deus ſalvam fáciet Sion, * & ædificabuntur civitátes Juda.

Et inhabitábunt ibi, * & hæreditáte acquírent eam.

Et ſemen ſervórum ejus poſſidébit eam; * & qui díligunt nomen ejus, habitábunt in ea.

Ant. In multitúdine miſericórdiæ tuæ exaudi me, Dómine, in veritáte ſalútis tuæ.

℣. Ego ſum pauper & dolens: ℟. Salus tua, Deus, ſuſcépit me. *Pſ.* 68. 30.

Pater noſter.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Laudans invocábo Dóminum; ℟. Et ab inimícis meis ſalvus ero. *Pſ.* 17. 4.

Ant. 1. a. Deus.

PSALMUS 53.

Oratio juſti adversùs hoſtes auxilium deprecantis.

Deus, in nómine tuo ſalvum me fac, * & in virtúte tua júdica me.

Deus, exaudi oratiónem meam; * áuribus pércipe verba oris mei:

Quóniam aliéni inſurrexérunt adversùm me, & fortes quæſiérunt ánimam meam, * & non propoſuérunt Deum ante conſpectum ſuum:

Ecce enim Deus ádjuvat me, * & Dóminus ſuſceptor eſt ánimæ meæ.

Averte mala inimícis meis, * & in veritáte tua diſperde illos.

Voluntárie ſacrificábo tibi; * & confitébor nómini tuo, Dómine, quóniam bonum eſt.

Quóniam ex omni tribulatióne eripuiſti me, *

& ſuper inimícos meos deſpexit óculus meus.

Ant. Deus ádjuvat me, & Dóminus ſuſceptor eſt ánimæ meæ.

Ant. 7. ç. Salva me.

PSALMUS 70.

Eccleſia adverſus impios auxilium deprecatur.

IN te, Dómine, ſperávi, non confundar in ætermum; * in juſtítia tua líbera me, & éripe me.

Inclína ad me aurem tuam, * & ſalva me.

Eſto mihi in Deum protectórem, & in locum munítum, * ut ſalvum me fácias.

Quóniam firmaméntum meum, * & refúgium meum es tu.

Deus meus, éripe me de manu peccatóris, * & de manu contra legem agentis, & iníqui.

Quóniam tu es patiéntia mea, Dómine, * Dómine, ſpes mea à juventúte mea.

In te confirmátus ſum ex útero, * de ventre matris meæ tu es protector meus.

In te cantátio mea ſemper, * tamquam prodígium factus ſum multis, & tu adjútor fortis.

Repleátur os meum laude, ut cantem glóriam tuam, * totâ die magnitúdinem tuam.

Ne projícias me in témpore ſenectútis; * & cùm defécerit virtus mea, ne derelinquas me,

Quia dixérunt inimíci mei mihi; * & qui cuſtodiébant ánimam meam, consílium fecérunt in unú.

Dicentes: Deus derelíquit eum; perſequímini, & comprehéndite eum, * quia non eſt qui erípiat.

Deus, ne elongéris à me: * Deus meus, in auxílium meum réſpice.

Confundantur & defíciant detrahentes ánimæ meæ; * operiantur confuſióne & pudóre, qui quærunt mala mihi.

Ego autem ſemper ſperábo, * & adjíciam ſuper omnem laudem tuam.

Ant. Salva me, Dómine, eſto mihi in Deum protectórem.

Ant. 5. *a.* Dómine, memorábor.

Diviſio Pſalmi 70.

OS meum annuntiábit juſtítiam tuam, * totâ die ſalutáre tuum.

Quóniam non cognóvi litteratúram, introíbo in poténtias Dómini: * Dómine, memorábor juſtítiæ tuæ ſolíus.

Deus, docuiſti me à juventúte meâ; * & uſque nunc pronuntiábo mirabília tua,

Et uſque in ſenectam & ſénium, * Deus, ne derelinquas me:

Donec annúntiem bráchium tuum * generatióni omni quæ ventúra eſt ;

Poténtiam tuam & juſtítiam tuam, Deus, uſque in altíſſima quæ feciſti magnália : * Deus, quis ſímilis tibi ?

Quantas oſtendiſti mihi tribulatiónes multas, & malas, & converſus, vivificaſti me, * & de abyſſis terræ íterum reduxiſti me ?

Multiplicaſti magnificéntiam tuam, * & converſus, conſolátus es me.

Nam & ego confitébor tibi in vaſis pſalmi veritátem tuam : * Deus, pſallam tibi in cíthara, Sanctus Iſraël.

Exultábunt lábia mea cùm cantávero tibi ; * & ánima mea, quam redemiſti.

Sed & lingua mea totâ die meditábitur juſtítiam tuam ; * cùm confúſi & reveriti fúerint qui quærunt mala mihi.

Ant. Dómine, memorábor juſtítiæ tuæ ſolíus.

Ant. 8. G. Cùm irátus fúeris.

In Feriis, Canticum Habacuc. Cap. 3.

DOmine, audívi auditiónem tuam, * & tímui.

Dómine, opus tuum * in médio annórum vivífica illud.

In médio annórum notum fácies : * cùm irátus fúeris, miſericórdiæ recordáberis.

Deus ab Auſtro véniet, * & ſanctus de monte Pharan.

Opéruit cœlos glória ejus, * & laudis ejus plena eſt terra.

Splendor ejus ut lux erit, córnua in mánibus ejus : * ibi abſcóndita eſt fortitúdo ejus.

Ante fáciem ejus ibit mors ; * & egrediétur diábolus ante pedes ejus.

Stetit, & menſus eſt terram : * aſpexit, & diſſolvit gentes ; & contríti ſunt montes ſéculi.

Incurváti ſunt colles mundi * ab itinéribus æternitátis ejus.

Pro iniquitáte vidi tentória Æthiópiæ : * turbabuntur pelles terræ Mádian.

Numquid in flumínibus irátus es, Dómine ? * aut in flumínibus furor tuus ? vel in mari indignátio tua ?

Qui aſcendes ſuper equos tuos, * & quadrígæ tuæ ſalvátio ;

Súſcitans ſuſcitábis arcum tuum : * juramenta tribubus quæ locútus es.

Flúvios ſcindes terræ : vidérunt te, & doluérunt montes ; * gurges aquárum tránſiit.

Dedit abyſſus vocem ſuam : * altitúdo manus ſuas levávit.

Sol & luna ſtetérunt in habitáculo ſuo : * in luce ſagittárum tuárum ibunt, in ſplendóre fulgurantis haſtæ tuæ.

In frémitu conculcábis terram : * in furóre obſtupefácies gentes.

Egreſſus es in ſalútem pópuli tui, * in ſalútem cum chriſto tuo.

Percuſſiſti caput de domo ímpii ; * denudaſti fundamentum ejus uſque ad collum.

Maledixiſti ſceptris ejus, cápiti bellatórum ejus, * veniéntibus ut turbo ad diſpergendum me.

Exultátio eórum, * ſicut ejus qui dévorat páuperem in abſcóndito.

Viam feciſti in mari equis tuis, * in luto aquárum multárum.

Audívi, & conturbátus eſt venter meus : * à voce contremuérunt lábia mea.

Ingrediátur putrédo in óſſibus meis, * & ſubter me ſcáteat ;

Ut requieſcam in die tribulatiónis, * ut aſcendam ad pópulum accinctum noſtrum.

Ficus enim non florébit ; * & non erit germen in víneis.

Mentiétur opus olívæ ; * & arva non áfferent cibũ.

Abſcindétur de ovíli pecus ; * & non erit armentum in præſépibus.

Ego autem in Dómino gaudébo, * & exultábo in Deo Jeſu meo.

Deus Dóminus, fortitúdo mea, * & ponet pedes meos quaſi cervórum.

Et ſuper excelſa mea dedúcet me victor * in pſalmis canentem.

Ant. Cùm irátus fúeris, Dómine, miſericórdiæ recordáberis.

[*In Feſtis, Canticum.*
Iſaiæ 26.

URbs fortitúdinis noſtræ Sion : * Salvátor ponétur in ea murus & antemuréle.

Aperíte portas, * & ingrediátur gens juſta, cuſtódiens veritátem.

Vetus error ábiit : ſervábis pacem ; * pacem, quia in te ſperávimus.

Speraſtis in Dómino in ſéculis ætemis, * in Dómino Deo forti in perpétuum.

Quia incurvábit habitantes in excelſo, * civitátem ſublímem humiliábit.

Humiliábit eam uſque ad terram, * détrahet eam uſque ad púlverem.

Conculcábit eam pes, * pedes páuperis, greſſus egenórum.

Sémita juſti recta eſt, * rectus callis juſti ad ambulandum.

Et in ſémita judiciórum tuórum, Dómine, ſuſtinúimus te:* nomen tuum, & memoriále tuum in deſidério ánimæ.

Anima mea deſiderávit te in nocte; * ſed & ſpíritu meo in præcórdiis meis de mane vigilábo ad te.

Cùm féceris judícia tua in terra, * juſtítiam diſcent habitatóres orbis.

Miſereámur ímpio, & non diſcet juſtítiam: * in terra ſanctórum iníqua geſſit, & non vidébit glóriam Dómini.

Dómine, exaltétur manus tua; * & non vídeant: Vídeant, & confundantur zelantes pópuli; * & ignis hoſtes tuos dévoret.

Dómine, dabis pacem nobis; * ómnia enim ópera noſtra operátus es nobis.]

Ant. 4. A. Laudábo.

PSALMUS 145.

Non hominibus, nec principibus, ſed Deo fidendum.

LAuda, ánima mea, Dóminum; laudábo Dóminum in vita mea: * pſallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus; * in filiis hóminum, in quibus non eſt ſalus.

Exíbit ſpíritus ejus, & revertétur in terram ſuam: * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, ſpes ejus in Dómino Deo ipſíus * qui fecit cœlum & terram, mare, & ómnia quæ in eis ſunt.

Qui cuſtódit veritátem in ſéculum, facit judícium injúriam patiéntibus, * dat eſcam eſuriéntibus.

Dóminus ſolvit compedítos: * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit eliſos, * Dóminus díligit juſtos.

Dóminus cuſtódit ádvenas, pupillum & víduam ſuſcípiet; * & vias peccatórum diſperdet.

Regnábit Dóminus in ſécula, Deus tuus, Sion: * in generatiónem & generatiónem.

Ant. Laudábo in vita mea Dñm, qui facit judícium injúria patiéntibus.

Capitulum. Iſaiæ 33. 2

DOmine, miſerére noſtrî; te enim expectávimus: eſto brachium noſtrum in mane, & ſalus noſtra in témpore tribulatiónis.

Hymnus.

ADVERSA legi ſpíritûs
Vivit meo lex córpore:
Hinc íntimis & éxteris
Diſtórqueor conflíctibus.
PUGNARE da, da víncere,
Teſtis Deus certáminis;

Tuóque carnem ſpíritu
Menti rebellem cóntere.
Hæc défluet victória
Almo crucis de ſtípite,
Si ſpontè dura pérferam,
Quæ me premunt, incómmoda.
Nostrum caput, rigéntibus
Chriſtus corónis cinctus eſt:
Quàm, delicátè vívere
Nos, membra Chriſti, dédecet!
Amoris ô miráculum!
O cordis humáni ſtupor!
Inſons Deus neci datur,
Pigébit & ſontes pati!
Fac, Chriſte, nos fortes ſequi
Iter, quod exemplo doces:
Beátus ille cui licet
Tecum pati, tecum mori!
Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Exultábo manè miſericórdiam tuã; ℟. Quĩa factus es ſuſceptor meus in die tribulatiónis. *Pſ.* 58. 17.

Ad Benedictus, *Ant.* 8. *G.* Per víſcera miſericórdiæ Dei noſtri viſitávit nos óriens ex alto, illumináre his qui in ténebris & in umbra mortis ſedent. *Luc.* 1.

AD PRIMAM.

Ant. 3. c. Exurge.

PSALMUS 43.

Patres beneficiis cumulati: ob Religionem cuncta ſuſtinenda.

Deus, áuribus noſtris audívimus, * patres noſtri annuntiavérunt nobis

Opus quod operátus es in diebus eórum, * & in diébus antiquis.

Manus tua gentes diſpérdidit, & plantaſti eos; * afflixiſti pópulos, & expuliſti eos.

Nec enim in gládio ſuo poſſedérunt terram, * & bráchium eórum non ſalvávit eos:

Sed déxtera tua, & bráchium tuum, & illuminátio vultûs tui; * quóniam complacuiſti in eis.

Tu es ipſe rex meus, & Deus meus, * qui mandas ſalútes Jacob.

In te inimícos noſtros ventilábimus cornu, * & in nómine tuo ſpernémus inſurgentes in nobis.

Non enim in arcu meo ſperábo, * & gládius meus non ſalvábit me.

Salvaſti enim nos de affligéntibus nos, * & odientes nos confudiſti.

Diviſio Pſalmi 43.

In Deo laudábimur totâ die, * & in nómine tuo confitébimur in ſéculum.

Nunc autem repuliſti, & confudiſti nos:* & non egrediéris, Deus, in virtútibus noſtris.

Avertiſti nos retrorsùm poſt inimícos noſtros; * & qui odérunt nos, diripiébant ſibi.

Dediſti nos tamquam oves eſcárum, * & in géntibus diſperſiſti nos.

Vendidiſti pópulum tuũ ſine prétio, * & non fuit multitúdo in commutatiónibus eórum.

Poſuiſti nos oppróbrium vicínis noſtris, * ſubſannatiónem & deríſum his qui ſunt in circúitu noſtro.

Poſuiſti nos in ſimilitúdinem géntibus, * commotiónem cápitis in pópulis.

Totâ die verecúndia mea contra me eſt, * & confúſio faciéi meæ coopéruit me,

A voce exprobrantis & obloquentis, * à fácie inimíci & perſequentis.

Hæc ómnia venérunt ſuper nos; nec oblíti ſumus te, * & iníquè non égimus in teſtamento tuo.

Et non receſſit retrò cor noſtrum, * & declinaſti ſémitas noſtras à via tua.

Quóniã humiliaſti nos in loco afflictiónis, * & coopéruit nos umbra mortis.

Altera diviſio Pſalmi 43.

SI oblíti ſumus nomen Dei noſtri, * & ſi expándimus manus noſtras ad Deum aliénum:

Nonne Deus requíret iſta? * ipſe enim novit abſcóndita cordis.

Quóniam propter te mortificámur totâ die, * æſtimáti ſumus ſicut oves occiſiónis.

Exurge, quare obdórmis, Dómine? * exurge, & ne repellas in finem.

Quare fáciem tuam avertis? * oblivíſceris inópiæ noſtræ & tribulatiónis noſtræ?

Quóniam humiliáta eſt in púlvere ánima noſtra, * conglutinátus eſt in terra venter noſter.

Exurge, Dómine, ádjuva nos; * & rédime nos propter nomen tuum.

Ant. Exurge, quare obdormis, Dñe? exurge, & ne repellas in finem.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Circumdedérunt.

PSALMUS 39.

Oratio Chriſti: ipſe fiduciæ & obedientiæ typus.

EXpectans expectávi Dóminum, * & intendit mihi.

Et exaudívit preces meas: * & eduxit me de lacu miſériæ, & de luto fæcis.

Et ſtátuit ſuper petram pedes meos, * & direxit greſſus meos.

Et immíſit in os meum

m novum, * car-
eo noſtro.
ebunt multi, & ti-
t; * & ſperábunt in
no.
us vir cujus eſt no-
Dómini ſpes ejus: *
reſpexit in vanitá-
nsánias falſas.
ta feciſti tu, Dó-
Deus meus, mira-
ua: * & cogitatió-
tuis non eſt qui ſí-
it tibi.
nuntiávi & locútus
* multiplicáti ſunt
númerum.
rificium & oblatió-
oluiſti: * aures au-
rfeciſti mihi.
cauſtum & pro pec-
non poſtulaſti; *
ixi: Ecce vénio.
ápite libri ſcriptum
me, ut fácerem vo-
em tuam: * Deus
vólui, & legem
médio cordis mei.
viſio Pſalmi 39.
Nnuntiávi juſtítiam
uam in eccléſia ma-
ecce lábia mea non
ébo: Dñe, tu ſciſti.
ítiam tuam non ab-
in corde meo: *
em tuam & ſalutá-
m dixi.
n abſcondi miſeri-
m tuam & veritá-
uam * à concílio
.
autem, Dómine,
gè fácias miſeratió-
nes tuas à me: * miſericórdia tua & véritas tua ſemper ſuſcepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non eſt númerus: * comprehendérunt me iniquitátes meæ, & non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ ſunt ſuper capillos cápitis mei: * & cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me: * Dñe, ad adjuvandū me réſpice.

Confundantur & revereantur ſimul, qui quærunt ánimam meam, * ut áuferant eam.

Convertantur retrorsùm, & revereantur, * qui volunt mihi mala.

Ferant confeſtim confuſiónem ſuam, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent & lætentur ſuper te omnes quærentes te; * & dicant ſemper, Magnificétur Dñs, qui díligunt ſalutáre tuum.

Ego autem mendícus ſum, & pauper: * Dóminus ſollícitus eſt meî.

Adjútor meus, & protector meus tu es: * Deus meus, ne tardáveris.

PSALMUS 57.

Calumniatorum ſupplicia, bonorumque præmia Deum juſtum arguent.

SI verè útique juſtítiam loquímini, * recta judicáte, filii hóminum.

Etenim in corde iniquitátes operámini : * in terra injuſtítias manus veſtræ concinnant.

Alienáti ſunt peccatóres à vulva, erravérunt ab útero : * locúti ſunt falſa.

Furor illis ſecundùm ſimilitúdinem ſerpentis : * ſicut áſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas ;

Quæ non exáudiet vocē incantántium, * & venéfici incantantis ſapienter.

Deus cónteret dentes eórum in ore ipsórum : * molas leónum confringet Dóminus.

Ad níhilum devénient tamquam aqua decurrens: * intendit arcum ſuum donec infirmentur.

Sicut cera quæ fluit, auferentur : * ſupercécidit ignis, & non vidérunt ſolem.

Priuſquam intellígerent ſpinæ veſtræ rhamnum ; * ſicut viventes, ſic in ira abſorbet eos.

Lætábitur juſtus, cùm víderit vindíctam : * manus ſuas lavábit in ſánguine peccatóris.

Et dicet homo : Si útique eſt fructus juſto, * útique eſt Deus júdicans eos in terra.

Ant. Circumdedérunt me mala, quorum non eſt númerus : compláceat tibi, Dómine, ut éruas me. *Pſ.* 39.

Capitulum. 2. Cor. 1. ℟.

SUpra modum graváti ſumus ſupra virtútem, ita ut tædéret nos étiam vívere. Sed ipſi in nobiſmetipſis reſponſum mortis habúimus, ut non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo qui ſúſcitat mórtuos ; qui de tantis perículis nos erípuit, & éruit ; in quem ſperámus quóniam & adhuc erípiet.

℟. *br.* Multiplicáti ſunt, * Qui odérunt me gratìs. Multiplicáti ſunt. ℣. Confortáti ſunt qui perſecúti ſunt me injuſtè, * Qui odérunt me gratìs. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. Multiplicáti ſunt. *Pſ.* 68. 5.

℣. Dómine, ne elongáveris auxílium tuum à me. ℟. Ad defenſiónem meam cónſpice. *Pſ.* 21. 20.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Potum meum.

PSALMUS 101.

Oratio ad Chriſtum, quâ poſt calamitates, promiſſa ſalus exoratur.

DOmine, exaudi oratiónem meam ; * & clamor meus ad te véniat.

Non avertas fáciem tuā à me : * in quacumque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacumque die invocávero te, * velóciter exaudi me ;

Quia defecérunt ſicut fumus dies mei, * & oſſa mea ſicut crémium aruérunt.

Percuſſus ſum ut fœnum, & áruit cor meum; * quia oblítus ſum comédere panem meum.

A voce gémitûs mei, * adhæſit os meum carni meæ.

Símilis factus ſum pellicáno ſolitúdinis; * factus ſum ſicut nyctícorax in domicílio.

Vigilávi, * & factus ſum ſicut paſſer ſolitárius in tecto.

Totâ die exprobrábant mihi inimíci mei; * & qui laudábant me, adversùm me jurábant:

Quia cínerem tamquam panem manducábam, * & potum meum cum fletu miſcébam,

A fácie iræ & indignatiónis tuæ: * quia élevans alliſiſti me.

Dies mei ſicut umbra declinavérunt, * & ego ſicut fœnum árui.

Tu autem, Dómine, in æternum pérmanes; * & memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.

Diviſio Pſalmi 101.

TU exurgens miſeréberis Sion; * quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus.

Quóniam placuérunt ſervis tuis lápides ejus; * & terræ ejus miſerebuntur:

Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine, * & omnes reges terræ glóriam tuam:

Quia ædificávit Dóminus Sion; * & vidébitur in glória ſua.

Reſpexit in oratiónem humílium, * & non ſprevit precem eórum.

Scribantur hæc in generatióne áltera; * & pópulus, qui creábitur, laudábit Dóminum:

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: * Dóminus de cœlo in terram aſpexit;

Ut audíret gémitus compeditórum, * ut sólveret filios interemptórum;

Ut annúntient in Sion nomen Dómini, * & laudem ejus in Jerúſalem,

In conveniendo pópulos in unum, * & reges, ut sérviant Dómino.

Reſpondit ei in via virtútis ſuæ: * Paucitátem diérum meórum núntia mihi;

Ne révoces me in dimídio diérum meórum; * in generatiónem & generatiónem anni tui.

Altera diviſio Pſalmi 101.

INítio tu, Dómine, terram fundaſti, * & ópera mánuum tuárum ſunt cœli.

Ipſi peribunt, tu autem pérmanes; * & omnes ſicut veſtimentũ veteraſcent: Et ſicut opertórium mutábis eos, & mutabuntur; * tu autem idem ipſe es; & anni tui non defícient.

Fílii ſervórum tuórũ habitábunt, * & ſemen eórum in ſéculum dirigétur.

Ant. Potum meum cum fletu miſcébam, à fácie iræ & indignatiónis tuæ, Dñe.

Capitulum. Hebr. 12. 5.

VObis, tamquam fíliis, lóquitur [Deus] dicens: Fili mi, noli negligere diſciplínam Dómini, neque fatigéris dum ab eo argúeris: quem enim díligit Dóminus, caſtigat; flagellat autem omnem fílium quem récipit. In diſciplína perſeveráte.

℟. *br.* Ego, Dñe, * In flagella parátus ſum. Ego. ℣. Et dolor meus in conſpectu meo ſemper: * In flagella. Glória Patri. Ego.

℣. Dómine, ante te omne deſidérium meum; ℟. Et gémitus meus à te non eſt abſcónditus. *Pſ.* 37. 10. 18.

AD NONAM.

Ant. 6. F. Deus meus.

PSALMUS 21.

Chriſtus in cruce Patrem obſecrat, ut ſibi adſit.

DEus, Deus meus, réſpice in me: quare me dereliquiſti? * longè à ſalúte mea verba delictórum meórũ.

Deus meus; clamábo per diem, & non exáudies; * & nocte, & non ad inſipiéntiam mihi.

Tu autem in ſancto hábitas, * laus Iſraël.

In te ſperavérunt patres noſtri; * ſperavérunt, & liberaſti eos.

Ad te clamavérunt, & ſalvi facti ſunt: * in te ſperavérunt, & non ſunt confúſi.

Ego autem ſum vermis, & non homo; * oppróbrium hóminum, & abjéctio plebis.

Omnes videntes me, deriſérunt me; * locúti ſunt lábiis, & movérunt caput.

Sperávit in Dómino, erípiat eum; * ſalvũ fáciat eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es qui extraxiſti me de ventre; * ſpes mea ab ubéribus matris meæ.

In te projectus ſum ex útero; * de ventre matris meæ Deus meus es tu.

Diviſio Pſalmi 21.

[DEus meus,] ne diſcéſſeris à me, * quóniam tribulátio próxima eſt, quóniam non eſt qui ádjuvet.

Circumdedérunt me vítuli multi: * tauri pingues obſedérunt me.

Aperuérunt ſuper me os ſuum, * ſicut leo rápiens & rúgiens.

Sicut aqua effúſus ſum, * & diſperſa ſunt ómnia oſſa mea.

Factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcens * in médio ventris mei.

Aruit tamquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit fáucibus meis; * & in púlverem mortis deduxiſti me.

Quóniam circumdedérunt me canes multi: * concílium malignántium obſédit me.

Fodérunt manus meas & pedes meos, * dinumeravérunt ómnia oſſa mea.

Ipſi verò conſideravérunt, & inſpexérunt me: * diviſérunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſérunt ſortem.

Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxílium tuum à me: * ad defenſiónem meam cónſpice.

Erue à frámea, Deus, ánimam meam, * & de manu canis únicam meã.

Salva me ex ore leónis, * & à córnibus unicórnium humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis: * in médio eccléſiæ laudábo te.

Altera diviſio Pſalmi 21.

QUi timétis Dóminum, laudáte eum: * univerſum ſemen Jacob, glorificáte eum.

Tímeat eum omne ſemen Iſraël: * quóniam non ſprevit, neque deſpexit deprecatiónem páuperis.

Nec avertit fáciem ſuam à me: * & cùm clamárem ad eum, exaudívit me.

Apud te laus mea in eccléſia magna: * vota mea reddam in conſpectu timéntium eum.

Edent páuperes, & ſaturabuntur; & laudábunt Dóminum qui requírunt eum: * vivent corda eórum in ſǽculum ſǽculi.

Reminiſcentur & convertentur ad Dóminum * univerſi fines terræ.

Et adorábunt in conſpectu ejus * univerſæ famíliæ géntium.

Quóniam Dómini eſt regnum, * & ipſe dominábitur géntium.

Manducavérunt & adoravérunt omnes pingues terræ: * in conſpectu ejus cadent omnes qui deſcendunt in terram.

Et ánima mea illi vivet; * & ſemen meũ ſérviet ipſi.

Annuntiábitur Dño generátio ventúra: * & annuntiábunt cœli juſtítiam ejus pópulo qui naſcétur, quem fecit Dóminus.

Ant. Deus meus, quare me dereliquiſti? longè à ſalúte mea verba delictórum meórum.

Capitulum. Thren. 5. 20.

QUare in perpétuum oblíviſcéris noſtrì? derelinques nos in longi-

túdine diérum? Convertere nos, Dómine, ad te, & convertémur: ínnova dies noſtros, ſicut à princípio; ſed projíciens repuliſti nos, irátus es contra nos vehementer.

℟. *br.* Uſquequò, Dómine, * Oblivíſcéris me in finem? Uſquequo. ℣. Uſquequo exaltábitur inimícus meus ſuper me? * Oblivíſcéris. Glória. Uſquequo. *Pſ.* 12. 1. 3.

℣. Exurge, Dómine Deus, exaltétur manus tua: ℟. Ne oblivíſcáris páuperum. *Pſ.* 9. 12.

AD VESPERAS.

Ant. 8. c. Dóminus.

PSALMUS 128.

Recentis Eccleſiæ prælia, & victoriæ.

SÆpe expugnavérunt me à juventúte mea, * dicat nunc Iſraël.

Sæpe expugnavérunt me à juventúte mea: * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorſum meum fabricavérunt peccatóres, * prolongavérunt iniquitátem ſuam.

Dóminus juſtus concídit cervíces peccatórum: * confundantur & convertantur retrorsùm, omnes qui odérunt Sion.

Fiant ſicut fœnum tectórum, * quod priuſquam evellátur, exáruit:

De quo non implévit manum ſuam qui metit; * & ſinum ſuum qui ma[nípulos] nípulos cólligit.

Et non dixérunt qui præ[teribant] terîbant: Benedíctio D[ó]mini ſuper vos, * bened[iximus] ximus vobis in nómi[ne] Dómini.

Ant. Dóminus juſt[us] concídit cervíces pecc[a]tórum.

Ant. 3. à. Suſcepiſti.

PSALMUS 138.

Inſignis Dei in nos à pue[ritia] providentia.

DOmine, probaſti m[e] & cognoviſti me: tu cognoviſti ſeſſióne[m] meam, & reſurrectióne[m] meam.

Intellexiſti cogitatión[es] meas de longè: * ſémita mea, & funículum meu[m] inveſtigaſti;

Et omnes vias meas præ[vidiſti] vidiſti, * quia non eſt ſe[rmo] mo in lingua mea.

Ecce, Dómine, tu c[o]gnoviſti ómnia, novíſſ[i]ma & antíqua: * tu fo[r]maſti me, & poſuiſti ſ[u]per me manum tuam.

Mirábilis facta eſt ſcié[n]tia tua ex me; * confort[a]ta eſt, & non pótero [ad] eam.

Quò ibo à ſpíritu tuo? * quò à fácie tua fúgiam[?]

Si aſcéndero in cœlu[m] tu illic es; * ſi deſcénde[ro] in infernum, ades:

Si súmpſero pennas me[as] dilúculo, * & habitáve[ro] in extrémis maris;

Etenim illuc manus tua dedúcet me, * & tenébit me déxtera tua.

Et dixi: Fórſitan ténebræ conculcábunt me; * & nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminábitur; * ſicut ténebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu poſſediſti renes meos: * ſuſcepiſti me de útero matris meæ.

Ant. Suſcepiſti me, Dómine, de útero matris meæ.

Ant. 6. F. Confitébor tibi.

Diviſio Pſalmi 138.

CONfitébor tibi, [Dómine,] quia terribíliter magnificátus es: * mirabília ópera tua, & ánima mea cognoſcit nimis.

Non eſt occultátum os meum à te, quod feciſti in occulto; * & ſubſtántia mea in inferióribus terræ.

Imperfectum meum vidérunt óculi tui; & in libro tuo omnes ſcribentur: * dies formabuntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti ſunt amíci tui, Deus: * nimis confortátus eſt principátus eórum.

Dinumerábo eos, & ſuper arénam multiplicabuntur: * exurrexi, & adhuc ſum tecum.

Si occíderis, Deus, peccatóres; * viri ſánguinum, declináte à me.

Quia dícitis in cogitatióne, * Accípient in vanitáte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te, Dómine, óderam, * & ſuper inimícos tuos tabeſcébam?

Perfecto ódio óderam illos, * & inimíci facti ſunt mihi.

Proba me, Deus, & ſcito cor meum; * intérroga me, & cognoſce ſémitas meas:

Et vide ſi via iniquitátis in me eſt, * & deduc me in via æterna.

Ant. Confitébor tibi, Dómine, quia terribíliter magnificátus es; ánima mea cognoſcit nimis.

Ant. 5. a. Cuſtódi me, Dómine.

PSALMUS 139.

Se ab improbis defendi precatur Chriſtus.

ERipe me, Dómine, ab hómine malo, * à viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in corde, * totâ die conſtituébant prælia.

Acuérunt linguas ſuas ſicut ſerpentis, * venénum áſpidum ſub lábiis eórum.

Cuſtódi me, Dómine, de manu peccatóris, * & ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt ſup-

plantáre greſſus meos, * abſcondérunt ſuperbi láqueum mihi:

Et funes extendérunt in láqueum; * juxta iter ſcándalum poſuérunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus es tu; * exaudi, Dómine, vocem deprecatiónis meæ.

Ant. Cuſtódi me, Dómine, de manu peccatóris.

Ant. 7. c. Dómine, Dómine.

Diviſio Pſalmi 139.

DOmine, Dómine, virtus ſalútis meæ, * obumbraſti ſuper caput meum in die belli;

Ne tradas me, Dómine, à deſidério meo peccatóri;* cogitavérunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.

Caput circúitus eórum; * labor labiórum ipſórum opériet eos.

Cadent ſuper eos carbónes: in ignem dejícies eos; * in miſériis non ſubſiſtent.

Vir linguóſus non dirigétur in terra; * virum injuſtum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dóminus judícium ínopis, * & vindíctam páuperum.

Verúmtamen juſti confitebuntur nómini tuo, * & habitábunt recti cum vultu tuo.

Ant. Dómine, Dómine, virtus ſalútis meæ; ne derelinquas me.

Capitulum. Gen. 1. 25.

FEcit Deus béſtias terræ, juxta ſpécies ſuas... Et ait: Faciámus hóminem ad imáginem & ſimilitúdinem noſtram, & præſit píſcibus maris, & volatílibus cœli, & béſtiis, univerſæque terræ... Et factum eſt véſpere & mane dies ſextus.

Hymnus.

QUid mente volvis, ô Deus?
Tellus ſileſcat, & ſuum
Agnoſcat orbis príncipē:
Homo creátus náſcitur.

LIMUS períto dúcitur
Molles in artus póllice:
Afflátur ori ſpíritus,
Et vita limum pérmeat.

TU, flos tener qui náſcitur,
Unóque ſole déperit,
Memor luti quo fíngeris,
Homo, time ne córruas.

SED mente quantus prævales,
Imágo viva Núminis,
Tantus labor ſit íntegris
Deum referre móribus.

VINCENTE carnē ſpíritu,
Victor tuî te major es,
Et hâc triumphas gloriâ,
Tuo ſuperſtes fúneri.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Intende in adjutórium meum, ℟. Dñe Deus ſalútis meæ. *Pſ.* 37. 23.

Ad Magníficat. *Ant.* 1. *D.* Fecit Dóminus poténtiam in bráchio ſuo : diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. *Luc.* 1.

AD COMPLETOR.

Ant. 2. D. Dómine.

PSALMUS 37.

Mala vitæ ſuſtinenda ad veniam peccatorum obtinendam.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua córripias me.

Quóniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, * & confirmáſti ſuper me manum tuam.

Non eſt sánitas in carne mea à fácie iræ tuæ; * non eſt pax óſſibus meis à fácie peccatórum meórũ.

Quóniam iniquitátes meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, * & ſicut onus grave graváta ſunt ſuper me.

Putruérunt & corruptæ ſunt cicatríces meæ, * à fácie inſipiéntiæ meæ.

Miſer factus ſum & curvátus ſum uſque in finem: * totâ die contriſtátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti ſunt illuſiónibus, * & non eſt sánitas in carne mea.

Afflictus ſum & humiliátus ſum nimis : * rugiébam à gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne deſidérium meum, * & gémitus meus à te non eſt abſcónditus,

Cor meum conturbátum eſt, derelíquit me virtus mea : * & lumen oculórum meórum, & ipſum non eſt mecum.

Diviſio Pſalmi 37.

AMíci mei, & próximi mei * adversùm me appropinquavérunt & ſtetérunt.

Et qui juxta me erant, de longè ſtetérunt; * & vim faciebant qui quærébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti ſunt vanitátes, * & dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tamquam ſurdus non audiébam, * & ſicut mutus non apériens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non áudiens, * & non habens in ore ſuo redargutiónes.

Quóniam in te, Dómine, ſperávi : * tu exáudies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi : Nequando ſupergáudeant mihi inimíci mei : * &, dum commoventur pedes mei, ſuper me magna locúti ſunt.

Quóniam ego in flagella parátus ſum : * &

dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo:* & cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti ſunt ſuper me : * & multiplicáti ſunt qui odérunt me iníquè.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi: * quóniam ſequébar bonitátem.

Ne derelinquas me, Dómine Deus meus : * ne diſcéſſeris à me.

Intende in adjutórium meum, * Dómine Deus ſalútis meæ.

PSALMUS 55.

Juſtus fide erectus, in Deo ſolatium quærit.

MIſerére meî, Deus, quóniam conculcávit me homo: * totâ die impugnans tribulávit me.

Conculcavérunt me inimíci mei totâ die :* quóniam multi bellantes adversùm me.

Ab altitúdine diéi timébo : * ego verò in te ſperábo.

In Deo laudábo ſermónes meos, in Deo ſperávi : * non timébo quid fáciat mihi caro.

Totâ die verba mea execrabantur : * adversùm me omnes cogitatiónes eórum in malum.

Inhabitábunt & abſcondent : * ipſi calcáneum meum obſervábunt.

Sicut ſuſtinuérunt ánimam meam, pro níhilo ſalvos fácies illos : * in ira pópulos confringes.

Deus, vitam meam annuntiávi tibi : * poſuiſti lácrymas meas in conſpectu tuo.

Sicut & in promiſſióne tua : * tunc convertentur inimíci mei retrorsùm.

In quacumque die invocávero te : * ecce cognóvi quónia Deus meus es.

In Deo laudábo verbum, in Dómino laudábo ſermónem : * in Deo ſperávi, non timébo quid fáciat mihi homo.

In me ſunt, Deus, vota tua, * quæ reddam laudatiónes tibi :

Quóniam eripuiſti ánimam meam de morte, & pedes meos de lapſu : * ut pláceam coram Deo in lúmine vivéntium.

Ant. Dñe Deus meus, ne diſcéſſeris à me. *Pſ.* 37.

SABBATO

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Dóminus ipſe eſt Deus noſter, * Veníte, adorémus.

Pſ. 94. Veníte. 2.

Hymnus.

VANUS labor quem párturit
Placens ſibi ſupérbia ;
Sed quantus eſt quē grátia
Delapſa cœlo cónſecrat !

nefaſque pér-
:is,
tor córdium;
noſtros láncibus
æquis pónderas.
iota per te déx-
a
:num cónficit,
ius árbiter
es agéntibus.
s ſupernè ſpíri-
n,
ns agenda dí-
at,
ióris óptimus
:, ut ſis præmiũ.
acrátos ſúſcita,
:cepta déſuper
multo ſéduli
s aucta fœnore!
ROS dies dum
nperas,
:egas, ut únicus
ius negótiis
& primórdium.
os creávit, laus
atri;
i redémit, Fílio;
itáte nos foves,
bi laus, Spíritus.
:n.

NOCTURNO.

. à. In die.

LMUS 40.

um Chriſti pau-
em beatitudo.

:us qui intélligit
er egénum &
uperem: * in die
erábit eum Dó-

onſervet eum, &
eum, & beátum

fáciat eum in terra: * & non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi ſuper lectum dolóris ejus: * univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitáte ejus.

Ego dixi: Dómine, miſerére meî; * ſana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi: * Quando moriétur, & períbit nomen ejus?

Et ſi ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur: * cor ejus congregávit iniquitátem ſibi.

Egrediebátur foràs, * & loquebátur in idipſum.

Adversùm me ſuſurrábant omnes inimíci mei: * adversùm me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum conſtituérunt adversùm me: * numquid qui dormit, non adjíciet ut reſurgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo ſperávi, * qui edébat panes meos, magnificávit ſuper me ſupplantatiónem.

Tu autem, Dómine, miſerére meî, & reſúſcita me; * & retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluiſti me, * quóniam non gaudébit inimícus meus ſuper me.

Me autem propter innocéntiam ſuſcepiſti, * &

confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.

Benedictus Dñs Deus Iſrael à ſéculo, & uſque in ſéculum: * fiat, fiat.

PSALMUS 48.

Nil contra infernum proſunt opes: juſtitia ſola ex eo eripit.

AUdite hæc, omnes gentes: * áuribus percípite, omnes qui habitátis orbem.

Quique terrígenæ, & filii hóminum: * ſimul in unum dives & pauper.

Os meum loquétur ſapiéntiam, * & meditátio cordis mei prudéntiam.

Inclinábo in parábolam aurem meam: * apériam in pſaltério propoſitiónem meam.

Cur timébo in die mala? * iníquitas calcánei mei circúmdabit me.

Qui confídunt in virtúte ſua: * & in multitúdine divitiárum ſuárum gloriantur.

Frater non rédimit, rédimet homo: * non dabit Deo placatiónem ſuam.

Et prétium redemptiónis ánimæ ſuæ: * & laborábit in æternum, & vivet adhuc in finem.

Non vidébit intéritum, cùm víderit ſapientes morientes: * ſimul insípiens & ſtultus períbunt.

Et relinquent aliénis divítias ſuas: * & ſepulchra eórum domus illórum in æternum.

Tabernácula eórum in progénie & progénie: * vocavérunt nómina ſua in terris ſuis.

Et homo, cùm in honóre eſſet, non intellexit; * comparátus eſt jumentis inſipiéntibus, & ſímilis factus eſt illis.

Hæc via illórum ſcándalum ipſis: * & póſtea in ore ſuo complacébunt.

Sicut oves in inferno póſiti ſunt: * mors depaſcet eos.

Et dominabuntur eórum juſti in matutíno: * & auxílium eórum veteraſcet in inferno à glória eórum.

Verúmtamen Deus rédimet ánimam meam de manu ínferi, * cùm accéperit me.

Diviſio Pſalmi 48.

NE timúeris cùm dives factus fúerit homo, * & cùm multiplicáta fúerit glória domûs ejus.

Quóniam cùm interíerit, non ſumet ómnia: * neque deſcendet cum eo glória ejus.

Quia ánima ejus in vita ipsíus benedicétur: * confitebitur tibi cùm beneféceris ei.

Introíbit uſque in progénies patrum ſuórum; * & uſque in æternum non vidébit lumen.

Homo

, cùm in honóre
m intellexit : *
us eſt jumentis
ibus, & ſimilis
ſt illis.
lie malâ liberábit
, qui intélligit ſu-
um & páuperem.
NOCTURNO,
. a. Tu reddes.
L M U S 61.
oppugnatur qui
ubjectus in ejus
manet.
nne Deo ſubjecta
it ánima mea ? *
o ipſo enim ſa-
eum.
: ipſe Deus meus,
ris meus, * ſuſ-
eus, non mové-
liùs.
ue irrúitis in hó-
* interficitis uni-
, tamquam pa-
náto, & macériæ
?
tamen prétium
gitavérunt repél-
urri in ſiti : * ore
dicébant, & cor-
maledicébant.
ntamen Deo ſub-
, ánima mea, *
ab ipſo patién-

ipſe Deus meus,
or meus; * adjú-
, non emigrábo.
o ſalutáre meum,
mea : * Deus au-
; & ſpes mea in

Speráte in eo, omnis congregátio pópuli, effúndite coram illo corda veſtra : * Deus adjútor noſter in æternum.

Verúmtamen vani filii hóminum, mendáces filii hóminum in ſtatéris, * ut decípiant ipſi de vanitáte in idipſum.

Nolíte ſperáre in iniquitáte, & rapínas nolíte concupíſcere : * divítiæ ſi áffluant, nolíte cor appónere.

Semel locútus eſt Deus, duo hæc audívi; quia poteſtas Dei eſt, & tibi, Dómine, miſericórdia : * quia tu reddes unicuíque juxta ópera ſua.

P S A L M U S 63.

Vana impiorum concilia : Evangelii prædicatio.

EXaudi, Deus, oratiónem meam cùm déprecor : * à timóre inimíci éripe ánimam meã.

Protexiſti me à conventu malignántium, * à multitúdine operántium iniquitátem.

Quia exacuérunt ut gládium linguas ſuas; * intendérunt arcum, rem amáram, ut ſagittent in occultis immaculátum.

Súbitò ſagittábunt eum, & non timébunt; * firmavérunt ſibi ſermónem nequam.

Narravérunt ut abſcónderent láqueos; * dixé-

runt, Quis videbit eos.

Scrutáti ſunt iniquitátes: * defecérunt ſcrutantes ſcrutínio.

Accédet homo ad cor altum: * & exaltábitur Deus.

Sagittæ parvulórum factæ ſunt plagæ eórum: * & infirmátæ ſunt contra eos linguæ eórum.

Conturbáti ſunt omnes qui vidébant eos: * & tímuit omnis homo.

Et annuntiavérunt ópera Dei, * & facta ejus intellexérunt.

Lætábitur juſtus in Dómino, & ſperábit in eo, * & laudabuntur omnes recti corde.

PSALMUS 74.

Ad vitandum Dei judicium, humilitas colenda.

Confitébimur tibi, Deus: * confitébimur, & invocábimus nomen tuum.

Narrábimus mirabília tua: * cùm accépero tempus, ego juſtítias judicábo.

Liquefacta eſt terra, & omnes qui hábitant in ea: * ego confirmávi columnas ejus.

Dixi iníquis: Nolíte iníquè ágere; * & delinquéntibus: Nolíte exaltáre cornu.

Nolíte extóllere in altum cornu veſtrum, * nolíte loqui adversùs Deum iniquitátem.

Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à deſertis móntibus: * quóniam Deus judex eſt:

Hunc humíliat, & hunc exaltat; * quia calix in manu Dómini vini meri plenus mixto;

Et inclinávit ex hoc in hoc, verúmtamen fæx ejus non eſt exinaníta, * bibent omnes peccatóres terræ.

Ego autem annuntiábo in ſéculum; * cantábo Deo Jacob.

Et ómnia córnua peccatórum confringam; * & exaltabuntur córnua juſti.

Ant. Tu reddes, Dómine, unicuíque juxta ópera ſua. *Pſ.* 61.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Cogitátio.

PSALMUS 75.

Innumera Chriſti in Eccleſiam beneficia.

Notus in Judæa Deus: * in Iſraël magnum nomen ejus.

Et factus eſt in pace locus ejus; * & habitátio ejus in Sion.

Ibi confregit poténtias árcuum, * ſcutum, gládium, & bellum.

Illúminans tu mirabíliter à móntibus æternis: * turbáti ſunt omnes inſipientes corde.

ıiérunt ſomnum
' & nihil invené-
ınes viri divitiá-
nánibus ſuis.
increpatióne tua,
acob, * dormitavé-
uí aſcendérunt e-

rríbilis es, & quis
tibi? * ex tunc ira

ælo audítum feci-
cium: * terra tré-
t quiévit,
exúrgeret in judí-
Deus, * ut ſalvos
omnes manſuétos

ıiam cogitátio hó-
onfitébitur tibi; *
ıuiæ cogitatiónis
ſtum agent tibi.
ıte, & réddite Dó-
eo veſtro, * om-
in circúitu ejus
múnera,
bili, & ei qui au-
tum príncipum; *
apud reges terræ.

ALMUS 82.
a Eccleſiam bella:
perſequentium.
ıs, quis símilis erit
i.? * ne táceas, ne-
ıpeſcáris, Deus;
ıiam ecce inimíci
ıérunt; * & qui
te, extulérunt

: pópulum tuum
.vérunt consílium,
tavérunt adversùs
tuos.

Dixérunt: Veníte, & diſperdámus eos de gente, * & non memorétur nomen Iſraël ultrà:

Quóniam cogitavérunt unanímiter, * ſimul adversùm te teſtamentum diſpoſuérunt tabernácula Idumæórum & Iſmahelítæ:

Moab, & Agaréni, Gebal, & Ammon, & Amalec; * aliení genæ cum habitántibus Tyrum:

Etenim Aſſur venit cum illis; * facti ſunt in adjutórium filiis Loth.

Fac illis ſicut Mádian, & Síſaræ; * ſicut Jabin in torrente Ciſſon.

Diſperiérunt in Endor; * facti ſunt ut ſtercus terræ.

Pone príncipes eórum ſicut Oreb, & Zeb, * & Zébee, & Sálmana;

Omnes príncipes eórum, * qui dixérunt: Hæreditáte poſſideámus ſanctuárium Dei.

Diviſio Pſalmi 82.

DEus meus, pone illos ut rotam, * & ſicut ſtípulam ante fáciem venti.

Sicut ignis qui combúrit ſylvam, * & ſicut flamma combúrens montes:

Ita perſequéris illos in tempeſtáte tua, * & in ira tua turbábis eos.

Imple fácies eórum ignomíniâ, * & quærent

nomen tuum, Dómine.

Erubeſcant & conturbentur in ſéculum ſéculi; * & confundantur, & péreant:

Et cognoſcant quia nomen tibi, Dóminus: * tu ſolus Altíſſimus in omni terra.

Ant. Cogitátio hóminis confitébitur tibi, Dñe. *Pſ.* 75.

℣. Confiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua; ℟. Et ſancti tui benedícant tibi. *Pſ.* 144. 10.

Pater noſter.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Repleátur os meum laude, ut cantem glóriam tuam, ℟. Totâ die magnitúdinem tuã. *Pſ.* 70. 8.

Ant. 4. a. Pérfice.

PSALMUS 16.

Oratio Eccleſiæ ab hoſtibus exagitatæ.

EXaudi, Dómine, juſtítiam meam: * inténde deprecatiónem meam.

Auribus pércipe oratiónem meam, * non in lábiis dolóſis.

De vultu tuo judícium meum pródeat: * óculi tui vídeant æquitátes.

Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte: * igne me examinaſti, & non eſt invénta in me iníquitas.

Ut non loquátur os meũ ópera hóminum; * propter verba labiórum tuórũ ego cuſtodívi vias duras.

Pérfice greſſus meos in ſémitis tuis: * ut non moveantur veſtígia mea.

Ego clamávi, quóniam exaudiſti me, Deus: * inclína aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.

Miríſica miſericórdias tuas * qui ſalvos facis ſperantes in te.

A reſiſténtibus déxteræ tuæ cuſtódi me, * ut pupillam óculi.

Sub umbra alárum tuárum prótege me: * à fácie impiórum qui me afflixérunt.

Ant. Pérfice greſſus meos in ſémitis tuis, Dómine, ut non moveantur veſtígia mea.

Ant. 7. d. In juſtítia.

Diviſio Pſalmi 16.

INimíci mei ánimam meã circumdedérunt, ádipem ſuum concluſérunt: * os eórum locútum eſt ſupérbiam.

Projicientes me nunc circumdedérunt me: * óculos ſuos ſtatuérunt declináre in terram.

Suſcepérunt me ſicut leo parátus ad prædam, * & ſicut cátulus leónis hábitans in ábditis.

Exurge, Dñe, præveni eum, & ſupplanta eum; * éripe ánimam meam ab ímpio, frámeam tuam ab inimícis manûs tuæ.

Dómine, à paucis de terra dívide eos in vita eórum: * de abſcónditis tuis adimplétus eſt venter eórum.

Saturáti ſunt fíliis: * & dimiſérunt relíquias ſuas párvulis ſuis.

Ego autem in juſtítia apparébo conſpéctui tuo: * ſatiábor cùm apparúerit glória tua.

Ant. In juſtítia apparébo conſpéctui tuo: ſatiábor cùm apparúerit glória tua.

Ant. 1. *f.* Parátum.

PSALMUS 56.

Contra inimicos opem implorat Chriſtus, poſtea Dei laudes celebraturus.

MIſerére meî, Deus, miſerére meî: * quóniam in te confídit ánima mea.

Et in umbra alárum tuárum ſperábo: * donec tránſeat iníquitas.

Clamábo ad Deum altíſſimum, * Deum qui benefécit mihi.

Miſit de cœlo, & liberávit me: * dedit in oppróbrium conculcantes me.

Miſit Deus miſericórdiam ſuam & veritátem ſuam: * & erípuit ánimam meam de médio catulórum leónum, dormívi conturbátus.

Fílii hóminũ, dentes eórum arma & ſagittæ: * & lingua eórũ gládius acútus.

Exaltáre ſuper cœlos, Deus: * & in omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pédibus meis: * & incurvavérunt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam fóveam: * & incidérunt in eam.

Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: * cantábo & pſalmum - cam.

Exurge, glória mea, exurge, pſaltérium & cíthara: * exurgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis, Dómine, * & pſalmum dicam tibi in géntibus:

Quóniam magnificáta eſt uſque ad cœlos miſericórdia tua: * & uſque ad nubes véritas tua.

Exaltáre ſuper cœlos, Deus: * & ſuper omnem terram glória tua.

Ant. Parátum cor meum, Deus, parátum cor meũ: cantábo, & pſalmum dicã.

Ant. 5. a. Date magnificéntiam.

In Feriis, Cantic. Moyſi. Deut. 32.

AUdíte, cœli, quæ loquor: * áudiat terra verba oris mei.

Concreſcat ut plúvia doctrína mea: * fluat ut ros elóquium meum.

Quaſi imber ſuper herbam, * & quaſi ſtillæ ſuper grámina.

Quia nomen Dómini invocábo : * date magnificéntiam Deo noſtro.

Dei perfecta ſunt ópera, & omnes viæ ejus judícia : * Deus fidélis, & abſque ulla iniquitáte, juſtus & rectus.

Peccavérunt ei, & non filii ejus in ſórdibus ; * generátio prava atque perverſa.

Hæccine reddis Dómino, * pópule ſtulte & insípiens ?

Numquid non ipſe eſt pater tuus, * qui poſſédit te, & fecit, & creávit te ?

Memento diérum antiquórum : * cógita generatiónes ſíngulas.

Intérroga patrem tuum, & annuntiábit tibi : * majóres tuos, & dicent tibi.

Quando dividébat Altíſſimus gentes, * quando ſeparábat filios Adam,

Conſtítuit términos populórum * juxta númerum filiórum Iſraël.

Pars autem Dómini pópulus ejus : * Jacob funículus hæreditátis ejus.

Invénit eum in terra deſerta, * in loco horróris, & vaſtæ ſolitúdinis.

Circumduxit eum, & dócuit,* & cuſtodívit quaſi pupillam óculi ſui.

Sicut áquila próvocans ad volandum pullos ſuos, * & ſuper eos vólitans,

Expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum,* atque portávit in húmeris ſuis.

Dóminus ſolus dux ejus fuit ; * & non erat cum eo deus aliénus :

Conſtítuit eum ſuper excelſam terram, * ut coméderet fructus agrórum,

Ut ſúgeret mel de petra, * oleumque de ſaxo duríſſimo ;

Bútyrum de armento, & lac de óvibus, * cum ádipe agnórum & aríetum filiórum Baſan,

Et hircos cum medulla trítici ; * & ſánguinē uvæ bíberet meracíſſimum.

Incraſsátus eſt dilectus, & recalcitrávit ; * incraſsátus, impinguátus, dilatátus.

Derelíquit Deum factórem ſuum, * & receſſit à Deo ſalutári ſuo.

Provocavérunt eum in diis aliénis ; * & in abominatiónibus ad iracúndiam concitavérunt.

Immolavérunt dæmóniis, & non Deo ; * diis quos ignorábant.

Novi recenteſque venérunt, * quos non coluérunt patres eórum.

Deum qui te génuit dereliquiſti, * & oblítus es Dómini creatóris tui.

Vidit Dóminus, & ad iracúndiā concitátus eſt ; * quia provocavérunt eum filii ſui, & filiæ.

Et ait : Abſcondam fá-

ciem meam ab eis, * & conſiderábo novíſſima eórum;

Generátio enim perverſa eſt, * & infidéles filii.

Ipſi me provocavérunt in eo qui non erat Deus, * & irritavérunt in vanitátibus ſuis;

Et ego provocábo eos in eo qui non eſt pópulus, * & in gente ſtulta irritábo illos.

Ignis ſuccenſus eſt in furóre meo, * & ardébit uſque ad inferni novíſſima;

Devorábitque terram cum gérmine ſuo, * & móntiū fundamenta combúret.

Congregábo ſuper eos mala; * & ſagittas meas complébo in eis.

Conſumentur fame, * & devorábunt eos aves morſu amaríſſimo.

Dentes beſtiárum immittam in eos, * cum furóre trahéntium ſuper terram, atque ſerpéntium.

Foris vaſtábit eos gládius, & intùs pavor, * júvenem ſimul ac vírginem, lactentem cum hómine ſene.

Dixi: Ubinam ſunt? * ceſſáre fáciam ex homínibus memóriam eórum.

Sed propter iram inimicórum dífluli, * ne fortè ſuperbírent hoſtes eórum;

Et dícerent: Manus noſtra excelſa, & non Dóminus, * fecit hæc ómnia.

Gens abſque consílio eſt, & ſine prudéntia; * útinam ſáperent, & intellígerent, ac novíſſima providérent!

Quómodo perſequátur unus mille, * & duo fugent decem míllia?

Nonne ídeo quia Deus ſuus véndidit eos,* & Dóminus conclúſit illos?

Non enim eſt Deus noſter ut dii eórum; * & inimíci noſtri ſunt júdices.

De vínea Sodomórum, vínea eórum, * & de ſuburbánis Gomorrhæ.

Uva eórum,uva fellis;* & botri amaríſſimi.

Fel dracónum vinum eórum, * & venénum áſpidum inſanábile.

Nonne hæc cóndita ſunt apud me, * & ſignáta in theſauris meis?

Mea eſt últio; & ego retríbuam in témpore, * ut labátur pes eórum.

Juxta eſt dies perditiónis, * & adeſſe feſtínant témpora.

Judicábit Dóminus pópulum ſuum, * & in ſervis ſuis miſerébitur.

Vidébit quòd infirmáta ſit manus, * & clauſi quoque defecérunt, reſiduíque conſumpti ſunt.

Et dicet: Ubi ſunt dii eórum, * in quibus habébant fidúciam;

De quorum víctimis comedébant ádipes, * & bibébant vinum libáminũ?

Surgant, & opitulentur vobis, * & in neceſſitáte vos prótegant.

Vidéte quòd ego ſim ſolus,* & non ſit álius Deus præter me.

Ego occídam, & ego vívere fáciam; percútiam, & ego ſanábo: * & non eſt qui de manu mea poſſit erúere.

Levábo ad cœlum manum meam, & dicam: * Vivo ego in ætèrnum.

Si acúero ut fulgur gládium meum, * & arripúerit judícium manus mea,

Reddam ultiónem hóſtibus meis; * & his qui odérunt me, retríbuam:

Inebriábo ſagittas meas ſánguine,* & gládius meus devorábit carnes,

De cruóre occiſórum, * & de captivitáte, nudáti inimicórum cápitis.

Laudáte, gentes, pópulum ejus; * quia sánguinem ſervórum ſuórum ulciſcétur:

Et vindíctam retríbuet in hoſtes eórum, * & propítius erit terræ pópuli ſui.

Ant. Date magnificéntiam Deo noſtro: Dei perfecta ſunt ópera.

[*In Feſtis, Cant.* Judith. 16.

INcípite Dómino in tympanis: * cantáte Dómino in cymbalis.

Moduláminí illi pſalmum novum: * exaltáte, & invocáte nomen ejus.

Dóminus cónterens bella: * Dóminus nomen eſt illi.

Qui póſuit caſtra ſua in médio pópuli ſui, * ut eríperet nos de manu ómnium inimicórum noſtrórum.

Venit Aſſur ex móntibus ab Aquilóne * in multitúdine fortitúdinis ſuæ:

Cujus multitúdo obturávit torrentes, * & equi eórũ cooperuérunt valles.

Dixit ſe incenſúrum fines meos, * & júvenes meos occiſúrum gládio,

Infantes meos dare in prædam, * & vírgines in captivitátem.

Dóminus autem omnípotens nócuit eum, & trádidit eum in manus féminæ, * & confódit eum.]

Ant. 3. g. Laudáte Dñm.

PSALMUS 116.

Deus à gentibus collaudandus ob Chriſtum exhibitum.

LAudáte Dóminum, omnes gentes: * laudáte eum, omnes pópuli.

Quóniam confirmáta eſt ſuper nos miſericórdia ejus: * & véritas Dómini manet in ætérnum.

Ant. Laudáte Dóminum, omnes pópuli: quóniam confirmáta eſt ſuper nos miſericórdia ejus.

um. Coloſſ. 1. 9.
a ceſſámus pro vo-
ı orantes, & po-
s ut impleámini
ıe voluntátis Dei,
i ſapiéntia & in-
ſpiritáli; ut am-
dignè Deo, per
placentes, in om-
e bono fructifican-
creſcentes in ſcién-
i, in omni virtute
áti ſecundùm po-
ı claritátis ejus.

Hymnus.

, Chriſte, laudent
tempóra,
lante te, ſic úſibus
noſtris ſérviunt,
latóré ſat probent.
ENTA vitæ ſíngula
nſecrentur ſic tibi,
r ut actus único
rigantur númini.
AS geret dum plú-
rimas
niniſtrans déxtera,
tùs ad te pérvigil
gerat negótium.
vitis, in nos pál-
mites
ſalúbres ínſere,
s ſupernæ débitus
s ferátur pátriæ.
digna conſpectus
tuos
ferre, quondam trí-
ſtibus
s ſolúta córporis,
uieſcet in ſinu.
META felix! pax
ubi,
a nos manet quies!
Ubi voluptátis ſacro
Torrente potábis tuos!
QUI nos creávit, laus
Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Deduc me Dñe, & ingrédiar in veritáte tua:
℟. Lætétur cor meũ, ut tímeat nomen tuũ. *Pſ.* 85. 11.

Ad Benedictus, *Ant.* 8. G. Dírige pedes noſtros in viam pacis, Deus Iſraël. *Luc.* 1.

AD PRIMAM.

Ant. 7. d. Notam.

PSALMUS 87.

Chriſtus ab inimicis vexatus, ab amicis derelictus, opem Dei implorat.

DOmine Deus ſalútis meæ, * in die clamávi & nocte coram te.

Intret in conſpectu tuo orátio mea; * inclína aurem tuam ad precem meã:

Quia repléta eſt malis ánima mea; * & vita mea inferno appropinquávit.

Æſtimátus ſum cum deſcendéntibus in lacum; * factus ſum ſicut homo ſine adjutório, inter mórtuos liber.

Sicut vulneráti dormientes in ſepulchris, quorum non es memor ámpliùs, * & ipſi de manu tua repulſi ſunt.

Poſuérunt me in lacu

inferióri, * in tenebróſis, & in umbra mortis.

Super me confirmátus eſt furor tuus; * & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.

Longè feciſti notos meos à me; * poſuérunt me abominatiónem ſibi.

Tráditus ſum, & non egrediébar; * óculi mei languérunt præ inópia.

Clamávi ad te, Dómine, totâ die; * expandi ad te manus meas.

Numquid mórtuis fácies mirabília; * aut médici ſuſcitábunt, & confitebuntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in ſepulchro miſericórdiam tuam, * & veritátem tuam in perditióne?

Numquid cognoſcentur in ténebris mirabília tua, * & juſtítia tua in terra obliviónis?

Et ego ad te, Dómine, clamávi; * & manè orátio mea prævéniet te.

Ut quid, Dómine, repellis oratiónem meam? * avertis fáciem tuam à me?

Pauper ſum ego, & in labóribus à juventúte mea; * exaltátus autem, humiliátus ſum & conturbátus.

In me tranſiérunt iræ tuæ, * & terróres tui conturbavérunt me;

Circumdedérunt me ſicut aqua totâ die, * circumdedérunt me ſimul.

Elongaſti à me amícum & próximum, * & notos meos à miſéria.

PSALMUS 142.

Oratio pœnitentis, Dei opem deprecantis.

DOmine, exaudi oratiónem meam, áuribus pércipe obſecratiónem meam in veritáte tua; * exaudi me in tua juſtítia:

Et non intres in judícium cum ſervo tuo; * quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens.

Quia perſecútus eſt inimícus ánimam meam, * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obſcúris ſicut mórtuos ſéculi, * & anxiátus eſt ſuper me ſpíritus meus: in me turbátum eſt cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis; * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te: * ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velóciter exaudi me, Dómine; * defécit ſpíritus meus.

Non avertas fáciem tuã à me; * & símilis ero deſcendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam, * quia in te ſperávi.

Notam fac mihi viam in

ibulem, * quia ad
vi ánimam meam.
ſio Pſalmi 142.
pe me de inimícis
:is, Dómine, ad te
i; * doce me fácere
ítem tuam, quia
neus es tu.
tus tuus bonus de-
ne in terram rectâ:
ter nomen tuum,
ie, vivificábis me
itáte tua.
:es de tribulatióne
n meam; * & in
órdia tua diſperdes
)s meos:
rdes omnes qui trí-
ánimam meam,
iam ego ſervus tuus

Notam fac mihi
n qua ámbulem;
l te levávi ánimam
, Dómine. *Pſ.* 142.
TERTIAM.
ı.Beneplácitum eſt.
ALMUS 28.
m converſio verbi Dei efficaciâ.
Fferte Dómino, fi-
lii Dei, * afferte
Dño fílios aríetum.
te Dño glóriam &
m, afferte Dño gló-
ıini ejus: * adoráte
n átrio ſancto ejus.
Dñi ſuper aquas,
najeſtátis intónuit:
ùper aquas multas.
Dñi in virtúte:* vox
ıi in magnificéntia.
: Dñi confringentis
cedros: * & confringet
Dóminus cedros Líbani.

Et comminuet eas tamquam vítulum Líbani, * & dilectus quemádmodum fílius unicórnium.

Vox Dómini intercidentis flammam ignis, vox Dómini concutientis deſertum: * & commovébit Dñs deſertum Cades.

Vox Dómini præparantis cervos, & revelábit condenſa; * & in templo ejus omnes dicent glóriã.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit, * & ſedébit Dñs rex in æternum.

Dóminus virtútem pópulo ſuo dabit: * Dóminus benedícet pópulo ſuo in pace.

PSALMUS 44.

Carmen nuptiale: Chriſti & Eccleſiæ dotes.

ERuctávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea regi.

Lingua mea cálamus ſcribæ * velóciter ſcribentis.

Speciósus formâ præ fíliis hóminum, diffúſa eſt grátia in lábiis tuis: * proptérea benedixit te Deus in æternum.

Accíngere gládio tuo ſuper femur tuum, * Potentíſſime.

Spécie tuâ & pulchritúdine tuâ, * intende, próſperè procéde, & regna.

Propter veritátem, &

manſuetúdinem, & juſtítiam; * & dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagittæ tuæ acútæ, pópuli ſub te cadent, * in corda inimicórum regis.

Sedes tua, Deus, in ſéculum ſéculi: * virga directiónis, virga regni tui.

Dilexiſti juſtítiam, & odiſti iniquitátem: * proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ conſórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis, à dómibus ebúrneis, * ex quibus delectavérunt te filiæ regum in honóre tuo.

Aſtitit regína à dextris tuis in veſtítu deauráto, * circúmdata varietáte.

Audi, filia, & vide, & inclína aurem tuam, * & oblivíſcere pópulum tuũ, & domum patris tui.

Et concupiſcet rex decórem tuum, * quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

Et filiæ Tyri in munéribus: * vultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus filiæ regis ab intùs, * in fímbriis áureis, circumamicta varietátibus.

Adducentur regi vírgines poſt eam: * próximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætítia & exultatióne, * adducentur in templum regis.

Pro pátribus tuis nati ſunt tibi fílii: * conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne & generatiónem.

Proptérea pópuli confitebuntur tibi in æternum, * & in ſéculum ſéculi.

PSALMUS 149.

Chriſtus celebrandus, qui ſuis in gentes ultricem poteſtatem ſit daturus.

CAntáte Dómino cánticum novum: * laus ejus in eccléſia ſanctórũ.

Lætétur Iſraël in eo qui fecit eum, * & filii Sion exultent in rege ſuo.

Laudent nomen ejus in choro, * in tympano & pſaltério pſallant ei;

Quia beneplácitum eſt Dómino in pópulo ſuo; * & exaltábit manſuétos in ſalútem.

Exultábunt ſancti in glória: * lætabuntur in cubílibus ſuis.

Exaltatiónes Dei in gúttture eórum, * & gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciendam vindictam in natiónibus, * increpatiónes in pópulis:

Ad alligandos reges eórum in compédibus, * & nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis judícium conſcriptum; * gló-

pia hæc eſt ómnibus ſanctis ejus.

Ant. Beneplácitũ eſt Dño in pópulo ſuo. *Pſ.* 149. 17.

Capitulum. Coloſſ. 3.

OMne quodcumque fácitis, in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jeſu Chriſti; grátias agentes Deo & Patri per ipſum.

℟. *br.* Benedícam Dóminum * In omni témpore. Benedícam. ℣. Semper laus ejus in ore meo, * In omni témpore. Glória Patri. Benedícam. *Pſ.* 33. 2.

℣. Laudábo Dóminum in vita mea: ℟. Pſallam Deo meo quámdiu fúero. *Pſ.* 145. 2.

AD SEXTAM.

Ant. 1. a. Adjútor.

PSALMUS 45.

Eccleſia Dei præſidio inconcuſſa.

DEus noſter refúgium & virtus; * adjútor in tribulatiónibus quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra, * & transferentur montes in cor maris.

Sonuérunt & turbátæ ſunt aquæ eórum, * conturbáti ſunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * ſanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur; * adjuvábit eam Deus manè dilúculo.

Conturbátæ ſunt gentes, & inclináta ſunt regna: * dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dóminus virtútum nobiſcum: * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ póſuit prodígia ſuper terram; * áuferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confringet arma, * & ſcuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego ſum Deus: * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobiſcum: * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

PSALMUS 47.

Ex Jeruſalem in omnes terras delapſa ſalus.

MAgnus Dóminus, & laudábilis nimis, in civitáte Dei noſtri, in monte ſancto ejus.

Fundátur exultatióne univerſæ terræ mons Sion, * látera Aquilónis, cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoſcétur, * cùm ſuſcípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti ſunt: * convenérunt in unum.

Ipſi videntes ſic admirάti ſunt, conturbáti ſunt, commóti ſunt : * tremor apprehendit eos.

Ibi dolóres ut parturientis : * in ſpíritu vehementi cónteres naves Tharſis.

Sicut audívimus, ſic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei noſtri : * Deus fundávit eam in æternum.

Suſcépimus, Deus, miſericórdiam tuam * in médio templi tui.

Secundùm nomen tuũ, Deus, ſic & laus tua in fines terræ : * juſtítiâ plena eſt déxtera tua.

Lætétur mons Sion, & exultent filiæ Judæ * propter judícia tua, Dómine.

Circúmdate Sion, & compleĉtímini eam:* narráte in túrribus ejus.

Pónite corda veſtra in virtúte ejus : * & diſtribúite domos ejus,ut enarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in ſéculum ſéculi : * ipſe reget nos in ſécula.

PSALMUS 86.

Laus Eccleſiæ : Fidelium infinitus numerus.

FUndamenta ejus in móntibus ſanĉtis:*díligit Dñs portas Sion ſuper ómnia tabernácula Jacob.

Glorióſa diĉta ſunt de te, * cívitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylónis, * ſciéntium me.

Ecce alienígenæ & Tyrus, & pópulus Æthíopum ; * hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet : Homo, & homo natus eſt in ea, * & ipſe fundávit eam Altíſſimus ?

Dóminus narrábit in ſcriptúris populórum & príncipum ; * horum qui fúerunt in ea.

Sicut lætántium ómnium * habitátio eſt in te.

Ant. Adjútor noſter Deus ; proptérea non timébimus. *Pſ.* 45.

Capitulum. 2. Petr. 1.

SAtágite ut per bona ópera certam veſtram vocatiónem & eleĉtiónem faciátis ; hæc enim facientes, non peccábitis aliquando.

℟. *br.* Convértere, Dómine, úſquequo? * Et deprecábilis eſto. Convértere. ℣. Et opus mánuum noſtrárum dírige. * Et deprecábilis. Glória Patri. Convértere.

℣. Réſpice in ſervos tuos, ℟. Et in ópera tua. *Pſ.* 89. 13. 16.

AD NONAM.

Ant. 8. c. Pauper.

PSALMUS 59.

Flebilis oratio Synagogæ.

DEus, repuliſti nos, & deſtruxiſti nos : * irátus es, & miſertus es nobis.

Commoviſti terram, & conturbaſti eam : * ſana contritiónes ejus, quia commóta eſt.

Oſtendiſti pópulo tuo dura : * potaſti nos vino compunctiónis.

Dediſti metuéntibus te ſignificatiónem, * ut fúgiant à fácie arcûs ;

Ut liberentur dilecti tui : * ſalvum fac déxterâ tuâ, & exaudi me.

Deus locútus eſt in ſancto ſuo : * Lætábor, & partíbor Síchimam, & convallem tabernaculórum metíbor.

Meus eſt Gálaad, & meus eſt Manaſſes : * & Ephraïm fortitúdo cápitis mei.

Juda rex meus, * Moab olla ſpei meæ.

In Idumæam extendam calceamentum meum : * mihi alienígenæ ſúbditi ſunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam ? * quis dedúcet me uſque in Idumæam ?

Nonne tu, Deus, qui repuliſti nos ? * & non egrediéris, Deus, in virtútibus noſtris ?

Da nobis auxílium de tribulatióne ; * quia vana ſalus hóminis.

In Deo faciémus virtútem : * & ipſe ad níhilum dedúcet tribulantes nos.

PSALMUS 73.

De populi, templique calamitate, queſtus.

UT quid, Deus, repuliſti in finem, * irátus eſt furor tuus ſuper oves páſcuæ tuæ?

Memor eſto congregatiónis tuæ, * quam poſſediſti ab inítio.

Redemiſti virgam hæreditátis tuæ : * mons Sion, in quo habitaſti in eo.

Leva manus tuas in ſupérbias eórum in finem : * quanta malignátus eſt inimícus in ſancto ?

Et gloriáti ſunt qui odérunt te, * in médio ſolemnitátis tuæ.

Poſuérunt ſigna ſua, ſigna ; * & non cognovérunt, ſicut in éxitu ſuper ſummum.

Quaſi in ſylva lignórum ſecúribus excidérunt jánuas ejus in idipſum, * in ſecúri & áſcia dejecérunt eam.

Incendérunt igni ſanctuárium tuum, * in terra polluérunt tabernáculum nóminis tui.

Dixérunt in corde ſuo cognátio eórum ſimul : * Quiéſcere faciámus omnes dies feſtos Dei à terra,

Signa noſtra non vídimus, jam non eſt prophéta; * & nos non cognoſcet ámpliùs.

Diviſio Pſalmi 73.

USquequò, Deus, improperábit inimícus? * irrítat adverſárius nomen tuum in finem?

Ut quid avertis manum tuam & déxteram tuam * de médio ſinu tuo in finem?

Deus autem, rex noſter ante ſécula, * operátus eſt ſalútem in médio terræ.

Tu confirmaſti in virtúte tua mare; * contribulaſti cápita dracónum in aquis.

Tu confregiſti cápita dracónis, * dediſti eum eſcam pópulis Æthíopum.

Tu dirupiſti fontes & torrentes, * tu ſiccaſti flúvios Ethan.

Tuus eſt dies, & tua eſt nox: * tu fabricátus es auróram & ſolem.

Tu feciſti omnes términos terræ: * æſtátem & ver, tu plaſmaſti ea.

Memor eſto hujus, inimícus improperávit Dómino, * & pópulus inſípiens incitávit nomen tuum.

Ne tradas béſtiis ánimas confitentes tibi; * & ánimas páuperum tuórũ ne obliviſcáris in finem.

Réſpice in teſtamentum tuum; * quia repléti ſunt, qui obſcuráti ſunt terræ, dómibus iniquitátum.

Ne avertátur húmilis factus confúſus; * pauper & inops laudábunt nomen tuum.

Exurge, Deus, júdica cauſam tuam; * memor eſto improperiórum tuórum, eórum quæ ab inſipiente ſunt totâ die.

Ne obliviſcáris voces inimicórum tuórum; * ſupérbia eórum qui te odérunt, aſcendit ſemper.

Ant. Pauper & inops laudábunt nomen tuum, Dómine. *Pſ.* 73.

Capitulum. Philip. 4. 8.

QUæcumque ſunt vera, quæcumque pudíca, quæcumque juſta, quæcumque ſancta, quæcumque amabília, quæcumque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplínæ, hæc cogitáte.

℟. *br.* Propter nomen tuum, Dómine, * Vivificábis me. Propter. ℣. In æquitáte tua * Vivificábis me. Glória. Propter. *Pſ.* 142. 11.

℣. Doce me fácere voluntátem tuam, ℟. Quia Deus meus es tu. *Pſal.* 142. 10.

AD VESPERAS.

Ant. 4. *D.* Beáti omnes.

PSALMUS 127.

Futuræ, præſentiſque vitæ beatitudo timore Dei comparatur.

BEáti omnes qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuá-rum quia manducábis ; * beátus es, & bene tibi erit.

Uxor tua ſicut vitis abundans, * in latéribus domûs tuæ.

Filii tui ſicut novellæ olivárum, * in circúitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicétur homo, * qui timet Dñm.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion ; * & vídeas bona Jeruſalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas filios filiórum tuórum, * pacem ſuper Iſraël.

Ant. Beáti omnes qui timent Dóminum, qui ámbulant in viis ejus.

Ant. 1. a. Surge, Dñe.

PSALMUS 131.

Oratio Eccleſiæ, Chriſtum Davidi promiſſum expoſcentis.

MEmento, Dómine, David, * & omnis manſuetúdinis ejus :

Sicut jurávit Dómino,* votum vovit Deo Jacob :

Si introíero in tabernáculum domûs meæ, * ſi aſcéndero in lectum ſtrati mei :

Si dédero ſomnum óculis meis, * & pálpebris meis dormitatiónem,

Et réquiem tempóribus meis, donec invéniam locum Dómino, * tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata : * invénimus eã in campis ſylvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus : * adorábimus in loco ubi ſtetérunt pedes ejus.

Surge, Dómine, in réquiem tuam, * tu & arca ſanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induantur juſtítiam, * & ſancti tui exultent.

Propter David ſervum tuum, * non avertas fáciem chriſti tui.

Ant. Surge, Dómine, in réquiem tuam ; & ſancti tui exultent.

Ant. 7. ç. Sion réquies mea.

Diviſio Pſalmi 131.

JUrávit Dóminus David veritátem, & non fruſtrábitur eum : * De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

Si cuſtodíerint filii tui teſtamentum meum, * & teſtimónia mea hæc quæ docébo eos :

Et filii eórum uſque in ſéculum, * ſedébunt ſuper ſedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion, * elégit eam in habitatiónem ſibi.

Hæc réquies mea in ſéculum ſéculi ; * hîc habitábo, quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam : * páuperes ejus ſaturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam ſalutári : * & ſancti ejus exultatióne exultábunt.

Illuc prodúcam cornu David : * parávi lucernam chriſto meo.

Inimícos ejus índuam confuſióne : * ſuper ipſum autem efflorébit ſanctificátio mea.

Ant. Sion réquies mea in ſéculum ſéculi : ſancti ejus exultatióne exultábunt.

Ant. 3. a. Deus meus.

PSALMUS 143.

Victoria ab hoſtibus, Dei donum eſt.

BEnedictus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & dígitos meos ad bellum.

Miſericórdia mea, & refúgium meum; * ſuſceptor meus, & liberátor meus.

Protector meus, & in ipſo ſperávi; * qui ſubdit pópulum meum ſub me.

Dómine, quid eſt homo, quia innotuiſti ei; * aut fílius hóminis, quia réputas eum?

Homo vanitáti símilis factus eſt; * dies ejus ſicut umbra prætéreunt.

Dómine, inclína cœlos tuos, & deſcende; * tange montes, & fumigábunt.

Fúlgura coruſcatiónem, & diſſipábis eos; * emitte ſagittas tuas, & conturbábis eos.

Emitte manum tuam de alto; éripe me, & líbera me de aquis multis; * de manu filiórum alienórum,

Quorum os locútum eſt vanitátem, * & déxtera eórũ, déxtera iniquitátis.

Ant. Deus meus, miſericórdia mea, & ſuſceptor meus.

Ant. 6. F. Beátus.

Diviſio Pſalmi 143.

DEus, cánticum novum cantábo tibi : * in pſaltério decachordo pſallam tibi :

Qui das ſalútem régibus; * qui redemiſti David ſervum tuum de gládio maligno, éripe me.

Et érue me de manu filiórum alienórum, quorum os locútum eſt vanitátem; & déxtera eórum, déxtera iniquitátis.

Quorum filii ſicut novellæ plantatiónes, * in juventúte ſua.

Fíliæ eórum compóſitæ, * circumornátæ ut ſimilitúdo templi.

Promptuária eórum plena, * eructántia ex hoc in illud :

Oves eórum fœtóſæ, abundantes in egréſſibus ſuis; * boves eórum craſſæ.

Non eſt ruína macériæ, neque tránſitus, * neque clamor in platéis eórum.

Beátum dixérunt pópulum cui hæc ſunt : * beá-

tus pópulus, cujus Dóminus Deus ejus.

Ant. Beátus pópulus, cujus Dñs Deus ejus.

Capitulum. Gen. 2. 2.

COmplévit Deus die ſéptimo opus ſuum quod fécerat, & requiévit die ſéptimo ab univerſo ópere quod patrárat, & benedixit diei ſéptimo, & ſanctificávit illum.

Hymnus.

TAndem peractis, ô Deus,
Sexto diérum límite,
Ponis modum labóribus,
Orbíque plaudis cóndito.

Qua, dextra ceſſávit tua,
Hanc ipſe ſacraſti diem,
Judæa quam legis tenax
Piis colébat rítibus.

Fœdus novum, ritus novos
Chriſtus dedit: Chriſto duce,
Adoptiónis fílios
Jam ſánctior manet quies.

Fugavit umbram véritas,
Antíqua ceſſant ſábbata:
Jam lex amóris córdibus
Inſcripta, mortáles regit.

Divina lex, tu nos rege;
Mentes reple, ſenſus doma:
Expelle noſtro, queis ſcatet,
Curas inánes, péctore.

Sic, qui fugácis túrbidâ
Jactámur undâ ſéculi,
Cœli ſedentes líttore,
Pleno fruémur ótio.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Lætábor & exultábo in te, ℟. Pſallam nómini tuo, Altíſſime. *Pſ.* 9. 3.

Ad Magníficat. *Ant. & Orat. ut in Proprio.*

AD COMPLETOR.

Ant. 8. G. Miſerére meî.

PSALMUS 50.

Pœnitentis animi, humiles acerbique ſenſus.

MIſerére meî, Deus, * ſecundùm magnam miſericórdiam tuam.

Et ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea, * & à peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognoſco, * & peccátum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccávi, & malum coram te feci; * ut juſtificéris in ſermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus conceptus ſum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem

dilexiſti ; * incerta & occulta ſapiéntiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſópo, & mundábor ; * lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium & lætítiâ, * & exultábunt oſſa humiliáta.

Averte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus, * & ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis.

Ne projícias me à fácie tuâ, * & ſpíritum ſanctum tuum ne áuferas à me.

Redde mihi lætítiam ſalutáris tui,* & ſpíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas, * & ímpii ad te convertentur.

Líbera me de ſanguínibus, Deus, Deus ſalútis meæ ;* & exultábit lingua mea juſtítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries,* & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam ſi voluiſſes, ſacrificium dediſſem útique ; holocauſtis non delectáberis.

Sacrificium Deo ſpíritus contribulátus : * cor contrítum & humiliátum, Deus, non deſpícies.

Benignè fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificentur muri Jerúſalem.

Tunc acceptábis ſacrificium juſtítiæ, oblatiónes & holocauſta : * tunc impónent ſuper altáre tuum vítulos.

PSALMUS 85.

Oratio Christi pro fide gentium.

INclína, Dómine, aurem tuam, & exaudi me ;* quóniam inops & pauper ſum ego.

Cuſtódi ánimam meã, quóniam ſanctus ſum :* ſalvum fac ſervum tuum, Deus meus, ſperantẽ in te.

Miſerére meî, Dómine, quóniam ad te clamávi totâ die : * lætífica ánimam ſervi tui, quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi ;

Quóniam tu, Dómine, ſuávis & mitis, * & multæ miſericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Auribus pércipe, Dómine, oratiónem meam, * & intende voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te,* quia exaudiſti me.

Non eſt símilis tuî in diis, Dómine,* & non eſt ſecundùm ópera tua.

Omnes gentes, quaſcumque feciſti, vénient & adorábunt coram te, Dómine ; * & glorificábunt nomen tuum ;

Quóniam magnus es tu, & fáciens mirabília; * tu es Deus ſolus.

Diviſio Pſalmi 85.

DEduc me, Dómine, in via tua, & ingrédiar in veritáte tua: * lætétur cor meum, ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine Deus meus, in toto corde meo, * & glorificábo nomen tuum in æternum:

Quia miſericórdia tua magna eſt ſuper me, * & eruiſti ánimam meam ex inferno inferióri.

Deus, iníqui inſurrexérunt ſuper me, & ſynagóga poténtium quæſiérunt ánimam meam; * & non propoſuérunt te in conſpectu ſuo.

Et tu, Dómine, Deus miſerátor & miſéricors, * pátiens, & multæ miſericórdiæ, & verax.

Réſpice in me, & miſerére meî; * da impérium tuum púero tuo, & ſalvum fac fílium ancillæ tuæ.

Fac mecum ſignum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, & confundantur; * quóniam tu, Dómine, adjuviſti me, & conſolátus es me.

Ant. Miſerére meî, Dómine, quóniam ad te clamávi totâ die. *Pſ.* 85.

Hymnus, Capitul. &c. habentur infrà poſt Suffr. ad Veſperas.

IN FERIIS PER ANNUM.

AD LAUDES.

In Feriis quibus jejunatur, dicuntur flexis genibus Preces ſequentes.

KYrie, eleiſon. Chriſte, eleiſon. Kyrie, eleiſon.

Pater noſter, *ſecretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Ego dixi, Dómine, miſerére meî: ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. *Pſ.* 40. 5.

℣. Convértere, Dómine; úſquequò? ℟. Et deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos. *Pſ.* 89. 13.

℣. Fiat miſericórdia tua, Dñe, ſuper nos; ℟. Quemádmodum ſperávimus in te. *Pſ.* 32. 22.

℣. Sacerdótes tui induantur juſtítiam; ℟. Et ſancti tui exultent. *Pſal.* 131. 9.

℣. Orémus pro Paſtóre noſtro N. ℟. Dóminus conſervet eum, & vivíficet eum. *Pſ.* 40. 3.

℣. Memor eſto congre-

gatiónis tuæ, ℟. Quam poſſediſti ab initio. *Pſal.* 73. 2.

℣. Dómine, ſalvum fac regem noſtrum N. ℟. Et exaudi nos in die quâ invocavérimus te. *Pſ.* 19. 10.

℣. Salvum fac pópulum tuum, Dómine, & bénedic hæreditáti tuæ: ℟. Et rege eos, & extolle illos uſque in æternum. *Pſal.* 27. 9.

℣. Rogáte quæ ad pacem ſunt Jeruſalē: ℟. Fiat pax in virtúte tua, & abundántia in túrribus tuis. *Pſ.* 121. 6.

℣. Orémus pro frátribus noſtris abſéntibus. ℟. Bénefac, Dómine, bonis & rectis corde. *Pſal.* 124. 22.

℣. Pro infirmis, afflictis & captívis. ℟. Líbera, Deus, Iſraël ex ómnibus tribulatiónibus ſuis. *Pſal.* 24. 4.

℣. Pro cunctis fidélibus defunctis. ℟. Edúcat eos Dóminus in lucem, & vídeant juſtítiam ejus. *Mich.* 7. 9.

Deinde dicitur Pſalmus De profundis, *qui habetur ſuprà in Veſperis Feriæ quartæ; & in fine,* Glória Patri.

[*In Veſperis, ejus loco dicitur Pſ.* Miſerére. 164. *cum* Glória Patri.]

Finito Pſalmo, dicitur:

℣. Dómine Deus virtútum, converte nos; ℟. Et oſtende fáciem tuam, & ſalvi érimus. *Pſ.* 79. 20.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43. 26.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Et dicitur Oratio conveniens: quando propria non aſſignatur, dicitur de Dominica præcedenti.

Dicto Benedicámus, *ſi facienda ſit commemoratio de aliquo Sancto, fit eo loco.*

Deinde fiunt ſuffragia, ſeu Commemorationes communes, ut ſequitur.

DE S. CRUCE.

[*In Offic. Feriali tantùm.*]

Ant. Peccáta noſtra Chriſtus pértulit in córpore ſuo ſuper lignum; ut peccátis mórtui, juſtítiæ vivámus. 1. *Petr.* 2. 24.

℣. Ipſe rédimet Iſraël, ℟. Ex ómnibus iniquitátibus ejus. *Pſ.* 129. 8.

Orémus.

PErpétuâ nos, quæſumus, Dómine, pace cuſtódi, quos per lignum ſanctæ Crucis redímere dignátus es; Qui vivis & regnas, Deus.

℟. Amen.

[*Si ſequatur Offic. par-*

laria, tunc ſit in-
cluſio : Qui vivis
cum Deo Patre
e Spíritûs ſancti,
ꝫr ómnia ſécula
n. ℟. Amen.
ninus vobiſcum,
n ſpíritu tuo.
ıedicámus Dño,
ŗrátias.
: incipitur Offi-
vum : quod dici-
riis & Feſtis ſim-

rò non dicitur,
ſit Suffragium ſe-

Beata Maria.
Beáta Dei géni-
ía, Virgo perpé-
nplum Dómini,
n Spíritûs ſancti,
exemplo placuiſti
tro Jeſu Chriſto.
égit eam Dómi-
In habitatiónem
131. 13.
Orémus.
ege, Dómine, fá-
os tuos ſubsídiis
& beátæ Maríæ
vírginis patrocí-
identes, à cunctis
: & perículis red-
os ; Per Chriſtum
ım noſtrum.
men.
ı ſit Commem. de
ı Eccleſiæ; ac de Ti-
ſi à Patrono diffe-
autem Eccleſia de-
ſit ſub titulo SS.
tis, aut S. Spiritûs,
vel alicujus ex Myſteriis Chriſti ; ejuſmodi Commemoratio ſit poſt Orationem de Cruce ante Suffragium de Beata. Quòd ſi in honorem S. Crucis dedicata ſit, ſuprà-ſcripta Commem. de Cruce ſit etiam in Feſtis ſimplicibus. Si verò ſub invocatione S. Mariæ, non ſit alia Commemoratio de ea, quàm quæ hîc habetur.

Deinde ſit Commem. de omnibus SS. & ſpeciatim de iis quorum Corpora aut ſaltem Reliquiæ habentur.

Ant. Hi ſunt ante thronum Dei, & sérviunt ei die ac nocte in templo ejus ; & qui ſedet in throno, habitábit ſuper illos. *Apoc.* 7. 15.

℣. In æternum exultábunt, & habitábis in eis ; ℟. Et gloriabuntur in te, Dómine. *Pſ.* 5. 12.

In Oratione ſequenti, extra Eccleſiam omittitur vox [hac].

Orémus.

PRopitiáre, quæſumus, Dómine, fámulis tuis per Sanctórum quorum Relíquiæ in [hac] Ecclé-ſia tua requieſcunt, & ómnium Sanctórum, mérita glorióſa ; ut eórum interceſſióne ab ómnibus ſemper protegámur adverſis; Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.

Ultimò, pro Pace, Ant.

Deus qui fecit nobiſcum ſecundùm ſuam miſericórdiam, det nobis jucunditátem cordis, & fieri pacem in diébus noſtris. *Eccli.* 50. 24. 25.

℣. Dóminus virtútem pópulo ſuo dabit: ℟. Dóminus benedícet pópulo ſuo in pace. *Pſ.* 28. 11.

Orémus.

DEus, à quo ſancta deſidéria, recta consília & juſta ſunt ópera; da ſervis tuís illam quam mundus dare non poteſt pacem; ut, & corda noſtra mandátis tuis dédita, &, hóſtium ſublátâ formídine, témpora ſint tuâ protectióne tranquilla; Per Dñm noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuũ, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Dóminus vobiſcum, *vel* Dómine, exaudi. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

A Circumciſione ad Purificationem, extra octavam Epiphaniæ, fit ſola commemoratio ſequens, niſi occurrat altera.

Ant. Péperit María Fílium ſuum primogénitum, & vocávit nomen ejus Jeſum. *Matth.* 1. 25.

℣. Poſt partum virgo invioláta permanſiſti; ℟. Dei Génitrix, intercéde pro nobis.

Orémus.

BEáta témpora celebrantes, quæ per temporálem Unigéniti tui incarnatiónem, & partum Maríæ ſemper vírginis conſecraſti; quæſumus, Dómine, ut ejuſdem Dei Genitrícis interceſſióne, & in illo renaſci, & tanti myſtérii fructum júgiter in nobis conſerváre mereámur; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

AD PRIMAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

JAM lucis orto ſídere,
Deum precémur ſúpplices,
Præſens benigno númine,
Noſtros ut actus dírigat.

NIL lingua peccet, nil manus;
Nil mens inánecógitet:
In ore ſimplex véritas,
In corde regnet cháritas.

INCŒPTA dùm fluet dies,
O Chriſte, ſis cuſtos vigil:
Da mente ſcire quod doces,
Da corde, quod jubes, ſequi.

Tu

Tu ſpes ſalútis, áctuum
Tu finis & primórdium:
Te, proſequámur, áuſpice,
Quæ, te favente, cœpimus.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus. Amen.

In omnibus Feſtis B. Mariæ, & per Octavam Corporis Chriſti, dicetur hæc doxologia in omnibus Hymnis Horarum.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória;
Summo Patri laus máxima;
Sit par tibi laus, Spíritus. Amen.

[*In Feriali Officio Pſalmi & Antiph. dicuntur ſecundùm Feriam, ut ſingulis diebus aſſignantur.*

In Feſtis verò, Antiph. ſemper ſumitur de Proprio, vel de Communi, & Pſalmi tantùm dicuntur de Feria, niſi aliter notetur.]

Capitulum. Epheſ. 5. 15.

Vidéte, fratres, quómodo cautè ambulétis; non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes: rediméntes tempus, quóniam dies mali ſunt.

℟. *br.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nóbis. *Repet.* Chriſte, Fili Dei. ℣. Qui ſedes ad déxteram Patris, [*Hic verſus quandoque mutandus eſt, ut notatur in Proprio.*] * Miſerére. Glória. *Repet.* Chriſte. *Matth.* 16. 16. *Tob.* 8. 10. *Hebr.* 1. 3.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43. 26.

PRECES.

Quando ad Laudes dictæ ſunt Preces, hæ dicuntur flexis genibus.

In Semiduplicibus & intra Octavas omittuntur ſeqq. ℣℣.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater noſter. *ſecretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos a malo.

Credo in Deum. ℣. Carnis reſurrectiónem, ℟. Vitam ætérnam. Amen.

℣. Et ego ad te, Dómine, clamávi; ℟. Et manè orátio mea prævéniet te. *Pſ.* 87. 14.

℣. Repleátur os meum laude; ℟. Ut cantem glóriam tuam, totâ die magnitúdinem tuam. *Pſalm.* 70. 8.

℣. Averte fáciem tuam à peccátis meis; ℟. Et omnes iniquitátes meas dele. *Pſ.* 50. 11.

℣. Cor mundum crea in me, Deus; ℟. Et ſpíritum rectum ínnova in

viſcéribus meis. *Pſ.* 50. 12.

℣. Ne projícias me à fácie tua; ℟. Et ſpíritum ſanctum tuum ne áuferas à me. *Pſ.* 50. 13.

℣. Redde mihi lætítiam ſalutáris tui; ℟. Et ſpíritu principáli confirma me. *Pſ.* 50. 14.

[*Quando Preces dicuntur flexis genibus: adduntur ſeqq.* ℣℣. *ante* Adjutórium.

℣. Eripe me, Dómine, ab hómine malo: ℟. A viro iníquo éripe me. *Pſ.* 139. 2.

℣. Eripe me de inimícis meis, Deus meus; ℟. Et ab inſurgéntibus in me líbera me. *Pſ.* 58. 2.

℣. Eripe me de operántibus iniquitátem; ℟. Et de viris sánguinum ſalva me. *Pſ.* 58. 3.

℣. Sic pſalmum dicam nómini tuo in ſéculum ſéculi; ℟. Ut reddam vota mea de die in diem. *Pſ.* 60. 9.

℣. Dírige me, Dómine, in veritáte tua, & doce me; ℟. Quia tu es Deus ſalvátor meus. *Pſ.* 24. 5.

℣. Deus, in adjutórium meum intende: ℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtina. *Pſ.* 69. 2.

℣. Reminíſcere miſeratiónum tuárum, Dómine, ℟. Et miſericordiárum tuárum quæ à ſéculo ſunt. *Pſ.* 24. 6.

℣. Bénedic, ánima mea, Dómino; ℟. Et ómnia quæ intra me ſunt, nómini ſancto ejus. *Pſ.* 102. 1.

℣. Bénedic, ánima mea, Dómino; ℟. Et noli oblivíſci omnes retributiónes ejus. *Pſ.* 102. 2.

℣. Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis; ℟. Qui ſanat omnes infirmitátes tuas. *Pſ.* 102. 3.

℣. Qui rédimit de intéritu vitam tuam; ℟. Qui corónat te in miſericórdia & miſeratiónibus. *Pſ.* 102. 4.

℣. Qui replet in bonis deſidérium tuum; ℟. Renovábitur ut áquilæ juventus tua. *Pſ.* 102. 5.]

℣. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini, ℟. Qui fecit cœlum & terram. *Pſ.* 123. 8.

Hebdomadarius facit Confeſſionem, mediocri voce dicens:

Confíteor Deo omnipotenti, beátæ Maríæ ſemper vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joanni Baptiſtæ, ſanctis Apóſtolis Petro & Paulo, ómnibus Sanctis, [& vobis, fratres,] quia peccávi nimis cogitatióne, verbo & ópere: meâ culpâ, meâ culpâ, meâ máximâ culpâ. Ideò precor beátam Maríam ſemper vírginem, beátum Mi-

chaélem Archángelum, beátum Joannem Baptiſtam, ſanctos Apóſtolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, [& vos, fratres,] oráre pro me ad Dóminum Deum noſtrum.

Chorus dicit :

Misereátur tuî omnípotens Deus; & dimiſſis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam æternam. *Hebdomadarius reſpondet :* Amen.

Deinde Chorus facit Confeſſionem ; & ubi dictum eſt : vobis, fratres, *&* vos, fratres, *dicit :* tibi, pater, *&* te, pater.

Mulieres in ſuis Conventibus, loco fratres, *&* pater, *dicunt*, sorores, *&* mater.

Factâ Confeſſione à Choro, Hebdomadarius dicit :

MIſereátur veſtrî omnípotens Deus; &, dimiſſis peccátis veſtris, perdúcat vos ad vitam æternam. ℟. Amen.

[*Qui ſolus recitat, ſemel dicit*, Confiteor, *omiſſis vocibus quæ clauduntur parentheſi, & additâ particulâ* &, *ante voces* omnibus *&* omnes. *Deinde* Misereátur *ſemel, ad quod dicit*, noſtrî, noſtris, nos.]

INdulgéntiam, abſolutiónem, & remiſſiónem peccatórum noſtrórum tribuat nobis omnípotens & miséricors Dóminus. ℟. Amen.

Elevans vocem dicit :

℣. Exaudi nos, Deus, ſalutáris noſter, ℟. Spes ómnium finium terræ. *Pſ.* 64. 6.

℣. Miserére noſtrî, Dómine, ℟. Miserére noſtrî. *Pſ.* 122. 3.

℣. Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, ℟. Quemádmodum ſperávimus in te. *Pſ.* 32. 22.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DOmine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos pervenire fecisti, tuâ nos hódie ſalva virtúte; ut ad nullum declinémus peccátum, ſed ſemper ad tuam juſtítiam faciendam noſtra procédant elóquia, dirigantur cogitatiónes & ópera; Per Dóminum.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Si dicenda ſit Prima de Officio parvo B. Mariæ, præponitur Officio Capit.

AD OFFIC. CAPITULI.

Primò fit lectio Martyrologii, in cujus fine nihil

reſpondetur ; ſed ſtatim Hebdomadarius dicit :

℣. Pretióſa in conſpectu Dómini, ℟. Mors ſanctórum ejus. *Pſ.* 115. 6.

SAncta María, & omnes ſancti intercédant pro nobis ad Dóminum; ut nos mereámur ab eo adjuvári & ſalvári, qui vivit & regnat in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

℣. Deus, in adjutórium meum intende : ℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtína. *Pſ.* 69. 2.

℣. Deus, in adjutórium meum intende : ℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtína.

℣. Deus, in adjutórium meum intende : ℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtína. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto : Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſécula ſeculórum. Amen. Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. *Secretò*, Pater. *Altâ voce*, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem ; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Réſpice in ſervos tuos, Dómine, & in ópera tua ; & dírige fílios eórum : ℟. Et ſit ſplendor Dómini Dei noſtri ſuper nos ; & ópera mánuum noſtrárum dírige ſuper nos, & opus mánuum noſtrárum dírige. *Pſ.* 89. 16. 17. Glória.

Orémus.

DIrígere & ſanctificáre, régere & gubernáre dignáre, Dómine Deus, Rex cœli & terræ, hódie corda & córpora noſtra, ſenſus, ſermónes & actus noſtros, in lege tua, & in opéribus mandatórum tuórum ; ut hîc, & in æternum, te auxiliante, ſalvi & líberi eſſe mereámur, Salvátor mundi ; Qui vivis & regnas in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Lector, Jube, domne, benedícere. [*Lectrix dicit*, domna, *ſolus vel ſola recitans*, Dómine.] *Bened.* Det Dóminus leges ſuas in mentem noſtram, & in corde noſtro ſuperſcríbat eas. ℟. Amen. *Hebr.* 8. 10.

Tunc ſit lectio Canonis qui pro ſingulis diebus habetur ſuo loco, in cujus fine dicitur : Tu autem, Dómine, miſerére noſtri. ℟. Deo grátias.

Poſt lectionem, Hebdomadarius dicit : Adjutórium noſtrum in nómine Dómini, ℟. Qui fecit cœlum & terram. *Pſ.* 123. 8.

Submiſſiori voce dicit : Benedícite. *Lector verſus ad eum :* Deus. *Hebdomadarius :* Dóminus nos benedícat, & ab omni malo defendat, & perdú-

cat ad vitam æternam. *Lector*. Amen.

Secretò. Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

Deinde Pater noſter.

AD TERTIAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

O Fons amóris Spíritus,
O dulce lumen méntium;
Sacras refúſus íntimis
Accende flammas córdibus.

Qui cháritas & vínculum,
Cum Patre nectis Fílium,
Et nos amóris mútui
Fac ſancta jungant víncula.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

[*In Feriali Officio Pſalmi & Antiphonæ dicuntur ſecundùm Feriam, ut ſingulis diebus aſſignantur.*

In Feſtis verò, Ant. ſemper ſumitur de Proprio, vel de Communi, & Pſal. tantùm dicuntur de Feria, niſi aliter notetur.]

Capitul. & ℟. br. ſumuntur ubi ſumitur Antiph. ſuper Pſalmos; & ſic ad alias Horas.

PRECES.

Quando ad Laudes dictæ ſunt Preces, tunc ad Tertiam, Sextam, & Nonam, dicuntur flexis génibus.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine, Deus virtútum, converte nos; ℟. Et oſtende fáciem tuam, & ſalvi érimus. *Pſ.* 79. 20.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43. 26.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oratio conveniens.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

AD SEXTAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

Jam ſolis áureum jubar
Pleno coruſcat lúmine:
O vera, Chriſte, cláritas,
Noſtris refulge ſénſibus.

O dux ſalútis & via!
O vita, quos doces, rege;
Et quos regis, da cónſequi
Vitæ perennis gáudia.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Filio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus. Amen.

Ant. Pſalmi, Capit. ℟. *br. & Preces, ſi dicendæ ſint, dicuntur ut ſuprà ad Tertiam.*

Oratio conveniens.

AD NONAM.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus.

RECEDIT inclínans dies;
Sic vita præceps lábitur:
Sanctus ſupernam júgiter
Suſpíret ardor pátriam.

DA, Chriſte, da tandem tuos
Cœli quiéte pérfrui;
Fac lucis uſuræ brevi
Æterna ſuccédat dies.

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus. Amen.

Ant. Pſ. Capit. ℟. *br. & Preces, ſi dicendæ ſint, dicuntur ut ſuprà ad Tertiam*

Oratio conveniens.

AD VESPERAS.

Preces, ſi dicendæ ſint, habentur ſuprà, 166. In iis, loco Pſ. De profundis, *dicitur Pſ.* Miſerére.

SUFFRAGIA.

De S. Cruce.

[*In Offic. Feriali tantùm.*]

Ant. Mihi abſit gloriári, niſi in cruce Dómini noſtri Jeſu Chriſti. *Gal.* 6. 14.

℣. In Deo ſalutáre meum, ℟. Et glória mea. *Pſ.* 61. 8.

Orémus.

PErpétuâ nos, quæſumus, Dómine, pace cuſtódi, quos per lignum ſanctæ Crucis redímere dignátus es; Qui vivis & regnas, Deus.

℟. Amen.

[*Si ſequantur Veſperæ de B. Maria, tunc fit integra concluſio:* Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſǽcula ſeculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Deinde incipitur Officium parvum.

Ubi verò non dicitur Officium parvum, ejus loco fit Suffragium ſequens.]

De B. Maria.

Ant. Benedicta tu inter mulíeres, & benedictus fructus ventris tui. *Luc.* 1. 42.

℣. Ora pro nobis, ſancta Dei Génitrix, ℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

Orémus.

COncéde nos fámulos tuos, quæſumus, Dómine Deus, perpétuâ

ſ & córporis ſani-
ıadére, & glorióſâ
Maríæ ſemper vír-
ntercеſſióne, à præ-
iberári triſtítiâ, &
. pérfrui lætítiâ; Per
ım Dóminum no-
℟. Amen.
*ea fit Commem. de
o & Titulari, ut
eſt ſuprà, 167.
ıde de omnibus SS.
ciatim de iis quo-
orpora, aut ſaltem
ia, habentur.*
. Fulgébunt juſti ſi-
l in regno patris eó-
Matth. 13. 43.
Juſti confitebuntur
ıi tuo, Dómine;
: habitábunt recti
vultu tuo. *Pſalm.*
4.
Orémus.
opitiáre, quæſumus,
ómine, fámulis tuis
ſanctórum quorum
iiæ in [hac] Ecclé-
a requieſcunt, &
ım Sanctórum mé-
lorióſa; ut eórum
ſſióne ab ómnibus
r protegámur adver-
r Chriſtum Dómi-
ıoſtrum.
Amen.
timò, pro Pace.
. Da pacem, Dó-
, in diébus noſtris,
ıon eſt álius, qui
t pro nobis, niſi tu,
noſter.
Fiat pax in virtúte
tua, ℟. Et abundántia
in túrribus tuis. *Pſalm.*
121. 7.

Orémus.

Deus, à quo ſanctæ deſidéria, recta con-ſília, & juſta ſunt ópera: da ſervis tuis illam quam mundus dare non poteſt, pacem; ut, & corda no-ſtra mandátis tuis dédi-ta, &, hóſtium ſublátâ formídine, témpora ſint tuâ protectióne tranquil-la; Per Dóminum.

℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómi-no. ℟. Deo grátias.

AD COMPLETOR.

Converte nos, Deus ſalutáris noſter:
℟. Et averte iram tuam à nobis. *Pſ.* 84. 5.
℣. Deus, in adjutórium.
Antiph. & Pſalmi con-venientes.

Hymnus.

Deus creátor ómnium,
Grates peracto jam die,
Et noctis exortu preces
Proni tibi perſólvimus.

Quod longa peccávit dies,
Nocturnus éxpiet dolor;
Nec per ſopórem nos ſinas
Hoſtis patére fráudibus.

Infestus uſque círcuit,
Quærens leo quem dévoret;
Umbrántibus tuos, Pater,

Natos ſub alis prótege.

O QUANDO luceſcet tuus,
Qui neſcit occáſum, dies!
O quando te perénniter
Amábimus, laudábimus!

QUI nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Capitulum. 1. Petr. 5. 8.

SObrii eſtóte, & vigiláte; quia adversárius veſter diábolus, tamquam leo rúgiens, circuit quærens quem dévoret: cui resíſtite fortes in fide.

℟. *br.* In manus tuas, Dómine, * Commendo ſpíritum meum. *Repet.* In manus. ℣. Redemiſti nos, Dómine, Deus veritátis: * Commendo. ℣. Glória Patri & Fílio. *Repet.* In manus tuas, Dómine. *Pſ.* 30. 6.

℣. Cuſtódi nos, Dómine, ut pupillam óculi: ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege nos. *Pſ.* 16. 8.

Ant. 3. c. Salva nos.

Cantic. Simeonis. Luc. 2.

NUnc dimittis ſervum tuum, Dómine, * ſecundùm verbum tuum in pace.

Quia vidérunt óculi mei * ſalutáre tuum,

Quod paraſti * ante fáciem ómniũ populórum:

Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Iſraël.

Ant. Salva nos, Dómine, vigilantes, cuſtódi nos dormientes, ut vigilémus cum Chriſto, & requieſcámus in pace.

PRECES.

Quando dictæ ſunt Preces in Veſperis, hæ dicuntur flexis genibus.

In Semidupl. & intra Octav. omittuntur ſeqq. ℣℣.

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

Credo in Deum.

℣. Carnis reſurrectiónem, ℟. Vitam æternam. Amen.

℣. Benedíctus es, Dómine, Deus patrum noſtrórum; ℟. Et laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in ſécula. *Daniel.* 3. 52.

℣. Benedíctum nomen glóriæ tuæ ſanctum; ℟. Et laudábile, & ſuperexaltátum in ómnibus ſéculis. *Ibid.*

℣. Benedíctus es in firmamento cœli; ℟. Et laudábilis, & glorióſus in ſécula. *Daniel* 3. 56.

℣. Benedícat nos Deus,

Deus noſter : ℟. Benedicat nos Deus. *Pſ. 66. 7. 8.*

Hebdomadarius facit Confeſſionem, mediocri voce dicens :

COnfiteor Deo omnipotenti, beátæ Maríæ ſemper vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joanni Baptiſtæ, ſanctis Apóſtolis Petro & Paulo, ómnibus Sanctis, [& vobis, fratres,] quia peccávi nimis cogitatióne, verbo & ópere: meâ culpâ, meâ culpâ, meâ máximâ culpâ. Ideò precor beátam Maríam ſemper vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joannem Baptiſtam, ſanctos Apóſtolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, (& vos, fratres,) oráre pro me ad Dóminum Deum noſtrum.

Chorus dicit :

Miſereátur tuî omnípotens Deus; &, dimiſſis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

Hebdomadarius reſpondet :

℟. Amen.

Deinde Chorus facit Confeſſionem ; & ubi dictum eſt : vobis, fratres, *&* vos, fratres, *dicit :* tibi, pater, *&* te, pater.

Mulieres in ſuis Conventibus, loco fratres *&* pater, *dicunt*, ſoróres, *&* mater.

Factâ Confeſſione à Choro, Hebdomadarius dicit :

MIſereátur veſtrî omnípotens Deus; &, dimiſſis peccátis veſtris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

[*Qui ſolus recitat, ſemel dicit*, Confiteor, *omiſſis vocibus quæ clauduntur parentheſi, & additâ particulâ* &, *ante voces* ómnibus *&* omnes. *Deinde* Miſereátur *ſemel, ad quod dicit* noſtrî, noſtris, nos.]

INdulgéntiam, abſolutiónem, & remiſſiónem peccatórum noſtrórum tríbuat nobis omnípotens & miſéricors Dóminus. ℟. Amen.

℣. Exaudi nos, Deus ſalutáris noſter, ℟. Spes ómnium finium terræ. *Pſ. 64. 6.*

℣. Miſerére noſtrî, Dómine, ℟. Miſerére noſtrî. *Pſ. 122. 3.*

℣. Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, ℟. Quemádmodum ſperávimus in te. *Pſ. 32. 22.*

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ. 101. 2.*

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

VIſita, quæſumus, Dómine, habitatiónem

noſtram, & omnes inſídias inimíci ab ea longè repelle: Angeli tui ſancti hábitent in ea, qui nos in pace cuſtódiant; & benedíctio tua ſit ſuper nos ſemper; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobiſcum,

℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino, ℟. Deo grátias.

Finito Completorio, ſubmiſſâ voce dicitur: Benedícat & cuſtódiat nos omnípotens & miſéricors Dóminus, Pater, & Fílius, & Spíritus ſanctus.

℟. Amen.

Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace.

℟. Amen.

ANTIPHONA DE BEATA, AD DEVOTIONEM.

SALVE, Regína, mater miſericórdiæ; vita, dulcédo & ſpes noſtra, ſalve; ad te clamámus, éxules fílii Evæ; ad te ſuſpirámus, gementes & flentes in hac lacrymárum valle: eia ergo, advocáta noſtra, illos tuos miſericordes óculos ad nos converte; & Jeſum, benedíctum fructum ventris tui, nobis poſt hoc exílium oſtende; ô clemens, ô pia, ô dulcis virgo María.

℣. Ora pro nobis, ſancta Dei génitrix:

℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

Orémus.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui glorióſæ vírginis matris Maríæ corpus & ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum effici mererétur, Spíritu ſancto cooperante, præparaſti; da, ut cujus commemoratióne lætámur, ejus piâ interceſſióne ab inſtántibus malis, & à morte perpétua liberémur. Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Poſt completum Officium, dicitur ſecretò, Pater, Ave, Credo.

ABSOLUTIONES ET BENEDICT.

ANTE LECTIONES.

DOMINICA.

IN I. NOCTURNO.

Et pro II. & V. Feria.

Abſolutio.

EXaudi, Dómine Jeſu Chriſte, preces ſervórum tuórum, & miſerére nobis, qui cum Patre & Spíritu ſancto vivis & regnas in ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Benedictiones.

1. Benedictióne perpétuâ benedícat nos Pater ætérnus. ℟. Amen. *Sic reſpondetur* Amen *ad ſingulas Benedictiones.*
2. Unigénitus Dei Fílius nos benedícere & adjuváre dignétur.
3. Spíritûs ſancti grátia illúminet ſenſus & corda noſtra.

IN II. NOCTURNO.

Et pro III. & VI. Feria.

Abſolutio.

IPſíus píetas & miſericórdia nos ádjuvet, qui cum Patre & Spíritu ſancto vivit & regnat in ſécula ſeculórum. ℟. Amẽ.

Benedictiones.

4. Deus Pater omnípotens ſit nobis propítius & clemens.
5. Chriſtus perpétuæ det nobis gáudia vitæ.
6. Ignem ſui amóris accendat Deus in córdibus noſtris.

IN III. NOCTURNO.

Abſolutio.

A Vínculis peccatórum noſtrórum abſolvat nos omnípotens & miſéricors Dóminus.

℟. Amen.

Benedictiones.

7. Ille nos benedícat, qui ſine fine vivit & regnat.
8. Divínum auxílium máneat ſemper nobiſcum.
9. Evangélica léctio ſit nobis ſalus & protéctio.

Si pro decima, aut pro ſeptima, aut pro quarta Lectione legendum ſit aliud Evangelium, tunc Benedictio erit: Per evangélica dicta deleantur noſtra delicta.

Si tria legantur Evangelia, Benedictio ad tertium Evangelium erit: Verba ſancti Evangélii dóceat nos Chriſtus Fílius Dei.

Quando D. Epiſcopus Lectionem lecturus eſt, poſtquam ipſe præmiſit ex more, Jube, domne, benedícere, *dignior poſt ipſum dicit illi,* Ora pro nobis, Pater. *Ipſe autem Epiſco-*

pus dicit Benedictionem convenientem, Evangélica lectio, *vel*, Per evangélica, *vel*, Verba ſancti, &c. *Tumque Chorus reſpondet* Amen. *Idem obſervatur ubi unicus eſt Presbyter.*

Feria IV. & Sabbato, *Abſol.* A vinculis, *ut ſup.*

Benedictiones.

1. Ille nos benedícat, qui ſine fine vivit & regnat.
2. Divínum auxílium, &c.
3. Ad ſocietátem cívium ſupernórum perdúcat nos Rex Angelórum.

In omni Feria, quando legitur Evangelium cum Homilia, ſemper dicuntur Benedict. tertii Nocturni de Domin. Abſolutio autem ſecundùm Feriam.

Intra Octavas Paſchæ & Pentecoſtes, & quoties tertia Lectio eſt Evangelium, fit ut in Feriis quibus legitur Evangelium.

Alias verò intra Octavas, Abſolut. & Benedict. dicuntur ſecundùm Feriam, cùm fit de Octava.

In Feſtis ſex Lectionum dicuntur Abſolutiones & Benedictiones ſecundi & tertii Nocturni diei Dominicæ, & quinta Benedictio eſt octava Feſtorum novem Lectionum Cujus Feſtum, *vel* quorum, *vel* quarum.

In Feſto ſimplici dicitur Abſolutio ſecundùm Feriã.

Benedictiones verò:

1. Ille nos benedícat.
2. Cujus feſtum cólimus, ipſe pro nobis intercédat ad Dóminum, *vel* Quorum feſtum cólimus, ipſi pro nobis intercédant ad Dóminum, *vel* Quarum, &c.
3. Ad ſocietátem.

Si pro tertia Lectione legatur Evangelium cum Homilia, & lectum non ſit aliud Evangelium, tertia Benedictio erit, Evangélica léctio, &c. *non autem*, Per evangélica.

In Feſtis B. Mariæ, penultima Benedictio erit, Cujus Feſtum cólimus, ipſa Virgo vírginum intercédat pro nobis ad Dóminum.

Sabbato autem, quando fit de ea, dicitur: Alma Virgo vírginum intercédat pro nobis ad Dñum.

At in ejus Officio parvo, Benedictiones ſunt: Nos cum prole. Vírginis Maríæ Fílius, *&* Per Vírginem, *ut proprio loco notantur.*

Si in Feriis Lectio quarta eſt de Sancto, aut ſi in Feſtis trium & ſex Lectionum, quarta aut ſeptima Lectio occurrat de Sancto aut de Sanctis, Benedictio erit, Ipſe Deus pacis ſanctíficet nos per ómnia.

PROPRIUM DE TEMPORE.

PARS ÆSTIVA.

IN FESTO SS. TRINITATIS.

SOLEMNE-MINUS.

IN I. VESPERIS.

Pſalmi de Sabbato.

Ant. AUdi, Iſraël: Dó- 1. D. minus Deus noſter, Dóminus unus eſt. *Deut.* 6. 4.

Ant. 3. a. Ipſe eſt Deus deórum, & Dóminus dominántium, Deus magnus & potens. *Deut.* 10. 17.

Ant. 5. C. Excelſus & ſublímis, hábitans æternitátem; & ſanctum nomen ejus. *Iſ.* 57. 15.

Ant. 7. *d.* Magnus consílio, & incomprehensíbilis cogitátu. *Jerem.* 32. 19.

Ant. 6. F. Fortíſſime, magne & potens, Dóminus exercítuum nomen tibi. *Ibid.* 18.

Capitul. Iſai. 46. *v.* 9. 10.

EGo ſum Deus, & non eſt ultrà Deus, nec eſt símilis meî: annúntians ab exórdio noviſſimum, & ab inítio, quæ necdum facta ſunt; dicens: Consílium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet.

℟. Deo grátias.

Sic reſpondetur in fine omnium Capitulorum.

℟. Confiteantur tibi pópuli, Deus, confiteantur tibi pópuli omnes: * Benedícat nos Deus, Deus noſter, † Benedícat nos Deus. *Pſ.* 66. *v.* 6. 7. 8.
℣. Benedíctio, & cláritas, & gratiárum áctio, & virtus Deo noſtro. *Apoc.* 7. 12. * Benedícat. ℣. Glória. † Benedícat.

Hymnus.

TER ſancte, ter potens Deus,
Incomprehenſa Trínitas,
O lux perennis! própriis
O ter beáta gáudiis!

O VERA ſemper Unitas!
O una ſemper Véritas!
O ſancta ſemper, quæ bonum
Diffundis omne, Cháritas!

Te denſa circum núbila,
Te circum inacceſſum jubar,
Quod intùs ardent Angeli
Circum trementes cérnere.

Te confitétur in tuo
Et plebs renáta nómine;
Firmâque prælibat fide
Amor quod ambit præmium.

Qui nos creávit laus Patri;
Laus, qui redémit, Filio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Excelſus Dóminus, & humília réſpicit; ℟. Et alta à longè cognoſcit. *Pſal.* 137. 6.

Ad Magníſic. *Ant.* 4. E. Apparuérunt Abrahæ tres viri ſtantes prope eum, & adorávit in terram. Et dixit: Dómine, ne tránſeas ſervum tuum. *Gen.* 18. *v.* 2. 3.

Oratio, Omnípotens ſempiterne Deus, *ut infrà ad Laudes, pag.* 189.

Deinde fit commemoratio de Sabbato ante Dominicam primam poſt Pentecoſten.

Ant. Non eſt ſanctus ut eſt Dóminus; & non eſt fortis ſicut Deus noſter. 1. *Reg.* 2. 2.

℣. Lætábor & exultábo in te; ℟. Pſallam nómini tuo, Altíſſime. *Pſ.* 9. 3.

Orat. Deus, in te ſperántium, *ut infrà ad Laudes, p.* 189.

Ad Completorium, *ut in Pſalterio.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Deum verum, unum in Trinitáte, & Trinitátem in unitáte, * Veníte, adorémus.

Pſalmus, Veníte, *p.* 2.

Hymnus.

Sublime Numen, ter potens, ter máximum,
Incomprehenſum lucis immenſæ jubar,
Simplex & unus, & tribus conſtans Deus,
Te res creátæ laude jugi cóncinant.

Tu Trinitátis fons inexhauſtus, Pater,
Filíque naſcens Patris æterno ſinu,
Ac ſancte manans è duóbus, Spíritus,
Nil vos in una dividit ſubſtántia.

Persona triplex; una jungit Unitas:
In Patre ſemper Natus, in Nato Pater;
Uterque ſacro ſemper eſt in Spíritu;
In Patre ſemper, inque Nato Spíritus.

Sed nullus horum quémlibet vincit, gradu
Vel major extat, vel prior poténtiâ;
Æquále regnum, parque majeſtas trium,
Origo nulli dígnius confert bonum.

Rerum creátor, laus tibi,
vivens Pater:
Laus æqua, mundum
qui redémit, Fílio:
Quo nos ſupernis ígnibus
ſuccéndimur,
Compar in ævum Flámini
ſit glória. Amen.

Pſalmi de Dominica in toto Officio.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Dómine Rex omnípotens, tu feciſti cœlum & terram, & quidquid cœli ámbitu continétur: Dóminus ómnium es. *Eſther.* 13. 9.-11.

Ant. 7. d. Dignus es, Dómine Deus noſter, accípere glóriam, & honórem, & virtútem; quia tu creaſti ómnia. *Apoc.* 4. 11.

Ant. 5. a. Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt ómnia: ipſi glória in ſécula. *Rom.* 11. 36.

℣. Quàm magnificáta ſunt ópera tua, Dómine!
℟. Omnia in ſapiéntia feciſti. *Pſ.* 103. 24.

Pater. *Abſol. & Bened. habentur poſt Pſalterium.*

De libro Géneſis.

Lectio I. *Cap.* 3. *v.* 21.

Plures in Deo perſonæ.

Fecit Dóminus Deus Adæ & uxóri ejus túnicas pellíceas, & índuit eos, & ait: Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum: nunc ergo ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat étiam de ligno vitæ, & cómedat, & vivat in ætemum. Et emíſit eum Dóminus Deus de paradíſo voluptátis, ut operarétur terram, de qua ſumptus eſt.

℟. j. Quis in núbibus æquábitur Dómino, símilis erit Deo in fíliis Dei? * Deus qui glorificátur in concílio ſanctórum, magnus & terríbilis ſuper omnes qui in circúitu ejus ſunt. *Pſ.* 88. *v.* 7. 8.
℣. Rex regum & Dóminus dominántium. *Apoc.* 19. *v.* 16. * Deus.

Lectio II. *Cap.* 18. *v.* 1.

Trinitas adumbrata.

Appáruit Abrahæ Dóminus in convalle Mambre ſedenti in óſtio tabernáculi ſui in ipſo fervóre diéi. Cumque elevaſſet óculos, apparuérunt ei tres viri ſtantes prope eum: quos cùm vidiſſet, cucurrit in occurſum eórum de óſtio tabernáculi, & adorávit in terram. Et dixit: Dómine, ſi invéni grátiam in óculis tuis, ne tránſeas ſervum tuum.

℟. ij. Chriſtus véniens evangelizávit pacem; * Quóniam per ipſum habémus acceſſum ambo in uno Spíritu ad Patrem. *Eph.* 2. 17. ℣. Spíritus oris noſtri Chriſtus Dóminus. *Lam.* 4. *v.* 20. * Quóniam.

De Iſaía Prophéta.

LECTIO III. *Cap.* 6. *v.* 1.

Tres in Deo perſonæ deſignantur.

VIdi Dóminum ſedentem ſuper ſólium excelſum & elevátum; & ea quæ ſub ipſo erant, replébant templum. Séraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ uni, & ſex alæ álteri; duábus velábant fáciem ejus, & duábus velábant pedes ejus, & duábus volábant. Et clamábant alter ad álterum: Sanctus, ſanctus, ſanctus Dóminus Deus exercítuum; plena eſt omnis terra glóriâ ejus. Et commóta ſunt ſuperliminária cárdinũ à voce clamantis, & domus repléta eſt fumo.

℟. *iij.* Ei qui potens eſt ómnia fácere ſuperabundanter quàm pétimus aut intellígimus, * Ipſi glória in Eccléſia in Chriſto Jeſu † In omnes generatiónes ſéculi. *Eph.* 3. *v.* 20. 21. ℣. Poteſtas ejus, poteſtas ſempiterna, & regnum ejus in generatiónem & generatiónem. *Dan.* 4. *v.* 31. * Ipſi. ℣. Glória. † In omnes.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. f. Unxit Jeſum Deus Spíritu ſancto, & virtúte. *Act.* 10. 38.

Ant. 1. a. Quis eſt qui vincit mundum, niſi qui credit quóniam Jeſus eſt Fílius Dei? 1. *Joan.* 5. 5.

Ant. 2. D. Spíritus eſt qui teſtificátur, quoniam Chriſtus eſt véritas. 1. *Joan.* 5. 6.

℣. Cantábo, Dómine, fortitúdinem tuam, ℟. Et exultábo miſericórdiam tuam. *Pſ.* 58. 17.

Ex libro ſancti Fulgéntii Epiſcopi, de fide ad Petrum.

LECTIO IV. *Cap.* 1.

FIdes, quam ſancti Patriarchæ atque Prophétæ ante Incarnatiónem Fílii Dei divínitùs accepérunt, quam étiam ſancti Apóſtoli ab ipſo Dño in carne póſito audiérunt, & Spíritûs ſancti magiſtério inſtructi, non ſolùm ſermóne prædicavérunt, verùm étiam ad inſtructiónem ſalubérrimam poſterórum ſcriptis ſuis índitam reliquérunt, unum Deum prædicat Trinitátem, id eſt, Patrem, & Fílium, & Spíritum ſanctum. Sed Trínitas vera non eſſet, ſi una eadémque persóna dicerétur Pater & Fílius & Spíritus ſanctus.

℟. *iv.* Benedictus Deus, & Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, * Qui elégit nos in ipſo, ut eſſémus ſancti & immaculáti in conſpectu ejus. *Eph.* 1. 3. 4. ℣. Recordátus eſt Dóminus pópuli ſui: póſuit in médio ejus Spíritum ſan-

ĉti ſui. *Iſ.* 63. 11. * Qui elégit.

LECTIO V.

SI enim ſicut eſt Patris, & Fílii,& Spíritûs ſancti una ſubſtántia, ſic eſſet una persóna; nihil omníno eſſet in quo veráciter Trínitas dicerétur. Rurſus Trínitas quidem vera eſſet, ſed unus Deus Trínitas ipſa non eſſet, ſi quemádmodum Pater, & Filius, & Spíritus ſanctus, perſonárum ſunt ab ínvicem proprietáte diſtíncti, ſic fuiſſent naturárum quoque diverſitáte diſcréti. Sed quia in illo uno vero Deo Trinitáte, non ſolùm quod unus Deus eſt, ſed étiam quod Trínitas eſt, naturáliter verum eſt: proptérea ipſe verus Deus in persónis Trínitas eſt, & in una natúra unus eſt.

℞. *v.* Unus Deus & pater ómnium, * Qui eſt ſuper omnes, & per ómnia, & in ómnibus nobis. *Eph.* 4. *v.* 6. ℣. Apud ipſum eſt ſapiéntia & fortitúdo. *Job.* 12. *v.* 13. * Qui eſt ſuper omnes, & per.

LECTIO VI.

PEr hanc unitátem naturálem totus Pater in Fílio & Spíritu ſancto eſt; & totus Fílius in Patre & Spíritu ſancto eſt; totuſque Spíritus ſanctus in Patre & Fílio eſt. Nullus horum extra quémlibet ipſórum eſt: quia nemo álium aut præcédit æternitáte, aut excédit magnitúdine, aut ſúperat poteſtáte: quia nec Fílio, nec Spíritu ſancto, quantùm ad natúræ divinæ unitátem pértinet, aut antérior aut major Pater eſt: nec Fílii ætérnitas atque imménſitas, velut antérior aut major, Spíritûs ſancti æternitátem immenſitatemque aut præcédere aut excédere naturáliter poteſt.

℞. *vj.* Spíritus ómnia ſcrutátur, étiam profunda Dei; * Et quæ Dei ſunt, nemo cognóvit, niſi Spíritus Dei. 1. *Cor.* 2. *v.* 10. ℣. Ipſe dat ſapiéntiam ſapiéntibus; ipſe revélat profúnda & abſcóndita. *Dan.* 2. *v.* 21. 22. * Et quæ Dei ſunt. ℣. Glória. * Et quæ.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Numquid non pater unus ómnium noſtrûm? numquid non Deus unus creávit nos? *Mat.* 2. 10.

Ant. 6. F. In Chriſto unxit nos Deus, & ſignávit nos, & dedit pignus Spíritûs in córdibus noſtris. 2. *Cor.* 1. 21. 22.

Ant. 8. G. Nemo poteſt dícere, Dóminus Jeſus, niſi in Spíritu ſancto. 1. *Cor.* 12. 3.

℣. Confitémini Dómino quóniam bonus; ℟. Quóniam in ſéculum miſericórdia ejus. *Pſ.* 117. 1.

De Epíſtola prima beáti Joannis Apóſtoli.

Lect. VII. *Cap.* 5. *v.* 4.

Tres in cœlo dant teſtimonium.

OMne quod natum eſt ex Deo, vincit mundũ: & hæc eſt victória quæ vincit mundum, fides noſtra. Quis eſt qui vincit mundum, niſi qui credit quóniam Jeſus eſt Fílius Dei? Hic eſt, qui venit per aquam & sánguinem, Jeſus Chriſtus: non in aqua ſolùm, ſed in aqua & sánguine. Et Spíritus eſt, qui teſtificátur, quóniam Chriſtus eſt véritas. Quóniam tres ſunt, qui teſtimónium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spíritus ſanctus: & hi tres unum ſunt.

℟. *vij.* Locútus eſt Jeſus úndecim Diſcípulis: Euntes, docéte omnes gentes, baptizantes eos * In nómine Patris, & Fílii, & Spíritûs ſancti. *Matt.* 28. *v.* 18. 19. ℣. Ibunt aquæ, & fons de domo Dñi egrediétur & irrigábit. *Joel.* 3. *v.* 18. * In nómine.

Lectio VIII.

Tres in terra dant teſtimonium.

ET tres ſunt, qui teſtimónium dant in terra: ſpíritus, & aqua, & ſanguis: & hi tres unum ſunt. Si teſtimónium hóminum accípimus, teſtimónium Dei majus eſt: quóniam hoc eſt teſtimónium Dei, quod majus eſt, quóniam teſtificátus eſt de Fílio ſuo. Qui credit in Fílium Dei, habet teſtimónium Dei in ſe. Qui non credit Fílio, mendácem facit eum: quia non credit in teſtimónium quod teſtificátus eſt Deus de Fílio ſuo. Et hoc eſt teſtimónium, quóniam vitam ætérnam dedit nobis Deus: & hæc vita in Fílio ejus eſt. Qui habet Fílium, habet vitam; qui non habet Fílium, vitam non habet.

℟. *viij.* O altitúdo divitiárum ſapiéntiæ & ſciéntiæ Dei! * Quàm incomprehenſibília ſunt judícia ejus, & inveſtigábiles viæ ejus! *Rom.* 11. 33. ℣. Magnus Dóminus & laudábilis nimis. *Pſ.* 144. 3. * Quàm.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lect. IX. *Cap.* 28. *v.* 18.

Inſtitutio Baptiſmi.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra; euntes ergo, docéte omnes gentes, baptizantes eos in nómine Patris,

& Filii, & Spíritûs ſancti. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Nazianzéni.

Tract. de Fide. Orat. 49.

QUis Catholicórum ignórat Patrem verè eſſe Patrem, Filium verè Filium, & Spíritum ſanctum verè eſſe Spíritum ſanctum? ſicut ipſe Dóminus ad Apóſtolos ſuos dicit: Euntes, baptizáte omnes gentes in nómine Patris, & Filii, & Spíritûs ſancti. Hæc eſt perfecta Trínitas in unitáte conſiſtens, quam ſcílicet unius ſubſtántiæ profitémur. Non enim nos ſecundùm córporum conditiónem, diviſiónem in Deo fácimus; ſed ſecundùm divínæ natúræ poténtiam, quæ in matéria non eſt: & nóminum persónas verè conſtáre crédimus; & unitátem divinitátis eſſe teſtámur. Nec extenſiónem partis alicújus ex parte, ut quidam putavérunt, Dei Filium dícimus: nec verbum ſine re, velut ſonum vocis accípimus; ſed tria nómina & tres persónas unius eſſe eſſéntiæ, unius majeſtátis atque poténtiæ crédimus.

℟. *ix.* Séraphim clamábant alter ad álterum: * Sanctus, ſanctus, ſanctus Dóminus Deus exercítuum; † Plena eſt omnis terra glóriâ ejus. *Iſ.* 6. 2. 3. ℣. Tres ſunt qui teſtimónium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spíritus ſanctus; & hi tres Unum ſunt. 1. *Joan.* 5. 7. * Sanctus. ℣. Glória. † Plena eſt. *Reſumitur* Séraphim.

Poſt hoc ℟. *legitur Evangelium, cum Homilia de Dominica prima poſt Pentecoſten.*

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lect. X. *Cap.* 6. *v.* 36.

Miſericordia commendatur.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Eſtóte miſericordes ſicut & Pater veſter miſéricors eſt: nolíte judicáre, & non judicabímini; nolíte condemnáre, & non condemnabímini: dimíttite, & dimittémini; date, & dábitur vobis. Et réliqua.

Homília ſancti Clementis Papæ & Mártyris.

Epiſt. 1. *ad Cor. c.* 13. 14. *ſcripta ſeculo* 1.

HUmiles ſimus, fratres, deponentes omnem arrogántiam, & faſtum, & améntiam, & iras, præcípuè mémores ſermónum Dómini Jeſu, quos locútus eſt, docens manſuetúdinem & æquanimitátem; ſic enim dixit: Miserémini, ut mi-

ſericórdiam conſequámini; dimíttite, ut dimittátur vobis: ſicut fácitis, ita vobis fiet, ſicut datis; ita dábitur vobis. Hoc præcepto & his mandátis ſtabiliámus nos, ſemper obedientes ſimus ſanctis illíus elóquiis, humíliter de nobis ſentientes. Juſtum ergo ac pium eſt, viri fratres, Deo pótiùs obedientes nos eſſe, quàm ſequi eos qui in ſupérbia & ſeditióne duces fuérunt abominandæ æmulatiónis. Detrimentum enim non leve, immò verò grande perículum ſuſtinébimus, ſi præcipitanter nos tradidérimus voluntátibus hóminum, qui ad contentiónem & ſeditiónem collimant. Benigni inter nos ſimus, juxta miſericórdiam & dulcédinem illíus qui fecit nos.

Poſt Lectionem dicitur Te Deum; *& ſic in omnibus aliis Feſtis in quibus legendum eſt Evangelium cum Homilia Dominicæ, vel Feriæ Majoris, vel Vigiliæ.*

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Benedicat nos Deus, Deus noſter: ℟. Benedícat nos Deus. *Pſ. 66.*

Ant. 3. a. SCimus quòd nullus eſt Deus niſi unus: nam etſi ſunt qui dicantur dii ſive in cœlo ſive in terra, nobis tamen unus Deus. 1. *Cor.* 8. 4.-6.

Ant. 7. a. Nobis unus Deus, Pater, ex quo ómnia, & nos in illum. *Ib.* 6.

Ant. 5. a. Unus Dóminus Jeſus Chriſtus, per quem ómnia, & nos per ipſum. *Ibid.*

Ant. 8. G. Unus Spíritus, unus Dóminus, una fides, unum baptiſma. *Epheſ.* 4. 4. 5.

Ant. 1. a. Ipſe Spíritus teſtimónium reddit ſpirítui noſtro, quòd ſumus herédes quidem Dei, cohærédes autem Chriſti. *Rom.* 8. 16. 17.

Capitulum. Apoc. 7. 12.

BEnedíctio, & cláritas, & ſapiéntia, & gratiárum áctio, honor, & virtus, & fortitúdo Deo noſtro in ſécula ſeculórum: Amen.

Hymnus.

O Luce quæ tuâ lates,
Beáta ſemper Trínitas;
Te confitémur, crédimus,
Pióque corde quærimus.

O sancte ſanctórum Pater,
O Nate de Deo Deus,
O charitátis vínculum
Jungens utrumque Spíritus!

Ut ſe videt totum Pater,
Coæva proles náſcitur;
Amorque, quo ſe díligunt,
Et ipſe procédit Deus.

Est totus in Nato Pater,
In Patre totus Filius;
Natóque plenus ac Patre,
Ineſt utrique Spíritus.

Quod Natus eſt, hoc Spíritus;
Hoc eſt uterque quod Pater;
Tres una ſumma Véritas,
Tres una ſumma Cháritas.

Æterna Patri glória,
Natóque ſit cum Spiritu,
Qui vivit & regnat Deus
In ſeculórum ſécula.
Amen.

℣. Quis loquétur poténtias Dómini; ℟. Audítas faciet omnes laudes ejus? *Pſ.* 105. 2.

Ad Benedict. *Ant.* 6. F. Benedicta ſit ſancta creátrix & gubernátrix ómnium, ſancta & individúa Trínitas, nunc & ſemper, & per infiníta ſécula ſeculórum.

Oratio.

Omnípotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſióne veræ fidei, æternæ Trinitátis glóriam agnóſcere, & in poténtia majeſtátis adoráre Unitátem: quæſumus, ut ejuſdem fidei firmitáte, ab ómnibus ſemper muniámur adverſis; Per.

Pro Commemoratione Dominica.

Ant. Nolíte condemnáre, & non condemnabímini: eâdem quippe menſúrâ quâ menſi fuéritis remetiétur vobis. *Luc.* 6. 37. 38.

℣. Manè aſtábo tibi, Dómine, & vidébo; ℟. Quóniam non Deus volens iniquitátem tu es. *Pſ.* 5. 5.

Oratio.

Deus, in te ſperántium fortitúdo, adeſto propítius invocatiónibus noſtris; & quia ſine te nihil poteſt mortális infirmitas, præſta auxílium grátiæ tuæ, ut in exequendis mandátis tuis, & voluntáte tibi & actióne placéamus; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 3. a. Scimus.

Dicitur Symbolum, Quicumque vult ſalvus eſſe.

CANON.

Ex Concílio Conſtantinopolitáno ſecundo Œcuménico.

An. 553. *Collat.* 8. *Can.* 1.

Si quis non confitétur Patris, & Fílii, & Spíritùs ſancti unam natúram ſive ſubſtántiam, & unam virtútem & poteſtátem, Trinitátem conſubſtantiálem, unam Deitátem in tribus ſubſiſténtiis ſive persónis adorandam: anathéma ſit.

AD TERTIAM.

Ant. 7. a. Nobis unus.

Capitul. Rom. 15. *v.* 5. 6.

Deus det vobis idipſum ſápere in altér-

utrum ſecundùm Jeſum Chriſtum, ut unánimes uno ore honorificétis Deũ & Patrem Dómini noſtri Jeſu Chriſti.

℟. *br.* Exaltáte Dóminum Deum noſtrum, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Exaltáte. ℣. Adoráte in monte ſancto ejus, * Allelúia. ℣. Glória. *Repet.* Exaltáte. *Pſ.* 98. 9.

℣. Jubiláte Deo, omnis terra, ℟. Servíte Dómino in lætítia. *Pſ.* 99. 2.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Unus Dóminus.

Capitulum. Judæ. 20. 21.

CHariſſimi, ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in Spíritu ſancto orantes, voſmetipſos in dilectióne Dei ſerváte, expectantes miſericórdiam Dómini noſtri Jeſu Chriſti in vitam æternam.

℟. *br.* Deus miſereátur noſtrî, & benedícat nobis, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Deus. ℣. Illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereátur noſtrî. * Allelúia. ℣. Glória. *Repet.* Deus. *Pſ.* 66. 2.

℣. Miſéricors Dóminus & juſtus, ℟. Et Deus noſter miſerétur. *Pſal.* 114. 5.

AD NONAM.

Ant. 1. a. Ipſe Spíritus.

Capitulum. Epheſ. 5. *v.* 18. 19. 20.

IMplémini Spíritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, & hymnis, & cánticis ſpirituálibus, cantantes, & pſallentes in córdibus veſtris Dómino, grátias agentes ſemper pro ómnibus, in nómine Dómini noſtri Jeſu Chriſti Deo & Patri.

℟. *br.* Quis Deus magnus ſicut Deus noſter? * Allelúia, allelúia. *Repet.* Quis. ℣. Tu es Deus qui facis mirabília. * Allelúia. ℣. Glória. *Repet.* Quis. *Pſ.* 76. *v.* 14. 15.

℣. Cantent in viis Dómini, ℟. Quóniam magna eſt glória Dómini, *Pſ.* 137. 5.

AD II. VESPERAS.

Antiphonæ de Laudibus.

Pſalmi de Dominica.

Capitulum. 2. Cor. 13. 13.

GRátia Dómini noſtri Jeſu Chriſti, & cháritas Dei, & communicátio ſancti Spíritûs ſit cũ ómnibus vobis.

Hymnus. Ter ſancte, *ut ſuprà in I. Veſp.*

℣. Benedictus Dóminus Deus Iſraël, ℟. Qui facit mirabília ſolus. *Pſ.* 71. 18.

Ad Magníſic. *Ant.* 4. E. Te Deum Patrem ingénitum, te Fílium unigénitum, te Spíritum ſanctum

tum, ſanctam &
nam Trinitátem,
rde & ore confité-
laudámus, atque
imus: tibi glória
a.
o, Omnípotens,
à ad Laudes, 189.
Commemoratione
ca I. poſt Pente-

Perfectus omnis
ſit ſicut magiſter
uc. 6. 40.
)irigátur, Dómi-
tio mea, ℟. Sicut
m in conſpectu
. 140. 2.
o, Deus, in te ſpe-
i, *ut ſuprà ad Lau-*
189.
OMPLETORIUM, *ut*
terio.
A SECUNDA.
ia dicuntur ut in
io cum Oratione Do-
præcedentis, Deus,
erántium, *p.* 189.
it Liber primus
Regum.
O I. *Cap.* 1. 1.
xores Elcanæ.
it vir unus de Ra-
athaimsóphim, de
onte Ephraïm, &
ejus Elcana, fílius
m, filii Elíu, filii
, filii Suph, E-
æus: & hábuit duas
, nomen uni Anna,
ien ſecundæ Phe-
Fueruntque Phe-
filii; Annæ autem

non erant líberi. Et aſ-
cendébat vir ille de civi-
táte ſua ſtatútis diébus,
ut adoráret, & ſacrificáret
Dómino exercítuum in Si-
lo. Erant autem ibi duo
filii Heli, Ophni & Phí-
nees, ſacerdótes Dómi-
ni. Venit ergo dies, &
immolávit Elcana, dedit-
que Phenennæ uxóri ſuæ,
& cunctis filiis ejus &
filiábus partes: Annæ au-
tem dedit partem unam
triſtis, quia Annam dili-
gébat. Dóminus autem
conclúſerat vulvam ejus.
Affligébat quoque eam æ-
mula ejus, & vehemen-
ter angébat, in tantùm,
ut exprobráret quòd Dó-
minus concluſiſſet vulvam
ejus: ſicque faciébat per
ſingulos annos, cùm re-
deunte témpore aſcénde-
rent ad templum Dómini.

℟. Benedictus es, Dó-
mine Deus Iſraël, ab
æterno in æternum: *
Tua eſt, Dómine, ma-
gnificéntia, & poténtia,
& glória; & tibi laus.
1. *Par.* 29. *v.* 10. 11.
℣. Virga æquitátis, virga
regni tui. *Hebr.* 1. 8. *
Tua.

LECTIO II. *v.* 9.
Votum Annæ.

SUrrexit autem Anna
poſtquàm coméderat
& bíberat in Silo. Et He-
li Sacerdóte ſedente ſuper
ſellam ante poſtes templi

Dómini, cùm eſſet Anna amáro ánimo, orávit ad Dóminum, flens lárgiter, & votum vovit. Factum eſt autem, cùm illa multiplicáret preces coram Dómino, ut Heli obſerváret os ejus. Porro Anna loquebátur in corde ſuo, tantumque lábia illíus movebantur, & vox pénitùs non audiebátur. Æſtimávit ergo eam Heli temulentam, dixitque ei: Uſquequò ébria eris? digere pauliſper vinum, quo mades. Reſpondens Anna: Nequáquã, inquit, Dñe mi. Ne réputes ancillam tuam quaſi unam de filiábus Bélial: quia ex multitúdine dolóris & mœróris mei locúta ſũ uſque in præſens. Tunc Heli ait ei: Vade in pace: & Deus Iſraël det tibi petiónem tuam, quam rogaſti eum. Et illa dixit: Utinam invéniat ancilla tua grátiam in óculis tuis. Et ábiit múlier in viam ſuam, & comédit, vultuſque illíus non ſunt ámplius in diverſa mutáti.

℟. Cuncta quæ in cœlo ſunt & in terrâ tua ſunt; * Tuum, Dómine, regnum, & tu es ſuper omnes príncipes. 1. *Par.* 29. *v.* 11. ℣. Thronus tuus, Deus, in ſéculum ſéculi. *Hebr.* 1. *v.* 8. * Tuum, Dómine.

LECTIO III. *v.* 19.

Nativitas & præſentatio Samuelis.

SUrrexérunt manè, & adoravérunt corã Dómino: reversíque ſunt, & venérunt in domum ſuam Rámatha. Cognóvit autem Elcana Annam uxórem ſuam: & recordátus eſt ejus Dóminus. Et factum eſt poſt círculum diérum, concépit Anna, & péperit filium, vocávitque nomen ejus Sámuel: eò quòd à Dómino poſtulaſſet eum. Aſcendit autem vir ejus Elcana, & omnis domus ejus, ut immoláret Dómino hóſtiam ſolemnem, & votum ſuum; & Anna non aſcendit: dixit enim viro ſuo: Non vadam, donec ablactétur infans, & ducam eum, ut appáreat ante conſpectum Dómini, & máneat ibi júgiter. Et adduxit eum ſecum, poſtquam ablactáverat, in vítulis tribus, & tribus módiis farínæ, & ámphorâ vini, & adduxit eum ad domum Dómini in Silo. Puer autem erat adhuc infántulus. Et immolavérunt vítulum, & obtulérunt púerum Heli. Et ait Anna: Pro púero iſto orávi, & dedit mihi Dóminus petitiónem meam quam poſtulávi eum. Idcircò & ego commodávi

ávi eum Dómi-
ctis diébus quibus
mmodátus Dómi-
adoravérunt ibi
m.
iæ divítiæ, Dó-
t tua eſt glória;
minaris ómnium:
anu tua virtus &
1. *Par*. 29. 12.
ns áliquos períre,
s ad pœniténtiam
. *Petr*. 3. 9.* Tu.
ia. † In manu.
A N O N.
cilio Tridentíno.
Can. 2. *de Sacram.*
trem. Unct.
s dixerit, ſacram
nórum Unctió-
n conferre grá-
ec remíttere pec-
c alleviáre infir-
d jam ceſſaſſe,
m tantùm fuerit
rationum: ana-
t.
A TERTIA.
o primo Regum.
I. *Cap*. 2. *v*. 11.
filiorum Heli.
biit Elcana Rá-
ia, in domum
uer autem erat
in conſpectu Dó-
e fáciem Heli ſa-
Porro filii Heli,
ial, neſciéntes
m, neque offi-
cerdótum ad pó-
ed quicumque im-
víctimam, ve-
uer ſacerdótis,
iva. Carc.

dum coquerentur carnes, & habébat fuſcínulam tridentem in manu ſua, & mittébat eam in lebétem, vel in caldáriam, aut in ollam ſive in cácabum: & omne quod levábat fuſcínula, tollébat ſacerdos ſibi. Sic faciébant univerſo Iſraéli veniéntium in Silo. Erat ergo peccátum puerórum grande nimis coram Dómino: quia retrahébant hómines à ſacrifício Dómini. Sámuël autem miniſtrábat ante fáciem Dómini, puer, accínctus ephod líneo. Et túnicam parvam faciébat ei mater ſua, quam afferébat ſtatútis diébus, aſcendens cum viro ſuo, ut immoláret hóſtiam ſolemnem. Et benedixit Heli Elcanæ & uxóri ejus: dixítque ei: Reddat tibi Dóminus ſemen de mulíere hac, pro fœnore quod commodaſti Dómino. Et abiérunt in locum ſuum. Viſitávit ergo Dóminus Annam, & concépit, & péperit tres fílios & duas fílias; & magnificátus eſt puer Sámuël apud Dóminum.

℟. Non longè eſt Deus ab unoquóque noſtrûm; * In ipſo enim vívimus, & movémur, & ſumus. *Act*. 7. 27. ℣. Dóminus excelſus, terríbilis, Rex magnus ſuper omnem ter-

ram. *Pſal.* 46. 3. * In ipſo.

LECTIO II. *v.* 22.

Mollis reprehenſio.

HEli autem erat ſenex valdè, & audívit ómnia quæ faciébant filii ſui univerſo Iſraéli, & quómodo dormiébant cum muliéribus quæ obſervábant ad óſtium tabernáculi: & dixit eis: Quare fácitis res hujuſcémodi, quas ego áudio, res péſſimas, ab omni pópulo? Nolíte, filii mei: non enim eſt bona fama, quam ego áudio, ut tránſgredi faciátis pópulum Dómini. Si peccáverit vir in virum, placári ei poteſt Deus: ſi autem in Dóminum peccáverit vir, quis orábit pro eo? Et non audiérunt vocem patris ſui: quia vóluit Dóminus occídere eos. Puer autem Sámuël proficiébat atque creſcébat, & placébat tam Dómino quàm homínibus.

℟. Peregríni ſumus coram te, Dómine, & ádvenæ ſicut omnes patres noſtri; * Dies noſtri quaſi umbra ſuper terram, & nulla eſt mora. 1. *Par.* 29. 15. ℣. Quid eſt homo, quòd memor es ejus; aut filius hóminis, quóniam viſitas eum? *Hebr.* 2. 6. * Dies.

LECTIO III. *v.* 27.

Prædicitur deſtructio domûs Heli.

VEnit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum: Hæc dicit Dóminus: Quare calce abjeciſtis víctimam meam, & múnera mea quæ præcépi ut offerréntur in templo: & magis honoraſti fílios tuos quàm me, ut comederétis primítias omnis ſacrifícii Iſraël pópuli mei? Proptérea ait Dóminus Deus Iſraël: Loquens locútus ſum ut domus tua, & domus patris tui, miniſtráret in conſpectu meo, uſque in ſempitérnum. Nunc autem dicit Dóminus: Abſit hoc à me: ſed quicumque glorificáverit me, glorificábo eum; qui autem contemnunt me, erunt ignóbiles. Ecce dies véniunt, & præcídam bráchium tuum, & bráchium domûs patris tui, ut non ſit ſenex in domo tua. Hoc autem erit tibi ſignum, quod ventúrum eſt duóbus fíliis tuis, Ophni & Phínees: In die uno morientur ambo. Et ſuſcitábo mihi ſacerdótem fidélem, qui juxta cor meum & ánimam meam fáciet: & ædificábo ei domum fidélem, & ambulábit coram Chriſto meo cunctis diébus.

manu tua, Dó-
magnitúdo, &
n ómnium: *
itur, Deus noſter,
iur tibi, † Et
ts nomen tuum
n. 1. *Par.* 29. *v.*
℣. Dilexiſti ju-
& odiſti iniquitá-
ibr. 1. 9. * Nunc.
tia. † Et laudá-

A N O N.
ıcilio Bituricenſi.
14. *Tit.* 28. *Can* 2.
ceantur infirmi,
Extrémam Unctió-
percepturi, quis
effectus; & non
ectandum, ad eam
ndam, vitæ fi-

A QUARTA.
:o primo Regum.
. I. *Cap.* 3. *v.* 1.
il ter vocatus à Domino.

autem Sámuël mi-
rábat Dómino co-
:li; & ſermo Dñi e-
ióſus in diébus illis,
at víſio manifeſta.
ı eſt ergo in die
n, Heli jacébat in
no, & óculi ejus
'erant, nec póterat
: lucerna Dei án-
ıextinguerétur, Sá-
lormiébat in tem-
omini, ubi erat ar-
i. Et vocávit Dó-
Sámuël. Qui reſ-
ns, ait: Ecce ego.

Et cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego: vocaſti enim me. Qui dixit: Non vocávi: revértere, & dormi. Et ábiit & dormívit. Et adjécit Dóminus, & vocávit adhuc Samuélem tértiò. Qui conſurgens, ábiit ad Heli, & ait: Ecce ego: quia vocaſti me. Intellexit ergo Heli quia Dóminus vocáret púerum: & ait ad Samuélem: Vade, & dormi: & ſi deinceps vocáverit te, dices: Lóquere, Dómine; quia audit ſervus tuus. Abiit ergo Sámuël, & dormívit in loco ſuo. Et venit Dóminus, & ſtetit: & vocávit, ſicut vocáverat ſecundò: Sámuël, Sámuël. Et ait Sámuël: Lóquere, Dómine; quia audit ſervus tuus.

℟. Hymnum novum cantémus Deo noſtro, * Adónaï, magnus es tu, & præclárus in virtúte tua. *Judith.* 16. 15. 16. ℣. Confidenter dicámus: Dóminus mihi adjútor. *Hebr.* 13. 6. * Adonaï.

LECTIO II. *v.* 11.

Mala in domum Heli ventura Samuël declarat.

DIxit Dóminus ad Samuélem: Ecce ego fácio verbum in Iſraël, quod quicumque audíerit: tinnient ambæ aures ejus. In die illa ſuſcitábo ad-

verſùm Heli ómnia quæ locútus ſum ſuper domum ejus: incípiam, & complébo. Dormívit autem Sámuël uſque mane, aperuítque óſtia domús Dómini. Et Sámuël timébat indicáre viſiónem Heli. Vocávit ergo Heli Samuélem, & dixit: Sámuël fili mi? Qui reſpondens ait: Præſto ſum. Et interrogávit eum: Quis eſt ſermo, quem locútus eſt Dóminus ad te? oro te, neceláveris me. Hæc fáciat tibi Deus, & hæc addat, ſi abſcónderis à me ſermónem, ex ómnibus verbis quæ dicta ſunt tibi. Indicávit itaque ei Sámuël univerſos ſermónes, & non abſcondit ab eo. Et ille reſpondit: Dóminus eſt: quod bonum eſt in óculis ſuis, fáciat. Crevit autem Sámuël, & Dóminus erat cum eo; & non cécidit ex ómnibus verbis ejus in terram. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrì.

℟. Magnus es, Dómine, in æternum, * Et in ómnia sécula regnum tuum; quóniam tu flagellas & ſalvas, dedúcis ad ínferos & redúcis. *Tob.* 13. *v.* 1. ℣. Magna & mirabília ſunt ópera tua, Dómine Deus. *Apoc.* 15. *v.* 3. * Et in ómnia ſécula.

De Sermóne ſancti Thomæ Aquinátis.

LECTIO III.

Opuſc. 57.

Etſi in die cœnæ, quando Sacramentum nóſcitur inſtitútum, inter Miſsárum ſolémnia de inſtitutióne ipsius ſpeciális méntio habeátur: totum tamen residuum ejuſdem diéi officium ad Chriſti paſſiónem pértinet, circa cujus veneratiónem Ecclésia illo témpore occupátur. Ut autem íntegro celebritátis officio inſtitutiónem tanti Sacramenti recóleret plebs fidélis, Rómanus Póntifex Urbánus quartus hujus Sacramenti devotióne affectus, piè ſtátuit præfátæ inſtitutiónis memóriam primâ quintâ Feriâ poſt Octávas Pentecoſtes à cunctis Fidélibus celebrári: ut qui per totum anni curriculum, hoc Sacramento útimur ad ſalútem, ejus inſtitutiónem illo témpore ſpeciáliter recolámus, quo Spíritus ſanctus corda diſcipulórum edócuit, ad plenè cognoſcenda hujus Sacramenti myſtéria: nam & in eódem témpore cœpit hoc Sacramentum à Fidélibus frequentári. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrì.

℟. Benedictus es, Dó-

ne Deus, in throno
ni tui: * Benedictus
qui intuéris abyſſos,
ſedes ſuper Chérubim;
Et laudábilis & ſu-
exaltátus in ſǽcula.
n. 3. *v.* 54. 55. ℣. Dó-
ne, Deus omnípotens,
es, & qui eras. *Apoc.*
v. 17. * Benedictus
℣. Glória Patri, & Fi-
, & Spirítui Sancto.
Et laudábilis & ſuper-
altátus.

CANON.

Ex Concilio Rhemenſi. *An.* 1583. *Tit. de Extrem. Unct. Num.* 2.

PArochus non expectet, ut rogétur de Sacramento Extrémæ-Unctiónis, ſed ſedulitáte ſuâ prævéniat ægrótum de vita periclitantem: caveatque ne vel mors unctiónem prævéniat, vel, morbo invaleſcente, ſemimórtuus non séntiat.

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

SOLEMNE-MAJUS.

IN I. VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Ant. 1. D. FAciet Dóminus ómnibus pópulis in monte Sion convívium pínguium, convívium medullatórum. *Iſ.* 25. 6.

Ant. 2. D. Vénient, & laudabunt in monte Sion: & cónfluent ad bona Dómini ſuper frumento & vino. *Jer.* 31. 12.

Ant. 3. a. Tríticum cómedent, & vinum bibent in átriis ſanctis. *Iſ.* 62. *v.* 89.

Ant. 4. E. Erit ánima eórum quaſi hortus irríguus, & ultrà non esúrient. *Jerem.* 31. *v.* 12.

Ant. 5. C. Quid bonum ejus eſt, & quid pulchrum ejus, niſi frumentum electórum, & vinum gérminans vírgines? *Zach.* 9. *v.* 17.

Capitulum. Jer. 31. 14.

INebriábo ánimam ſacerdótum pinguédine: & pópulus meus bonis meis adimplébitur, ait Dóminus.

℟. Parátum panem de cœlo * Præſtitiſti illis, Dómine, ſine labóre, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſapóris ſuavitátem. *Sap.* 16. 20. ℣. Dómine, ſemper da nobis panem hunc. *Joan.* 6. 34. * Præſtitiſti. ℣. Glória. * Præſtitiſti.

Hymnus, Pange lingua, *ut in II. Veſperis.* 208.

℣. Edent páuperes, & ſaturabuntur; ℟. Vivent corda eórum in ſǽculum. *Pſ.* 21. *v.* 27.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. O quàm ſuávis eſt, Dómine, Spíritus tuus! qui ut dulcédinem tuam in filios demonſtráres, pane ſuavíſſimo de cœlo præſtito eſurientes imples bonis, & dívites dimittis inánes, allelúia. *Sap.* 12. 1. & 16. 21. *Luc.* 1. 53.

Oratio, Deus, qui nobis, *ut infrà ad Laudes.*

AD COMPLETORIUM, *ut infrà.* 209.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Chriſtum regem adorémus dominantem géntibus, * Qui ſe manducántibus dat Spíritûs pinguédinem.

Hymnus. S. Th. Aq.

SAcris ſolémniis Juncta ſint gáudia,
Et ex præcórdiis Sonent præcónia:
Recédant vétera, Nova ſint ómnia,
Corda, voces, & ópera.

Noctis recólitur Cœna noviſſima,
Quâ Chriſtus créditur Agnum & ázyma
Dediſſe frátribus, Juxta legítima
Priſcis indulta pátribus.

Post agnum typicum, Explétis épulis,
Corpus Domínicum Datum diſcípulis,
Sic totũ ómnibus, Quod totum ſíngulis,
Ejus fatémur mánibus.

Dedit fragílibus Córporis férculum:
Dedit & triſtibus Sánguinis póculum,
Dicens, Accípite Quod trado váſculum:
Omnes ex eo bíbite.

Sic ſacrifícium Iſtud inſtítuit,
Cujus offícium Commítti vóluit,
Solis Preſbyteris, Quibus ſic cóngruit,
Ut ſumant, & dent céteris.

Panis angélicus Fit panis hóminum:
Dat panis cœlicus Figúris términum:
O res mirábilis! Mandúcat Dóminum
Pauper, ſervus, & húmilis.

Te trina Déitas Unaque, póſcimus:
Sic nos tu viſitas, ſicut te cólimus:
Per tuas sémitas Duc nos quò téndimus,
Ad lucem quam inhábitas. Amen.

IN I. NOCTURNO.

In Pſalm. Beátus vir, qui non ábiit. 3. *Ant.* 1. D. Fructum ſalutíferum guſtandum dedit Dóminus mortis ſuæ témpore.

In Pſ. Dómine Dóminus noſter. 47. *Ant.* 2. D. Quid eſt homo quòd memor es ejus; aut filius hóminis, quóniam viſitas eum?

In Pſ. Conſerva me. 100. *Ant.* 3. a. Communióne cálicis, quo Deus ipſe ſúmitur, non vitulórum ſánguine, congregávit nos Dóminus.

℣. Viſitaſti terram & inebriaſti eam: ℟. Multiplicaſti locupletáre eam. *Pſ.* 64. 10.

De libro Exodi.

Lectio I. *Cap.* 12. *v.* 1.

Agnus Paſchalis, figura Euchariſtiæ.

DIxit Dóminus ad Móyſen: Tollat unuſquiſque agnum per famílias & domos ſuas. Sin autem minor eſt númerus, ut ſufficere poſſit ad veſcendum a-

gnum, aſſûmet vicinum ſuum qui junctus eſt dómui ſuæ juxta númerum animárum quæ ſufficere poſſunt ad eſum agni. Erit autem agnus abſque mácula, máſculus, anníeulus: juxta quem ritum tollétis & hœdum. Et ſervábitis eum uſque ad quartam décimam diem menſis hujus: immolabítque eum univerſa multitúdo filiórum Iſraël ad véſperam. Et ſument de ſánguine ejus, ac ponent ſuper utrumque poſtem, & in ſuperlimináribus domórum, in quibus cómedent illum. Et edent carnes nocte illâ aſſas igni, & ázymos panes.

℟. *j.* Immolábit agnum multitúdo filiórum Iſraël ad véſperam Paſchæ; * Et edent carnes & ázymos panes. *Ex.* 12. 6. 8. ℣. Paſcha noſtrum immolátus eſt Chriſtus: ítaque epulémur in ázymis ſinceritátis & veritátis. 1. *Cor.* 5. 7. 8. * Et.

Lect. II. *Cap.* 16. *v.* 11.
Manna, altera Euchariſtiæ figura.

Locútus eſt Dóminus ad Móyſen, dicens: Audívi murmuratiónes filiórum Iſraël; lóquere ad eos: Véſperè comédetis carnes, & manè ſaturabímini pánibus: ſcietíſque quòd ego ſum Dóminus Deus veſter. Factum eſt ergo véſperè, & aſcendens coturnix, coopéruit caſtra: manè quoque ros jácuit per circúitum caſtrórum. Cumque operuiſſet ſuperficiem terræ, appáruit in ſolitúdine minútum & quaſi pilo tuſum in ſimilitúdinem pruínæ ſuper terram. Quod cùm vidiſſent filii Iſraël, dixérunt ad ínvicem: Manhu? quod ſignificat: Quid eſt hoc? ignorábant enim quid eſſet. Quibus ait Móyſes: Iſte eſt panis quem Dóminus dedit vobis ad veſcendum.

℟. *ij.* Manducavérunt manna in deſerto, * Et mórtui ſunt: hic eſt panis de cœlo deſcendens: ut ſi quis ex ipſo manducáverit, non moriátur. *Joan.* 6. 49. 50. ℣. Fílii autem Iſraël comedérunt man quadraginta annis. *Exod.* 16. 35. * Et.

Lect. III. *Cap.* 24. *v.* 3.
Sanguis fœderis, tertia figura.

Venit ergo Móyſes, & narrávit plebi ómnia verba Dómini, atque judícia: reſponditque omnis pópulus unâ voce: Omnia verba Dómini, quæ locútus eſt, faciémus. Scripſit autem Móyſes univerſos ſermónes Dómini: & manè conſurgens ædificávit altáre ad radi-

tes montis, & duódecim títulos, per duódecim tribus Iſraël. Miſitque júvenes de filiis Iſraël, & obtulérunt holocauſta, immolaveruntque víctimas pacíficas Dómino vítulos. Tulit ítaque Móyſes dimídiam partem ſánguinis, & miſit in cratéras: partem autem resíduam fudit ſuper altáre. Aſſumenſque volúmē fœderis, legit audiente pópulo: qui dixérunt: Omnia quæ locútus eſt Dóminus, faciémus, & érimus obedientes. Ille veró ſumptū ſánguinem reſperſit in pópulum, & ait: Hic eſt ſanguis fœderis quod pépigit Dóminus vobiſcum ſuper cunctis ſermónibus his.

℟. iij. Reſpexit Elías, & ecce ad caput ſuum ſubcinerícius panis; qui cùm ſurrexiſſet, comédit & bibit, & ambulávit * In fortitúdine cibi illíus. 3. *Reg.* 19. 6. 9. ℣. Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum. *Joan.* 6. 52. * In fortitúdine. ℣. Glória. * In fortitúdine.

IN II. NOCTURNO.

In Pſ. Exáudiat te Dóminus. 101. *Ant.* 4. E. Memor ſit Dóminus ſacrificii noſtri, & holocauſtum noſtrum pingue fiat.

In Pſ. Dóminus regit me. 114. *Ant.* 5. 2. Parátur nobis menſa Dómini adverſùs omnes qui tríbulant nos.

In Pſ. Quemádmodum desíderat. *cum ſua diviſione.* 92. *Ant.* 6. F. In voce exultatiónis réſonent epulantes in menſa Dómini.

℣. Oculi ómnium in te ſperant, Dómine; ℟. Et tu das eſcam illórum. *Pſ.* 144. 15.

Ex Epiſtola ſancti Ignátii Antiochéni Epíſcopi & Mártyris, ad Smyrnæos. 1. *&* 11. *ſec.*

LECTIO IV.

HÆrétici ab Euchariſtia & oratióne ábſtinent, eò quòd non confiteantur Euchariſtiam carnem eſſe Servatóris noſtri Jeſu Chriſti, quæ pro peccátis noſtris paſſa eſt, quam Pater ſuâ benignitáte ſuſcitávit. Contradicentes ergo huic dono Dei, altercantes moriuntur. Omnes Epíſcopum ſequímini, ut Jeſus Chriſtus Patrem; & Preſbytérium, ut Apóſtolos. Diáconos autem revereámini, ut Dei mandátum. Sine Epíſcopo nemo quidquam fáciat eórum quæ ad Eccléſiam ſpectant. Rata Euchariſtia habeátur illa, quæ ſub Epíſcopo fúerit, vel cui ipſe

concéſſerit. Ubi comparúerit Epíſcopus, ibi & multitúdo ſit; quemádmodum ubi Chriſtus Jeſus, ibi Cathólica eſt Ecclésia. Non licet ſine Epíſcopo baptizáre, neque ágapen celebráre; ſed quodcumque ille probáverit, hoc & Deo eſt beneplácitum: ut tutum & ratum ſit quodcumque ágitur.

℟. *iv.* Sciens Jeſus, quia venit hora ejus, ut tránſeat ex hoc mundo ad Patrem: * Cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. *Joan.* 1. 31. ℣. Immolávit víctimas ſuas, miſcuit vinum, & propóſuit menſam. *Prov.* 9. 2. * Cùm.

Ex Apológia prima ſancti Juſtíni Mártyris, pro Chriſtiánis.

Anno 150.

LECTIO V.

EI qui frátribus præeſt, offertur panis, & póculum aquæ & vini; quibus ille acceptis, laudem & glóriam rerum universárum Patri, per nomen Fílii & Spíritûs ſancti offert; & Euchariſtiam, ſive gratiárum actiónem, pro eo quòd nos donis ſuis hiſce dignátus ſit, prolixè exéquitur. Porro alimentum hoc apud nos appellátur Euchariſtia, quod nulli álii participáre lícitum eſt, quàm veram eſſe doctrínam noſtram credenti, & lavácro propter remiſſiónem peccatórum & regeneratiónem ablúto, & ita, ut Chriſtus trádidit, viventi. Non enim ut commúnem panem, neque commúnem potum iſta ſúmimus; ſed quemádmodum per verbum Dei caro factus Jeſus Chriſtus, Servátor noſter, & carnem & ſánguinem ſalútis noſtræ causâ hábuit, ad eumdem modum étiam eam, in qua per preces Verbi ejus ab ipſo profecti grátiæ ſunt actæ, alimóniam, unde ſanguis & caro noſtra per mutatiónem aluntur, incarnáti illius Jeſu carnem & ſánguinem eſſe edocti ſumus. Nam Apóſtoli in commentáriis à ſe ſcriptis, quæ Evangélia vocantur, ita tradidérunt præcepiſſe ſibi Jeſum; eum enim pane accepto, cùm grátias egiſſet, dixiſſe: Hoc fácite in meâ recordatiónem; Hoc eſt corpus meum: & póculo ſimíliter accepto, & grátiis actis, dixiſſe: Hic eſt ſanguis meus.

℟. *v.* Mandávit núbibus déſuper, & pluit illis manna ad manducandum: * Et panem cœli

dedit eis ; panem Angelórum manducávit homo. *Pſ.* 77. 23. 24. ℣. Cùm facta eſſet hora, diſcúbuit & duódecim Apóſtoli cum eo. *Luc.* 22. 14. * Et panem.

Ex Tractátu ſancti Irenæi Lugdunenſis Epíſcopi adverſùs hæreſes.

Lib. 4. *Cap.* 18. 11. *ſec.*

LECTIO VI.

Quómodo conſtábit eis (hæréticis) eum panem in quo grátiæ actæ ſint, corpus eſſe Dómini ſui, & cálicem ſánguinis ejus, ſi non ipſum fabricatóris mundi Filium dicant, id eſt, Verbum ejus ? Quómodo autem rurſùs dicunt carnem in corruptiónem devenire, & non percípere vitam, quæ córpore Dómini & ſánguine álitur ? Ergo aut ſenténtiam mutent, aut abſtíneant offerendo quæ prædicta ſunt. Noſtra autem cónſonans eſt ſenténtia Euchariſtiæ, & Euchariſtia rursùs confirmat ſenténtiã noſtram. Quemádmodùm enim qui eſt à terra panis, percípiens invocatiónem Dei, jam non commúnis panis eſt, ſed Euchariſtia, ex duábus rebus conſtans, terrénâ & cœleſti : ſic & córpora noſtra percipiéntia Euchariſtiam, jam non ſint corruptibília, ſpem reſurrectiónis habéntia.

℟. vj. Memóriam fecit mirabílium ſuórum miſéricors & miſerátor Dóminus ; * Eſcam dedit timéntibus ſe : † Memor erit in ſéculum teſtamenti ſui. *Pſal.* 110. 4. 5. ℣. Cœnántibus eis accépit Jeſus panem, & benedixit ac fregit, deditque diſcípulis ſuis. *Matt.* 26. 26. * Eſcam. ℣. Glória. † Memor. *Reſumitur* Memóriam.

IN III. NOCTURNO.

In Pſalm. Júdica me, Deus. 93. *Ant.* 7. d. Introíbo ad altáre Dei : ſumam Chriſtum qui rénovat juventútem meam.

In Pſal. Exultáte. 107. *Ant.* 8. G. Cibávit eos Dóminus ex ádipe fruménti : & de petra melle ſaturávit eos.

In Pſ. Quàm dilecta. 113. *Ant.* 6. F. Ex altári tuo, Dómine, Chriſtum ſúmimus ; in quem cor & caro noſtra exultant.

℣. Edúcas panem de terra ; ℟. Et vinum lætíficet cor hóminis. *Pſ.* 103. 14.

De Epíſtola prima beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

LECT. VII. *Cap.* 11. *v.* 20.

Euchariſtiæ inſtitutio.

Conveniéntibus vobis in unum, jam non eſt Domínicam cœnam manducáre. Unuſquiſque enim

ſuam cœnam præſúmit ad manducandum. Et álius quidem éſurit, álius autem ébrius eſt. Numquid domos non habétis ad manducandum & bibendum? aut Eccléſiam Dei contémnitis, & confúnditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo. Ego enim accépi à Dómino quod & trádidi vobis, quóniam Dóminus Jeſus in qua nocte tradebátur, accepit panem; & grátias agens, fregit, & dixit: Accípite, & manducáte; hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradétur: hoc fácite in meam commemoratiónem. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. *vij.* Calix benedictiónis, cui benedícimus, * Nonne communicátio ſánguinis Chriſti eſt? Et panis quem frángimus, nonne participátio córporis Dómini eſt. 1. *Cor.* 18. 16. ℣. Non eſt ália nátio tam grandis quæ hábeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt nobis. *Deut.* 4. 7. * Nonne communicátio.

LECTIO VIII. *v.* 25.

Probet ſeipſum homo.

SImíliter & cálicem, poſtquàm cœnávit, dicens: Hic calix novum teſtamentum eſt in meo sánguine; hoc fácite, quotieſcumque bibétis, in meâ commemoratiónem. Quotieſcumque enim manducábitis panem hunc, & cálicem bibétis; mortem Dómini annuntiábitis donec véniat. Itaque quicumque manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indignè; reus erit córporis & sánguinis Dómini. Probet autem ſeipſum homo; & ſic de pane illo edat, & de cálice bibat. Qui enim mandúcat & bibit indignè, judícium ſibi mandúcat & bibit: non dijúdicans corpus Dómini. Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles, & dórmiunt multi. Quòd ſi noſmetipſos dijudicarémus, non útique judicarémur. Dum judicámus autem, à Dómino corrípimur, ut non cum hoc mundo damnémur. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. *viij.* Unus panis, unum corpus, multi ſumus, * Omnes qui de uno pane participámus. 1. *Cor.* 10. 17. ℣. Paraſti in dulcédine tua páuperi, Deus, qui habitáre facis unánimes in domo. *Pſ.* 67. * Omnes, qui.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

LECTIO IX. *Cap. 6. v. 56.*

Caro Chriſti verè eſt cibus.

IN illo témpore; Dixit Jeſus turbis Judæórum: Caro mea verè eſt cibus; & ſanguis meus verè eſt potus. Qui mandúcat meam carnem, & bibit meum sánguinem, in me manet, & ego in illo. Et réliqua.

Homília ſancti Hilárii Epíſcopi.

Lib. 8. de Trinit. III. *&* IV. *Sec.*

NOn eſt humáno aut ſéculi ſenſu, in Dei rebus loquendum. Quæ ſcripta ſunt, legámus; & quæ legérimus, intelligámus: & tum perfectæ fidei officio fungémur. De naturáli enim in nobis Chriſti veritáte quæ dícimus, niſi ab eo díſcimus, ſtultè atque ímpiè dícimus. Ipſe enim ait: Caro mea verè eſt eſca, & ſanguis meus verè eſt potus: qui edit carnem meam, & bibit ſánguinem meum, in me manet, & ego in eo. De veritáte carnis & ſánguinis non relictus eſt ambigendi locus. Nunc enim, & ipſíus Dómini profeſſióne, & fide noſtrâ, verè caro eſt, & verè ſanguis. Et hæc accepta atque hauſta id efficiunt; ut & nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit. Anne hoc véritas non eſt? Contingat planè his verum non eſſe, qui Chriſtum Jeſum verum eſſe Deum negant. Eſt ergo in nobis ipſe per carnem, & ſumus in eo, dùm hoc quod nos ſumus, in Deo eſt.

℟. *ix.* Homo quidam fecit cœnam magnam; & miſit ſervum ſuum horâ cœnæ dícere invitatis ut venirent, * Quia paráta ſunt ómnia. *Luc.* 14. 16. 17. ℣. Veníte, comédite panem meum, & bíbite vinum quod míſcui vobis. *Prov.* 7. 15. * Quia. ℣. Glória. * Quia. *Reſumitur* Homo.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Acceptábis, Dómine, ſacrificium juſtitiæ, ℟. Oblatiónes & holocauſta. *Pſ.* 50. 21.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 1. D. ANgelórum eſcâ nutriviſti pópulum tuum, Dómine, allelúia. *Sap.* 16. 20.

Ant. 2. D. Subſtántia tua dulcédinem tuam quam in filios habes, oſtendébat, allelúia. *Sap.* 16. 21.

Ant. 3. g. Pinguis panis ejus, & præbébit delícias régibus, alle-

lúia. *Gen.* 49. 20.

Ant. 4. E. Hic eſt.

Canticum. Prov. 9.

SApiéntia ædificávit ſibi domum, * excídit columnas ſeptem.

Immolávit víctimas ſuas, * míſcuit vinum, & propóſuit menſam ſuam.

Miſit ancillas ſuas ut vocárent ad arcem, * & ad mœnia civitátis.

Si quis eſt párvulus, véniat ad me; * & inſipiéntibus locúta eſt.

Veníte, comédite panem meum, * & bíbite vinum quod míſcui vobis.

Relínquite infántiam, & vívite, * & ambuláte per vias prudéntiæ.

Princípium ſapiéntiæ timor Dómini, * & ſciéntia ſanctórum prudéntia.

Per me enim multiplicabuntur dies tui, * & addentur tibi anni vitæ.

Ant. Hic eſt panis, qui de cœlo deſcendit, allelúia. *Joan.* 6. 59.

Ant. 5. a. Qui mandúcat hunc panem, vivet in ætérnum, allelúia. *Joan.* 6. 59.

Capitulum. 1. Cor. 11. 28.

PRobet autem ſeipſum homo; & ſic de pane illo edat, & de cálice bibat.

Hymnus. S. Thomæ Aquin.

VERBUM ſupernum pródiens,
Nec Patris linquens déxteram,
Ad opus ſuum éxiens,
Venit ad vitæ véſperam.

IN mortem à diſcípulo
Suis tradendus æmulis,
Priùs in vitæ férculo
Se trádidit diſcípulis.

QUIBUS ſub bina ſpécie,
Carnem dedit & ſánguinem;
Ut dúplicis ſubſtántiæ
Totum cibáret hóminem.

SE naſcens dedit ſócium,
Conveſcens in edúlium,
Se móriens in prétium,
Se regnans dat in præmium.

O ſalutáris hóſtia,
Quæ cœli pandis óſtium;
Bella premunt hoſtília;
Da robur, fer auxílium.

UNI trinóque Dómino,
Sit ſempiterna glória,
Qui vitam ſine término,
Nobis donet in pátria.
Amen.

℣. Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea; ℟. Et lábiis exultatiónis laudábit os meum. *Pſ.* 62. 6.

Ad Benedictus. *Ant.* 1. Panis Dei eſt, qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo, allelúia. *Joan.* 6. 33.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirábili, Paſſiónis tuæ memó-

riam reliquiſti: tribue, quæſumus, ita nos córporis & ſánguinis tui ſacra myſtéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis jſigiter ſentiámus; Qui vivis & regnas.

AD HORAS.

In fine Hymnorum dicitur Doxologia ſequens.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória;
Summo Patri laus máxima;
Sit par tibi laus, Spíritus. Amen.

Pſalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 1. D. Angelórum.

Capitulum. Sap. 16. 27.

Quod ab igne non póterat exterminári, ſtatim ab exíguo rádio ſolis calefactum tabeſcébat; ut notum ómnibus eſſet, quóniam oportet prævenire ſolem ad benedictiónem tuam, & ad ortum lucis te adoráre.

℟. *br.* Chriſte. ℣. Qui natus es de María Vírgine. * Miſerére.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 13. *de Euchariſtia.*

Can. 6.

Si quis díxerit in ſancto Euchariſtiæ Sacramento Chriſtum unigénitum Dei Fílium non eſſe cultu látriæ étiam externo adorandum; atque ídeò nec feſtivâ peculiári celebritáte venerandum, neque in Proceſſiónibus, ſecundùm laudábilem & universálem Eccléſiæ ſanctæ ritum & conſuetúdinem, ſolémniter circumgeſtandum, vel non públicè, ut adorétur, pópulo proponendum; & ejus adoratóres eſſe idololátras: anathéma ſit.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Subſtántiam.

Capitulum. 1. Cor. 11. 23.

Fratres, Ego accépi à Dómino quod & trádidi vobis; quóniam Dóminus Jeſus, in qua nocte tradebátur, accépit panem; & grátias agens, fregit, & dixit: Accípite, & manducáte; hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradétur: hoc fácite in meam commemoratiónem.

℟. *br.* Pane cœli ſaturávit eos, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Pane. ℣. Dirúpit petram, & fluxérunt aquæ, * Allelúia. ℣. Glória. *Repet.* Pane. *Pſ.* 104. 40. 41.

℣. Confiteantur Dómino mirabília ejus; ℟. Quia ánimam inánem ſatiávit bonis. *Pſ.* 106. 8. 9.

AD SEXTAM.

Ant. 3. g. Pinguis.

Capitul. 1. Cor. 11. 26.

Quotieſcumque manducábitis panem

hunc & cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis donec véniat.

℟. *br.* Paraſti, Dómine, in conſpectu meo menſam, *Allel. allel. *Repet.* Paraſti. ℣. Adversùs eos qui tribulant me, * Allel. ℣. Glória. *Repet.* Paraſti. *Pſ.* 22. 5.

℣. Juſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei. ℟. Et delectentur in lætitia. *Pſ.* 67. 4.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Qui mandúcat.

Capitulum. 1. Cor. 10. 20.

NOlo vos sócios fieri dæmoniórum. Non poteſtis cálicem Dómini bíbere, & cálicem dæmoniórum: non poteſtis menſæ Dómini partícipes eſſe, & menſæ dæmoniórum.

℟. *br.* Lavábo inter innocentes manus meas, * Allelúia allelúia. *Repet.* Lavábo. ℣. Et circúmdabo altáre tuum, Dómine, * Allelúia. ℣. Glória. *Repet.* Lavábo. *Pſ.* 25. 6.

℣. Dómine, dilexi decórem domûs tuæ; ℟. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ. *Pſ.* 25. 8.

AD II. VESPERAS.

In Pſalm. Dixit. 29.

Ant. 1. D. SAcerdos in ætérnum Chriſtus Dóminus ſecundùm órdinem Melchiſedech, panem & vinum óbtulit.

In Pſ. Confitébor. 29.

Ant. 2. D. Miſerátor Dóminus eſcam dedit timéntibus ſe, in memóriam ſuórum mirabílium.

In Pſ. Crédidi. 117.

Ant. 3. a. Cálicem ſalutáris accípiam, & ſacrificábo hóſtiam laudis.

In Pſ. Beáti omnes. 160.

Ant. 4. E. Sicut novellæ olivárum, Eccléſiæ filii ſint in circúitu menſæ Dómini.

In Pſ. Lauda, Jeruſalem. 110.

Ant. 5. a. Qui pacem ponit fines Eccléſiæ, frumenti ádipe sátiat nos Dóminus.

Capitulum. Apoc. 3. 20.

ECce ſto ad óſtium, & pulſo; ſi quis audíerit vocem meam, & apérúerit mihi jánuam, intrábo ad illum, & cœnábo cum illo, & ipſe mecum.

Hymnus.

PANGE, lingua, glorióſi
Córporis myſtérium,
Sanguiniſque pretióſi,
Quem in mundi prétium
Fructus ventris generóſi,
Rex effúdit Géntium.

NOBIS datus, nobis natus
Ex intacta Vírgine,
Et in mundo conversátus
Sparſo verbi sémine,
Sui moras incolátûs
Miro clauſit órdine.

rémæ noćte cœnæ
ens cum frátri-
us,
tâ lege plenè
legalibus,
turbæ duodénæ
uis mánibus.
UM caro, panem
rum
arnem éfficit;
ſanguis Chriſti
erum:
ſus déficit,
andum cor ſincé-
m
es ſúfficit.
TUM ergo Sacra-
entum
nur cérnui:
uum documentum
edat rítui:
fides ſupplemen-
m
deféćtui.
TORI, Genitóque
jubilátio,
onor, virtus quo-
e
enedíćtio:
nti ab utróque
ſit laudátio.
en.
óminus in circúi-
i ſui, ℟. Ex hoc
& uſque in ſécu-
ſal. 124. 2.
agníf. *Ant.* 5. C.
m convívium, in
riſtus ſúmitur: re-
nemória Paſſiónis
ens implétur grá-
futúræ glóriæ no-
us datur, allelúia.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 8. c. Hæc eſt lex holocauſti: cremábitur in altári totâ noćte uſque mane. *Lev. 6. v. 9.*

Hymnus.

O Quam ſtupendas índuit
Formas amor! Verbum Dei,
Jugis ſub ara víćtima,
Se præbet in cibum ſuis.

Divinus hoſpes, íntimis
Infúſus hæret córdibus:
Hinc fačta mortális caro
Divinitátis párticeps.

Jesu, voluptas córdium,
Beáta pax amántium,
Qui carne nos paſcis die,
In noćte noſtra ſis quies.

Oves lupus dum círcuit,
Tu paſtor eſto pérvigil;
Ne præda fačtus ínvidis
Grex vulnerétur déntibus.

A quo creámur, laus Patri;
Quo páſcimur, laus Fílio;
Quo conſecrámur, non minor
Laus utriuſque flámini.
Amen.

Capitulum. Exod. 29. *v.* 41. 42.

O Fferes ad véſperam juxta ea quæ díximus, in odórem ſuavitátis: ſacrifícium eſt Dómino, oblatióne perpétuâ

in generatiónes veſtras.

Ad Nunc dimittis, *Ant.* 5. a. Allelúia, non dimittam te, Dómine, allelúia, niſi benedíxeris mihi, allelúia, allelúia. *Gen.* 32. 26.

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui ſacerdos & hóſtia ſemper vivis in noſtris altáribus ad interpellandum pro nobis; da córpora noſtra ita per noctem requiéſcere, ut corda tui amóris ígnibus accenſa, tecum vigiláre non déſinant; Qui vivis & regnas.

DIEBUS INTRA OCTAVAM Corporis Chriſti.

Fit de Duplici majore & ſuprà, Duplex-min. transfertur poſt Octavam.

Omnia ut in die, exceptis quæ ſequuntur.

AD OFFICIUM NOCT.

Tres Pſalmi I. Nocturni diei ſub Antiphona ejuſdem Nocturni juxta Feriam occurrente. Et ſic in II. & III. Nocturno. Verſus & Reſponſoria Noct. juxta Feriam occurrentis.

Lectiones, ut notantur pro quolibet die.

AD LAUDES.

Verſ. Pſalmi, cum Cantico de die, ſub Antiphona, 3. à. Accepto pane, grátias egit, & fregit, & dedit eis, all. *Luc.* 22. 19.

Ad Benedictus, *Antiph. ut in quolibet die notatur.*

AD HORAS, Pſalmi de Dominica; cætera ut in die, excepto Canone.

AD VESPERAS.

Pſalmi, ut in die, ſub hac Ant. 4. A. Accepto cálice, grátias agens dedit eis: & bibérunt ex illo omnes, allelúia. *Marc.* 14. 23.

Ad Magníf. *Ant. ut in quolibet die notatur.*

AD COMPLETORIUM, *Pſalmi de Dominica; cætera ut in die.*

FERIA SEXTA.

De libro primo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 4. *v.* 1.

Arca Dei adducta in caſtra.

Factum eſt in diébus illis, convenérunt Philíſthiim in pugnam, & egreſſus eſt Iſraël óbviam Philíſthiim in prælium, & caſtrametátus eſt juxta lápidem Adjutórii. Porrò Philíſthiim venérunt in Aphec, & instruxérunt áciem contra Iſraël. Inito autem certámine, terga vertit Iſraël Philiſthæis: & cæſa ſunt in illo certámine paſſim per agros, quaſi quátuor míllia virórum. Et reverſus eſt pópulus ad caſtra: dixeruntque majóres natu de Iſraël: Quare percuſſit nos Dóminus hódiè coram Philíſthiim? Afferámus ad nos de Silo Ar-

cam fœderis Dómini, & véniat in médium noſtrî, ut ſalvet nos de manu inimicórum noſtrórum. Miſit ergo pópulus in Silo, & tulérunt inde Arcam fœderis Dómini exercítuum ſedentis ſuper Chérubim: erantque duo filii Heli cum Arca fœderis Dei, Ophni & Phínees.

℟. Sciens. *pag.* 202.

LECTIO II. *v.* 5.

Exultatio Iſraëlitarum.
Terror Philiſthinorum.

CUmque veniſſet Arca fœderis Dómini in caſtra, vociferátus eſt omnis Iſraël clamóre grandi, & persónuit terra. Et audiérunt Philíſthiim vocem clamóris, dixeruntque: Quænam eſt hæc vox clamóris magni in caſtris Hebræórum? Et cognovérunt quòd Arca Dómini veniſſet in caſtra. Timuerúntque Philíſthiim, dicentes: Venit Deus in caſtra. Et ingemuérunt, dicentes: Væ nobis; non enim fuit tanta exultátio heri & nudiuſtértius: væ nobis. Quis nos ſalvábit de manu Deórum ſublímium iſtórum? hi ſunt Dii, qui percuſſérunt Ægyptum omni plagâ in deſerto. Confortámini, & eſtóte viri, Philíſthiim; ne ſerviátis Hebræis, ſicut & illi ſerviérunt vobis: confortámini, & belláte.

℟. Mandávit. *pag.* 202.

Ex Epíſtola ſancti Dionyſii Alexandríni ad Fábium Antiochénum.

Apud Euſeb. lib. 6. *hiſt. Eccleſ.* II. *&* III. *ſec.*

LECTIO III.

ERat quidam Serápion apud nos fidélis ſenex; qui licèt magnam vitæ partem íntegrè & incorruptè tranſegiſſet, témpore tamen perſecutiónis præ imbecillitáte ánimi lapſus eſt. Hic ſæpenúmero in Ecclésia dénuò récipi ſupplex poſtulábat: ſed nemo, quia idólis ſacrificaſſet, ejus poſtulatiónem aliquandò auſcultávit. Qui in gravem morbum delábens, tríduo deinceps mutus, & abſque ſenſu vixit. Quarto autem die páululùm releváтus, nepótem ad ſe accerſit, ſicque allóquitur: Quouſque, fili, me detinétis? properáte, obſecro, & me ociùs dimíttite: áliquem ex Preſbyteris ádvoca ad me. Quæ cùm dixiſſet, íterùm fuit mutus. Percurrit ad Preſbyterum; nox jam erat. Ille fortè morbo vexátus, accédere ad eum non póterat: ſed tamen quóniam à me quidem mandátum dabátur, ut qui jam eſſent vitâ emigratúri, ſanctó-

rum myſteriórum (dúmmodò péterent, & vel máximè ſi ánteà dùm integrâ valetúdine erant, súpplices petiviſſent) partícipes fierent: ſicque cum pace dimiſſi, & bonâ ſpe confirmáti, ex hac luce decéderent; púero exíguam quamdam Euchariſtiæ partem dedit, præcípiens, ut eam madefactam in os ſenis infúnderet. Quam puer ſecum ásferens, rédiit. Cui jam appropinquanti, priuſquàm cum eo quod geſtábat, intráret ædes, Serápion dénuò voce recuperátâ dixit: Veniſti, fili? Tametſi Préſbyter non poteſt veníre, tu tamen præſta quod tibi in mandátis dedit, & dimitte me abíre. Partículam ígitur puer, quam apportábat, madefactam in os ſenis infúdit. Atque ille ſimul atque eam pedetentim per fauces dimíſerat, íllicò extrémum ſpíritum édidit. An non ígitur ſatis conſtat eum fuiſſe reſervátum, & uſque eò in vita manſiſſe, quoad eſſet pénitùs culpæ vínculis ſolútus, & ita labe, quâ erat, idólis immolando, aſperſus, omnínò delétâ, poſſet pro multis bonis quæ geſſiſſet in vita, in númerum Confeſſórum referri?

℟. Memóriam, *pag.* 203.

Ad Benedictus, *Ant.* 1. *L.* Erant perſeverantes in doctrína Apoſtolórum; & communicatióne fractiónis panis. *Act.* 2. *v.* 42.

CANON.

Ex Concilio Tridentíno *Seſſ.* 13. *de Euchariſt.* *Can.* 1.

SI quis negáverit in ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento contineri verè, & reáliter, & ſubſtantiáliter corpus & ſánguinem unà cum ánima, & divinitáte Dómini noſtri Jeſu Chriſti, ac proinde totum Chriſtum; ſed díxerit tantúmmodò eſſe in eo, ut in ſigno, vel figúra, aut virtúte: anathéma ſit.

Ad Magníficat *Ant.* 6. *F.* Epulémur non in fermento véteri, ſed in ázymis ſinceritátis & veritátis. 1. *Cor.* 5. 8.

SABBATO.

De libro primo Regum. LECTIO I. *Cap.* 4. *v.* 10.

Arca Dei capta. Mors Heli & filiorum ejus.

PUgnavérunt ergo Philíſthiim, & cæſus eſt Iſraël, & fugit unuſquiſque in tabernáculum ſuum: & facta eſt plaga magna nimis; & cecidérunt de Iſraël triginta míllia péditum. Et arca Dei capta eſt: duo quoque filii Heli mórtui ſunt, Ophni & Phínees. Currens autem

vir de Bénjamin ex ácie, venit in Silo in die illa, ſciſſâ veſte, & conſperſus púlvere caput. Cumque ille veniſſet, Heli ſedébat ſuper ſellam contra viam ſpectans. Erat enim cor ejus pavens pro Arca Dei. Vir autem ille poſtquam ingreſſus eſt, nuntiávit urbi: & ululávit omnis cívitas. Et audívit Heli sónitum clamóris, dixitque: Quis eſt hic sónitus tumultûs hujus? At ille feſtinávit, & venit, & nuntiávit Heli. Heli autem erat nonaginta & octo annórum, & óculi ejus caligáverant, & vidére non póterat. Et dixit ad Heli: Ego ſum qui de ácie fugi hódiè. Cui ille ait: Quid actum eſt, fili mi? Reſpondens autem ille, qui nuntiábat: Fugit, inquit, Iſraël coram Philiſthiim, & ruína magna facta eſt in pópulo: inſuper & duo filii tui mórtui ſunt, Ophni & Phínees; & Arca Dei capta eſt. Cumque ille nominaſſet Arcam Dei, cécidit de ſella retrorsùm juxta óſtium, & fractis cervícibus mórtuus eſt. Senex enim erat vir & grandævus: & ipſe judicávit Iſraël quadraginta annis.

℟. Calix benedictiónis. 204.

LECTIO II. *v.* 19.

Calamitas familiæ Heli.

NUrus autem ejus, uxor Phínees, prægnans erat, vicinaque pártui: & audito núntio: quòd capta eſſet Arca Dei, & mórtuus eſſet ſocer ejus, & vir ſuus, incurvávit ſe & péperit: irrúerant enim in eam dolóres súbiti. In ipſo autem momento mortis ejus, dixérunt ei quæ ſtabant circa eam: Ne tímeas, quia filium pepériſti. Quæ non reſpondit eis, neque animadvertit. Et vocávit púerum Ichabod, dicens: Tranſláta eſt glória de Iſraël, quia capta eſt Arca Dei, & pro sócero ſuo, & pro viro ſuo.

℟. Unus. 204.

Sermo ſancti Joannis Chryſóſtomi.

LECTIO III.

Homil. 83. *in Matthæum.*

UNicuíque fidélium Chriſtus ſemetipſum per myſtéria commiſcet; & quos génuit, per ſemetipſum enútrit, nec álteri tradit: per hoc tibi rurſùm perſuádens quòd carnem tuam aſſumpſit. Ne torpeámus ígitur tantâ digni charitáte & honóre putáti. Nonne vidétis quantâ promptitúdine párvuli papillas

cápiunt, & quanto ímpetu lábia ubéribus infígunt? Accedámus cum tanta nos quoque alacritáte ad hanc menſam, & ad úbera póculi ſpiritális: quinimmo eum longè majóri trahámus, tamquam infántes, lactentes Spíritûs grátiam; & unus ſit nobis dolor hâc eſcâ privári. Non ſunt humánæ virtútis ópera, hæc quæ proponuntur: qui tunc ipſa fecit in illa cœna, idem ea nunc quoque facit. Nos miniſtrórum tenémus locum: qui verò ſanctificat ea & immútat, ipſe eſt. Nullus ítaque Judas aſſiſtat, nullus avárus: nam tales menſa non ſúſcipit. Si quis eſt diſcípulus, adſit: ait enim: Cum diſcípulis meis fácio Paſcha. Hæc eſt illa menſa, & minus nihil habet. Non enim illam quidem Chriſtus, hanc autem homo pérficit; verùm & hanc ipſe quoque. Inhumánus accédat nemo, nemo crudélis & immiſéricors, nemo prorsùs immundus. Hæc ad communicantes dico, & ad vos miniſtrantes. Nam & ad vos ſermónem convértere neceſsárium eſt, ut multo cum ſtúdio hæc dona diſtribuátis. Non parva vobis ímminet últio, ſi quemquam, illíus culpæ cónſcii, hujus menſæ partícipem eſſe concedátis: ſanguis ejus de mánibus veſtris exquirétur: ſive quis dux milítiæ ſit, ſive præfectus, ſive princeps diadémate coronátus, indignè autem accédat, próhibe; majórem illo poteſtátem habes. Proptérea vos Deus hoc inſignívit honóre; ut tália diſcernátis. Hoc veſtra dígnitas; hoc ſecúritas; hoc omnis coróna: non ut albam & ſplendentem túnicam circumeátis indúti.

℟. Homo quidam. 205.

Ad Bened. *Ant.* 7. G. Fílii Iſraël dixérunt ad ínvicem, Manhu? Quod ſignificat, Quid eſt hoc? Ignorábant enim quid eſſet. *Exod.* 16. 15.

CANON.

Ex Concilio Tridentíno. *Seſſ.* 13. *de Euchar.* *Can.* 2.

SI quis dixerit in ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento remanére ſubſtántiam panis & vini, unà cum Córpore & Sánguine Dómini noſtri Jeſu Chriſti; negaveritque mirábilem illam & ſingulárem converſiónem totius ſubſtántiæ panis in corpus, & totius ſubſtántiæ vini in sánguinem, manéntibus dum-

vertat ſpeciébus panis & vini, quam quidem converſiónem Cathólica Ecclésia aptiſſimè tranſubſtantiatiónem appellat: anathéma ſit

AD VESPERAS.

Antiphona & Pſalmi de Die.

Capitulum. 2. Eſdr. 9. 15.

PAnem de cœlo dediſti eis in fame eórum, & aquam de petra eduxiſti eis ſitiéntibus, & dixiſti eis ut egrederentur & poſſidérent terram, ſuper quam levaſti manum tuam ut tráderes eis.

Hymnus & Verſus, ut in Die.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Beáti qui ad cœnam nuptiárum Agni vocáti ſunt, allelúia. *Apoc.* 19. *v.* 9.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Non ſit commemoratio Octavæ.

DOMINICA
INTRA OCTAVAM
Corporis Chriſti.

AD OFFICIUM NOCT.

Omnia ut in Die, exceptis quæ ſequuntur.

IN I. NOCTURNO.

De libro primo Regum.

Lect. I. *Cap.* 5. *v* 1.

Arca Dei in templo Dagon.

PHiliſthiim autem tulérunt Arcam Dei, & aſportavérunt eam à lápide Adjutórii in Azótum. Tuleruntque Philíſthiim Arcam Dei, & intulérunt eam in templum Dagon, & ſtatuérunt eam juxta Dagon. Cumque ſurrexiſſent dilúculò Azótii álterâ die, ecce Dagon jacébat pronus in terra ante Arcam Dómini: & tulérunt Dagon, & reſtituérunt eum in locum ſuum. Rurſumque manè die álterâ conſurgentes, invenérunt Dagon jacentem ſuper fáciem ſuam in terra coram Arca Dómini: caput autem Dagon & duæ palmæ mánuum ejus abſciſſæ erant ſuper limen: porrò Dagon ſolus truncus remánſerat in loco ſuo. Propter hanc cauſam non calcant ſacerdótes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum ejus, ſuper limen Dagon in Azóto, uſque in hodiernum diem.

℟. *j.* Immolábit agnum multitúdo filiórum Iſraël ad véſperam Paſchæ; * Et edent carnes & ázymos panes. *Exod.* 12. 6. 8. ℣. Paſcha noſtrum immolátus eſt Chriſtus: ítaque epulémur in ázymis ſinceritátis & veritátis. 1. *Cor.* 5. 7. 8. * Et edent.

Lectio II. *v.* 6.

Arca Dei circumducta.

AGgraváta eſt autem manus Dómini ſuper

Azótios, & demolítus eſt eos: & percuſſit in ſecretióri parte nátium Azótum, & fines ejus. Et ebulliérunt villæ & agri in médio regiónis illíus, & nati ſunt mures, & facta eſt confúſio mortis magnæ in civitáte. Videntes autem viri Azótii hujuſcémodi plagam, dixérunt: Non máneat Arca Dei Iſraël apud nos. Et mittentes congregavérunt omnes sátrapas Philiſthinórum ad ſe, & dixérunt: Quid faciémus de Arca Dei Iſraël? Responderuntque Gethæi: Circumducátur Arca Dei Iſraël. Et circumduxérunt Arcam Dei Iſraël. Illis autem circumducéntibus eam, fiébat manus Dómini per síngulas civitátes interfectiónis magnæ nimis: & percutiébat viros uniuſcujuſque urbis, à parvo uſque ad majórem, & computreſcébant prominentes extáles eórum. Inieruntque Gethæi consílium, & fecérunt ſibi ſedes pellíceas. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. ij. Manducavérũt manna in deſerto, * Et mórtui ſunt; hic eſt panis de cœlo deſcendens, ut ſi quis ex ipſo manducáverit, non moriátur. *Joan.* 6. 49. 50. ℣. Filii autem Iſraël comedérunt man quadraginta annis. *Exod.* 16. 35. * Et mórtui ſunt.

LECTIO III. *v.* 10.

Clamor Accaronitarum.

Miſérunt ergo arcam Dei in Accaron. Cùmque veniſſet arca Dei in Accaron, exclamavérunt Accaronítæ, dicentes: Adduxérunt ad nos arcam Dei Iſraël, ut interficiat nos & pópulum noſtrum. Miſérunt ítaque & congregavérunt omnes sátrapas Philiſthinórum: qui dixérunt: Dimíttite arcam Dei Iſraël, & revertátur in locum ſuum, & non interfíciat nos cum pópulo noſtro. Fiébat enim pavor mortis in síngulis úrbibus, & graviſſima valdè manus Dei: viri quoque, qui mórtui non fúerant, percutiebantur in ſecretióri parte nátium; & aſcendébat ululátus uniuſcujuſque civitátis in cœlum. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. iij. Reſpexit Elías, & ecce ad caput ſuum ſubcinerícius panis; qui cùm ſurrexiſſet, comédit & bibit, & ambulávit * In fortitúdine cibi illíus. 3. *Reg.* 19. 6. 8. ℣. Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in æternum. *Joan.* 6. 52. * In fortitúdine. ℣. Glória. * In.

IN

NOCTURNO.
ſancti Ambróſii
ṗiſcopi.
: T I O IV.
ı Pſal. 118. Serm.
8. §. 26.
menſæ cœleſtis
te ſuſcípior : épu-
non plúvia undá-
ı. terræ partus la-
ion árborum fru-
tui meo non flú-
erenda, non fon-
:iſtus mihi cibus.
mihi potus : ca-
cibus mihi, &
;uis potus eſt mi-
. jam ad ſatietá-
l ánnuos expecto
ıs ; Chriſtus mi-
ídie miniſtrátur.
:ébor, ne qua mi-
:œli intempéries,
.itas ruris immí-
pii cultûs dili-
perſevéret. Non
úrnicum plúvias
pto deſcéndere,
:è mirábar : non
quod antè cibis
; præferébã; quia
nna manducavé-
:res, eſuriérunt.
ibus eſt, quem
anducáverit, non
Meus cibus eſt,
: corpus impin-
:d confirmat cor
.
'. Sciens Jeſus,
ıit hora ejus, ut
ex hoc mundo
:m; * Cùm di-
iva. Carc.

lexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem diléxit eos. *Joan.* 13. 1. ℣. Immolávit víctimas ſuas, míſcuit vinum, & propóſuit menſam. *Prov.* 9. 2. * Cùm dilexiſſet ſuos qui erant.

LECTIO V. §. 28.

DEus panem quem dat ómnibus, dat quotídie, dat ſemper. In te ipſo eſt ut accípias hunc panẽ, & accípies eum. De hoc pane dictum eſt : Omnes qui elongant ſe abs te, períbunt. Si te elongáveris ab eo, períbis : ſi appropinquáveris ad eum, vives. Hic eſt panis vitæ; qui ergo vitam mandúcat, mori non poteſt. Quómodo enim moriétur, cui cibus vita eſt? Quómodo defíciet, qui habúerit vitálem ſubſtántiam? Accédite ad eum, & ſatiámini; quia panis eſt : accédite ad eum, & illuminámini; quia lux eſt : accédite ad eum, & liberámini; quia ubi Spíritus Dómini, ibi libertas : accédite ad eum, & abſolvímini; quia remiſſio peccatórum eſt. Quis ſit iſte, quæritis? Audíte ipſum dicentem : Ego ſum panis vitæ : qui venit ad me, non eſúriet; & qui credit in me, non ſítiet umquam.

℟. ℣. Mandávit núbi-

bus déſuper, & jánuas cœli apéruit; & pluit illis manna ad manducandum: * Et panem cœli dedit eis; panem Angelórum manducávit homo. *Pſ.* 77. 23. 24. ℣. Cùm facta eſſet hora, diſcúbuit, & duódecim Apóſtoli cum eo. *Luc.* 22. 14. * Et panem.

Lectio VI. *Lib.* 5. *de Sacram. c.* 4. §. 25.

SI quotidiánus eſt panis, cur poſt annum illum ſumis? .... Accipe quotídie, quod quotídie tibi proſit. Sic vive, ut quotídie mereáris accípere. Qui non merétur quotídie accípere, non merétur poſt annum accípere. Quómodo Job ſanctus pro filiis ſuis offerébat quotídie ſacrifícium, ne forte áliquid vel in corde vel in ſermóne peccaſſent? Ergo tu audis quòd, quotieſcumque offertur ſacrifícium, mors Dómini, reſurréctio Dómini, elevátio Dómini ſignificétur, & remíſſio peccatórum: & panem iſtum vitæ non quotidiánum aſſúmis? Qui vulnus habet, medicínam requírit. Vulnus eſt, quia ſub peccáto ſumus: medicína eſt cœleſte & venerábile Sacramentum.

℟. vj. Memóriam fecit mirabílium ſuórum miſéricors & miſerátor Dóminus; * Eſcam dedit timéntibus ſe: † Memor erit in ſéculum teſtamenti ſui. *Pſal.* 110. 4. 5. ℣. Cœnántibus eis, accépit Jeſus panem, & benedixit ac fregit, deditque diſcípulis ſuis. *Matt.* 26. 26. * Eſcam. ℣. Glória Patri. † Memor.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola prima beati Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

Lect. VII. *Cap.* 10. *v.* 14. *Per Euchariſtiam Chriſtiani fiunt corpus unum.*

CHaríſſimi mihi, fúgite ab idolórum cultúra. Ut prudéntibus loquor; vos ipſi judicáte quod dico. Calix benedictiónis, cui benedícimus, nonne communicátio ſánguinis Chriſti eſt? & panis, quem frángimus, nonne participátio córporis Dómini eſt? Quóniam unus panis, unum corpus multi ſumus, omnes qui de uno pane participámus. Vidéte Iſraël ſecundùm carnem: nonne qui edunt hóſtias, partícipes ſunt altáris? Quid ergo? dico quòd idólis immolátum ſit áliquid? aut quòd idólum ſit áliquid? Sed quæ ímmolant gentes, dæmóniis ímmolant, & non Deo.

℟. vij. Calix benedi-

ctiónis, cui benedícimus, * Nonne communicátio ſánguinis Chriſti eſt? & panis, quem frángimus, nonne participátio córporis Dómini eſt? 1. *Cor.* 10. 16. ℣. Non eſt ália nátio tam grandis quæ hábeat deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt nobis. *Deut.* 4. 7. * Nonne communicátio.

LECTIO VIII. *v.* 20.

Calix Domini.

NOlo autem vos ſócios fieri dæmoniórum. Non poteſtis cálicem Dómini bíbere, & cálicem dæmoniórum. Non poteſtis menſæ Dómini partícipes eſſe, & menſæ dæmoniórum. An æmulámur Dóminum? Numquid fortióres illo ſumus? Omnia mihi licent; ſed non ómnia expédiunt. Omnia mihi licent; ſed non ómnia ædíficant. Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod altérius. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. viij. Unus panis, unum corpus multi ſumus, * Omnes qui de uno pane participámus. 1. *Cor.* 10. 17. ℣. Paraſti in dulcédine tua páuperi, Deus, qui habitáre facis unánimes in domo. *Pſalm.* 67. * Omnes qui de uno.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECT. IX. *Cap.* 14. *v.* 16.

Qui cœnam magnam non guſtaturi.

IN illo témpore: Dixit Jeſus cuidam de ſimul diſcumbéntibus cum ipſo in domo Príncipis Phariſæórum: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocávit multos. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Hom. 36. *in Evang.*

HOc diſtáre, fratres chariſſimi, inter delícias córporis & cordis ſolet: quòd corporáles delíciæ, cùm non habentur, grave in ſe deſidérium accendunt; cùm verò hábitæ eduntur, comedentem protinùs in faſtidium per ſatietátem vertunt. At contrà, ſpirituáles delíciæ, cùm non habentur, in faſtídio ſunt; cùm verò habentur, in deſidério: tantóque à comedente ámpliùs eſuriuntur, quantò ab eſuriente ámpliùs comeduntur. In illis appetítus placet, experiéntia díſplicet: in iſtis appetítus vilis eſt, & experiéntia magis placet. In illis appetítus ſaturitátem, ſatúritas faſtídium generat: in iſtis autem appetitus ſaturitátem, ſatúritas appetítum

parit. Augent enim ſpiri-táles delíciæ deſidérium in mente, dum sátiant; quia quantò magis eárum ſapor percípitur, eò ámpliùs cognóſcitur quod avídius amétur: & idcircò non hábitæ amári non poſſunt, quia eárum ſapor ignorátur. Quis enim amáre váleat quod ignórat? Proinde Pſalmiſta nos ádmonet, dicens; Guſtáte & vidéte, quóniam ſuávis eſt Dóminus.

℟. *ix.* Homo quidam fecit cœnam magnam, & miſit ſervum ſuum horâ cœnæ dícere invitátis ut venírent; * Quia paráta ſunt ómnia. *Luc.* 14. 16. 17. ℣. Veníte, comédite panem meum, & bíbite vinum quod míſcui vobis. *Prov.* 9. 15. * Quia. ℣. Glória Patri. * Quia.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd. Antiph. Pſalmi, & Canticum, ut in die.*

Capitul. 1. Cor. 11. 27.

QUicumque mandu-cáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indignè, reus erit córporis & sánguinis Dómini. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat & de cálice bibat.

Hymnus & Verſus, ut in die.

Ad Benedict. *Ant.* 6. ℟. Dómine, factum eſt ut imperaſti; & adhuc locus eſt, *Luc.* 14. 22.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui nos ad delícias ſpiritáles ſemper invítas: auge in nobis parátæ dulcédinis deſidérium; ut tuæ vocatióni fidéliter obſequentes, poſthábitis ómnibus, ad cœnæ tuæ convívium accurrámus; Per.

Non fit commemoratio Octavæ.

AD HORAS, ut in Die, excepto Canone.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno, *Seſſ.* 13. *de Euchar.* *Can.* 6.

SI quis negáverit in venerábili Sacramento Eucharíſtiæ ſub unaquáque ſpécie, & ſub ſíngulis cujuſque ſpeciéi pártibus, ſeparatióne factâ, totum Chriſtum continéri: anathéma ſit.

AD VESPERAS,

Ut in Die, exceptis quæ ſequuntur.

Capitulum. Apoc. 22. 14.

BEáti qui lavant ſtolas ſuas in sánguine Agni; ut ſit poteſtas eórum in ligno vitæ, & per portas intrent in civitátem. Foris canes, & venéfici, & impudíci, &

idæ, & idólis ſer-
; , & omnis qui
t facit mendácium.
Magníf. *Ant.* 5. C.
um convívium, *ut*

io , *ut ſuprà ad*

ſit commemoratio

IA SECUNDA
RA OCTAVAM
rporis Chriſti.
ro primo Regum.
o I. *Cap.* 6. *v.* 1.
*lium de Arca re-
mittenda.*

t ergo arca Dómi-
in regióne Phili-
rum ſeptem ménſi-
Et vocavérunt Phi-
n ſacerdótes & di-
, dicentes : Quid
us de arca Dómi-
ndicáte nobis quó-
remittámus eam in
ſuum. Qui dixé-
Si remíttitis arcam
raël, nolíte dimít-
am vácuam ; ſed
lebétis, réddite pro
o : & tunc curabí-
& ſciétis quare non
t manus ejus à vo-
)ui dixérunt : Quid
id pro delicto réd-
lebeámus ei ? Reſ-
untque illi : Juxta
um provinciárum
hinórum, quinque
ureos faciétis, &
e mures áureos :
laga una fuit óm-
nibus vobis, & ſátrapis
veſtris. Facietiſque ſimi-
litúdines anórum veſtró-
rum, & ſimilitúdines mú-
rium, qui demolíti ſunt
terram, & dábitis Deo
Iſraël glóriam ; ſi forte
rélevet manum ſuam à
vobis, & à diis veſtris,
& à terra veſtra.

℟. Immolábit. 215.

LECTIO II. ℣. 7.

*Plauſtrum à vaccis lactan-
tibus tractum.*

NUnc ergo arrípite & fácite plauſtrum novum unum : & duas vaccas fœtas, quibus non eſt impóſitum jugum, júngite in plauſtro, & reclúdite vítulos eárum domi. Tolletiſque arcam Dómini, & ponétis in plauſtro, & vaſa áurea quæ exſolviſtis ei pro delicto, ponétis in capſellam ad latus ejus : & dimíttite eam ut vadat. Et aſpiciétis : & ſiquidem per viam fínium ſuórum aſcénderit contra Béthſames, ipſe fecit nobis hoc malum grande ; ſin autem mínimè, ſciémus quia nequáquam manus ejus tétigit nos, ſed caſu áccidit. Fecérunt ergo illi hoc modo. Ibant autem in directum vaccæ, per viam quæ ducit Béthſames, & itínere uno gradiebantur, pergentes & mugientes : & non decli-

nábant neque ad déxteram neque ad ſiniſtram : ſed & sátrapæ Philíſthiim ſequebantur uſque ad términos Béthſames.

℞. Manducavérunt. 216.

Sermo ſancti Cyrilli Jeroſolymitáni.

Catech. Myſtag. 4. III. & IV. *ſec.*

LECTIO III.

CUm Chriſtus de pane pronuntiáverit, ac díxerit: Hoc eſt corpus meum: quis audébit deinceps ambígere? Et cùm idem ipſe tam aſſeveranter díxerit: Hic eſt ſanguis meus: quis umquam dubitáverit, ut dicat non eſſe ejus ſánguinem? Aquam olim in vinum convertit in Cana Galilææ, quod habet quamdam cum ſánguine propinquitátem: & eum parum dignum exiſtimábimus, cui credámus quòd vinum in ſánguinem tranſmutárit? Ad eas núptias, quibus córpora copulantur, vocátus, præter opiniónem ómnium hoc fecit miráculum: & non multo magis ſic eum corpus & ſánguinem ſuum fruenda nobis donaſſe perſuáſum firmiter habébimus, ut ea cum omni certitúdine tamquam corpus ipſíus & ſánguinẽ ſumámus? Nam in ſpécie panis dat nobis corpus, & in ſpéc[ie vi]ni dat nobis ſángui[nem:] ut cùm ſúmpſeris [ſump]ſtes corpus & ſángu[inem] Chriſti, factus ej[us] córporis & ſánguini[s par]ticeps. Sic enim effi[cimur] Chriſtíferi, hoc eſt, [Chri]ſtum in corpóribu[s no]ſtris ferentes, cùm [cor]pus ejus & ſánguine[m in] membra noſtra r[ecipi]mus: ſic ſecundùm [bea]tum Petrum, divín[æ na]túræ conſortes rédd[imur.]

℞. Reſpexit. 216

Ad Benedict. *Ant.* Partícipes Chriſti ... ſumus: vidéte ne ſit in áliquo veſtrû[m] malum. *Hebr.* 3. v. 1...

CANON.

Ex Concílio Tride[ntino] *Seſſ.* 13. *Euchar.* C...

SI quis díxerit [Chri]ſtum in Euchariſ[tia ex]hibitum ſpirituálite[r tan]tùm manducári, & [non] étiam ſacramentáli[ter ac] reáliter; anathéma [ſit.]

Ad Magníf. *Ant.* Quanta putátis m[ereri] ſupplícia qui Fílium [Dei] conculcáverit, & ſ[ángui]nem teſtamenti pol[lutum] dúxerit? *Hebr.* 10.

FERIA TER[TIA]

De libro primo Re[gum]

LECT. I. *Cap.* 6. v...

Arca Dei reduct[a in] Bethſames.

POrrò Bethſamít[æ me]tébant tríticum

ſe: & elevantes óculos ſuos, vidérunt arcam, & gaviſi ſunt cùm vidiſſent. Et plauſtrum venit in agrum Jóſue Bethſamítæ, & ſtetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, & concidérunt ligna plauſtri, vaccaſque impoſuérunt ſuper ea holocauſtum Dómino. Levítæ autem depoſuérunt arcam Dei, & capſellam quæ erat juxta eam, in qua erant vaſa áurea, & poſuérunt ſuper lápidem grandem. Viri autem Bethſamítæ obtulérunt holocauſta, & immolavérunt víctimas in die illa Dómino. Et quinque sátrapæ Philiſthinórũ vidérunt, & reverſi ſunt in Accaron in die illa. Hi ſunt autem ani áurei quos reddidérũt Philiſthiim pro delicto, Dómino: Azótus unum, Gaza unum, Aſcalon unum, Geth unum, Accaron unum: & mures áureos ſecundùm númerum úrbium Philíſthiim quinque provinciárum, ab urbe muráta uſque ad villam quæ erat abſque muro, & uſque ad Abelmagnum, ſuper quem poſuérunt arcam Dómini, quæ erat uſque in illum diem in agro Jóſue Bethſamítis. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Sciens. 217.

LECTIO II. *v.* 19.

Afflictio Bethſamitarum.

PErcuſſit autem de viris Bethſamitibus, eò quòd vidiſſent arcam Dómini: & percuſſit de pópulo ſeptuaginta viros, & quinquaginta míllia plebis. Luxitque pópulus, eò quòd Dóminus percuſſiſſet plebem plagâ magnâ. Et dixérunt viri Bethſamítæ: Quis póterit ſtare in conſpectu Dómini Dei ſancti hujus? & ad quem aſcendet à nobis? Miſeruntque núntios ad habitatóres Cariathíarim, dicentes: Reduxérunt Philíſthiim arcam Dómini, deſcéndite, & redúcite eam ad vos.

℟. Mandávit. 217.

Ex libro ſancti Ambróſii Epiſcopi.

De Sacram. Lib. 4. *Cap.* IV. *ſec.*

LECTIO III.

AUtor Sacramentórum quis eſt, niſi Dóminus Jeſus? De cœlo iſta Sacramenta venérunt. Conſilium enim omne de cœlo eſt. Verè autem magnum eſt & divínum miráculum, quòd pópulo pluit Deus manna de cœlo: & non laborábat pópulus, & manducábat. Tu fortè dicis: Meus panis eſt uſitátus. Sed panis iſte, panis eſt ante verba ſacramentó-

rum : ubi accéſſerit conſecrátio, de pane fit caro Chriſti. Hoc ígitur adſtruámus. Quómodo poteſt, qui panis eſt, corpus eſſe Chriſti? Conſecratióne. Conſecrátio ígitur quibus verbis eſt, & cujus ſermónibus? Dómini Jeſu. Nam réliqua ómnia quæ dicuntur, laudem Deo déferunt: orátio præmíttitur pro pópulo, pro régibus, pro cæteris: ubi venitur, ut conficiátur venerábile Sacramentum, jam non ſuis ſermónibus Sacerdos, ſed útitur ſermónibus Chriſti. Ergo ſermo Chriſti hoc cónficit Sacramentum. Quis ſermo Chriſti? Nempe is quo facta ſunt ómnia. Juſſit Dñs, & factum eſt cœlum: juſſit Dóminus, & facta eſt terra: juſſit Dñs, & facta ſunt mária: juſſit Dóminus, & omnis creatúra generáta eſt. Vides ergo quàm operatórius ſit ſermo Chriſti. Si ergo tanta vis eſt in ſermóne Dómini Jeſu, ut incíperent eſſe quæ non erant, quantò magis operatórius eſt, ut ſint quæ erant, & in áliud commutentur? Cœlū non erat, mare non erat, terra non erat. Sed audi dicentem: Ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe mandávit, & creáta ſunt. Ergo tibi ut reſpóndeam, non erat Corpus Chriſti ante conſecratiónem; ſed poſt conſecratiónem, dico tibi quòd jam Corpus eſt Chriſti. Ipſe dixit, & factum eſt: ipſe mandávit, & creátum eſt. Jam redi mecum ad propoſitiónem meam. Magnum quidē & venerábile quòd manna Judæis pluit è cœlo: ſed intéllige quid eſt ámpliùs, manna de cœlo, an corpus Chriſti? Corpus Chriſti útique, qui autor eſt cœli. Deinde, manna qui manducávit, mórtuus eſt: qui manducáverit hoc corpus, fiet ei remíſſio peccatórum, & non moriétur in æternum. Ergo non otióſè, cùm áccipis, tu dicis, Amen: jam in ſpíritu cónfitens quòd accípias Corpus Chriſti. Dicit tibi Sacerdos, Corpus Chriſti; & tu dicis, Amen, hoc eſt verum. Quod confitétur lingua, téneat affectus.

℟. Memóriam. 218.

Ad Benedict. *Ant.* 4. D. Habémus altáre, de quo édere non habent poteſtátem, qui tabernáculo deſérviunt. *Hebr.* 13. 10.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 13. *de Euchar. Can.* 7.

SI quis díxerit non licére ſacram Euchariſtiam in ſacrário reſervári; ſed

ſtatim poſt conſecratiónem aſtántibus neceſſáriò diſtribuendam; aut non licére, ut illa ad infirmos honorificè deferátur; anathémà ſit.

Ad Magníſic. *Ant.* 7. a. Non eſt bonum súmere panem filiórum, & míttere cánibus. *Matt.* 15.26.

FERIA QUARTA.

De libro primo Regum.

Lect. I. *Cap.* 7. *v.* 1.

Philiſthiim cæſi.

VEnérunt ergo viri Cariathíarim, & reduxérunt arcam Dómini, & intulérunt eam in domum Abínadab in Gábaa: Eleázarum autem filium ejus ſanctificavérunt, ut cuſtodíret arcam Dómini. Ait autem Sámuël ad univerſam domum Iſraël dicens: Si in toto corde veſtro revertímini ad Dóminum, auferte deos aliénos de médio veſtrî, Báalim, & Aſtaroth: & præparáte corda veſtra Dómino, & ſervíte ei ſoli, & éruet vos de manu Philíſthiim. Abſtulérunt ergo filii Iſraël Báalim & Aſtaroth, & ſerviérunt Dómino ſoli. Dixit autem Sámuël: Congregáte univerſum Iſraël in Maſphath, ut orem pro vobis Dóminum. Et audiérunt Philiſthiim quòd congregáti eſſent filii Iſraël in Maſphath, & aſcendérunt ſátrapæ Philiſthinórum ad Iſraël. Quod cùm audiſſent filii Iſraël, timuérunt à fácie Philiſthinórum. Dixeruntque ad Samuélem: Ne ceſſes pro nobis clamáre ad Dóminum Deum noſtrum, ut ſalvet nos de manu Philiſthinórum. Tulit autem Sámuël agnum lactentem unum, & óbtulit illum holocauſtum íntegrum Dómino: & clamávit Sámuël ad Dóminum pro Iſraël, & exaudívit eum Dóminus. Factum eſt autem, cùm Sámuël offerret holocauſtum, Philíſthiim iniére prælium contra Iſraël: intónuit autem Dóminus fragóre magno in die illa ſuper Philíſthiim, & extérruit eos, & cæſi ſunt à fácie Iſraël.

℞. Calix. *pag.* 218.

Lectio II. *v.* 12.

Lapis auxilii.

TUlit autem Sámuël lápidem unum, & póſuit eum inter Maſphath & inter Sen: & vocávit nomen loci illíus, Lapis adjutórii. Dixitque: Hucuſque auxiliátus eſt nobis Dóminus. Et humiliáti ſunt Philíſthiim, nec appoſuérunt ultrà ut venírent in términos Iſraël. Facta eſt ítaque manus Dómini ſuper Phili-

ſthæos, cunctis diébus Samuélis. Et rédditæ ſunt urbes, quas túlerant Philíſthiim ab Iſraël, Iſraéli, ab Accaron uſque Geth, & términos ſuos: liberavitque Iſraël de manu Philiſthinórum, eratque pax inter Iſraël & Amorrhæum. Judicábat quoque Sámuël Iſraélem cunctis diébus vitæ ſuæ: & ibat per ſíngulos annos circúiens Bethel, & Gálgala & Maſphath, & judicábat Iſraélem in ſupradictis locis.

℟. Unus. *Pag.* 219.

Sermo ſancti Clementis Papæ & Mártyris.

LECTIO III.

Epiſt. 1. *ad Corinth. ſcripta ſecul.* 1 *c.* 4.

IN divínæ cognitiónis profunda introſpicientes, cuncta órdine debémus facere, quæ nos Dóminus juſſit perágere. Statútis tempóribus oblatiónes & offícia pérfici, neque témerè, neque inordinátè fieri præcépit, ſed præfinitis tempóribus & horis: ubi étiam, & à quibus celebrári vult, ipſe excelsíſſimâ ſuâ voluntáte definívit; ut purè & ſanctè ómnia facta in beneplácito, accepta eſſent voluntáti ejus. Qui ergo aſſignátis tempóribus oblatiónes ſuas fáciunt, accepti & beáti ſunt; & Sacerdótibus locus próprius aſſignátus eſt, & Levítis ſua miniſtéria incumbunt; homo láicus præceptis láicis conſtríngitur. Unuſquiſque veſtrùm, fratres, in ſuo ſtatu grátias Deo hábeat, in bona conſciéntia degens, non tranſgrédiens præſcriptam múneris ſui régulam, in honeſtáte. Non ubíque, fratres, offeruntur ſacrifícia júgia, vel votíva, vel pro peccáto & delicto; ſed Hieroſólymis tantùm: atque illic non in omni loco fit oblátio, ſed ante templum ad altáre, priùs factâ à ſummo Sacerdóte & prædictis miniſtris obláti inſpectióne ac probatióne. Qui ergo præter id quod voluntáti ejus conſentáneum eſt, áliquid fáciunt, morte mulctantur. Vidétis, fratres, quò majóri cognitióne digni ſumus hábiti, eò perículo magis ſumus obnóxii.

℟. Homo, *pag.* 220.

Ad Bened. *Ant.* 8. c. Frangentes circa domos panem, ſumébant cibum cum exultatióne & ſimplicitáte cordis. *Act.* 2. 46.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 21. *Can.* 2.

SI quis díxerit ſanctam Eccléſiam Cathólicam,

non juſtis cauſis & ratiónibus adductam fuiſſe, ut láicos, atque étiam clêricos non conficientes, ſub panis tantúmmodò ſpécie communicáret, aut in eo erraſſe: anathéma ſit.

IN FEST. SACERDOTII DOMINI JESU, & Oct. Corporis Christi.

Duplex-majus.

AD I. VESPERAS.

Antiphona ut in primis Veſper. Feſti. Pſ. de Feria.

Capitulum. Malach. 1. 10.

NOn eſt mihi volúntas in vobis, dicit Dóminus exercítuum: & munus non ſuſcípiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis uſque ad occáſum, magnum eſt nomen meum in géntibus, & in omni loco ſacrificátur & offertur nómini meo oblátio munda.

℟. Erunt Dómino offerentes ſacrifícia in juſtítia: * Et placébit Dómino ſacrifícium Juda & Jeruſalem, ſicut anni antíqui. *Malach.* 3. *v.* 3. 4. ℣. Tranſláto Sacerdótio, neceſſe eſt ut & legis tranſlátio fiat. *Hebr.* 7. 12. * Et placébit. ℣. Glória Patri. * Et placébit.

Hymnus.

CESSANT figúræ: non litat ímpares
Impar Sacerdos ámpliùs hóſtias;
Jam Póntifex fit Numen ipſum:
Seque ſibi Deus agnus offert.

VITAM cruentus qui ſemel óbtulit,
Se non cruentum júgiter ímmolat,
Mactátus aris, & renaſcens
Perpétuò, moriendo vivit.

AD grande munus nos Deus érigit,
Quos ungit intùs ſacríficos ſibi;
Pondus cadúci ſuſtinémus
Angélicis húmeris tremendum.

O QUAM ſtupendæ, quas ágimus, vices!
Quem prona cœli cúriæ ſúſpicit;
Sacras ad aras imperantes
Nos dócilis Deus ipſe ſentit.

CHRISTUM, Sacerdos, cœlitùs évocas,
Per te creátur, qui creat ómnia;
Immótus orbem qui gubernat,
Se tibi dat fácilem movéri.

NON impotenti críminis árbiter
Verbo reſolvis férrea víncula:
Quas fers magiſtrâ voce, Numen

Ecce ſibi putat eſſe, leges.
Laus ſumma Patri, ſummaque Fílio,
Sit ſancte compar laus tibi, Spíritus,
Quo Chriſtus aris per miniſtros
Hóſtia ſtat ſimul & Sacerdos. Amen.

℣. Tu es Sacerdos in æternum, ℟. Secundùm órdinem Melchíſedech. *Pſal.* 109. 4.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Conſurge, Dómine Deus, in réquiem tuam, tu & arca fortitúdinis tuæ: Sacerdótes tui induantur ſalútem, & ſancti tui lætentur in bonis, allelúia. 2. *Par.* 6. 41.

Oratio, Deus, cujus, *pag.* 234.

AD OFFICIUM NOCT.

Invitator. Pontíficem magnum Fílium Dei, * Veníte, adorémus. *Hebr.* 4. 14.

Hymnus, Antiphonæ, Pſalmi, & Verſiculus, ut in die Feſti.

IN I. NOCTURNO.

De libro Géneſis.

Lectio I. *Cap.* 14. *v.* 14.

Melchiſedech typus Chriſti Sacerdotis.

CUm audiſſet Abram, captum vidélicet Lot fratrem ſuum, numerávit expeditos vernáculos ſuos trecentos decem & octo, & perſecútus eſt uſque Dan. Et diviſis ſóciis, irruit ſuper eos nocte: percuſſitque eos, & perſecútus eſt eos uſque Hoba, quæ eſt ad lævam Damaſci. Reduxitque omnem ſubſtántiam, & Lot fratrem ſuum cum ſubſtántia illíus, mulíeres quoque & pópulum. Egreſſus eſt autem rex Sodomórum in occurſum ejus, poſtquàm reverſus eſt à cæde Chodorláhomor, & regum qui cum eo erant in valle Save, quæ eſt vallis regis. At verò Melchíſedech rex Salem, próferens panem & vinum, (erat enim ſacerdos Dei Altíſſimi;) benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelſo, qui creávit cœlum & terram: & benedictus Deus excelſus, quo protegente, hoſtes in mánibus tuis ſunt. Et dedit ei décimas ex ómnibus.

℟. j. Immolábit agnum multitúdo filiórum Iſraël ad véſperam Paſchæ; * Et edent carnes, & ázymos panes. *Exodi* 12. 6. 8. ℣. Paſcha noſtrum immolátus eſt Chriſtus; ítaque epulémur in ázymis ſinceritátis & veritátis. 1. *Cor.* 5. 7. 8. * Et edent carnes & ázymos panes.

De Zacharía Prophéta.

LECTIO II. *Cap.* 6. 11.

Christus Sacerdos.

SUmes aurum & argentum : & fácies corónas, & pones in cápite Jeſu filii Jóſedec Sacerdótis magni, & loquéris ad eum, dicens : Hæc ait Dóminus exercítuum, dicens : Ecce vir Oriens nomen ejus : & ſubter eum oriétur, & ædificábit templum Dómino. Et ipſe éxtruet templum Dómino, & ipſe portábit glóriam, & ſedébit, & dominábitur ſuper sólio ſuo, & erit ſacerdos ſuper sólio ſuo, & consílium pacis erit inter illos duos.

℟. ij. Manducavérunt manna in deſerto, * Et mórtui ſunt : hic eſt panis de cœlo deſcendens; ut ſi quis ex ipſo manducáverit, non moriátur. *Joan.* 6. 49. 50. ℣. Filii autem Iſraël comedérunt man quadraginta annis. *Exod.* 16. 35. * Et.

De Malachía Prophéta.

LECTIO III. *Cap.* 1. *v.*7.

Oblatio munda ſacrificanda in gentibus.

OFfertis ſuper altáre meum panem pollútum, & dícitis : In quo pollúimus te ? In eo quòd dícitis : Menſa Dómini deſpecta eſt. Si offerátis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt ? & ſi offerátis claudum & lánguidum, nonne malum eſt ? offer illud duci tuo, ſi placúerit ei, aut ſi ſuſcéperit faciem tuam, dicit Dóminus exercítuum. Et nunc deprecámini vultum Dei ut miſereátur veſtrì, (de manu enim veſtra factum eſt hoc;) ſi quómodo ſuſcípiat fácies veſtras, dicit Dóminus exercituum. Quis eſt in vobis, qui claudat óſtia, & incendat altáre meum gratúitò ? Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dóminus exercítuum ; & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis uſque ad occáſum, magnum eſt nomen meū in géntibus : & in omni loco ſacrificátur & offertur nómini meo oblátio munda ; quia magnum eſt nomen meum in géntibus, dicit Dóminus exercítuum.

℟. iij. Reſpexit Elías, & ecce ad caput ſuum ſubcinerícius panis ; qui cùm ſurrexiſſet, comédit & bibit, & ambulávit * In fortitúdine cibi illius. 3. *Reg.* 19. 6. 8. ℣. Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætermum. *Joan.* 6. 52. * In. ℣. Glória. * In fortitúdine cibi illius.

IN II. NOCTURNO.

Ex Epíſtola ſancti Cypriáni Epiſcopi & Mártyris ad Cæcílium.

LECTIO IV.

De Sacram. Dom. calic. poſt initium.

IN ſacerdóte Melchíſedech ſacrificii Domínici Sacramentum præfigurátum vidémus, ſecundùm quod Scriptúra divína teſtátur & dicit: Et Melchíſedech Rex Salem prótulit panem & vinum. Fuit autem Sacerdos Dei ſummi, & benedixit Abraham. Quòd autem Melchíſedech typum Chriſti portáret, declárat in Pſalmis Spíritus Sanctus ex persóna Patris ad Fílium dicens: Ante lucíferum génui te: tu es Sacerdos in ætérnum ſecundùm órdinem Melchíſedech. Qui ordo útique hic eſt de ſacrificio illo véniens & inde deſcendens, quòd Melchíſedech Sacerdos Dei ſummi fuit, quòd panem & vinum óbtulit, quòd Abraham benedixit. Nam quis magis Sacerdos Dei ſummi, quàm Dóminus noſter Jeſus Chriſtus, qui ſacrificium Deo Patri óbtulit hoc idem quod Melchíſedech obtúlerat, id eſt, panem & vinum, ſuum ſcílicet corpus & ſánguinem?

℟. iv. Sciens Jeſus quia venit hora ejus, ut tránſeat ex hoc mundo ad Patrem; * Cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. *Joan.* 13. 1. ℣. Immolávit víctimas ſuas, míſcuit vinum, & propóſuit menſam. *Prov.* 9. 2. * Cùm.

LECTIO V. *paulò poſt.*

UT ergo in Géneſi per Melchíſedech Sacerdótem benedíctio circa Abraham poſſet ritè celebrári, præcédit antè imágo ſacrificii Chriſti, in pane & vino ſcílicet conſtitúta; quam rem perfíciens & adimplens Dóminus, panem & cálicem mixtum óbtulit; & qui eſt plenitúdo veritátis, veritátem præfigurátæ imáginis adimplévit. Sed & per Salomónem Spíritus Sanctus typum Domínici ſacrificii antè præmonſtrans, immolátæ hóſtiæ & panis & vini, ſed & altáris & Apoſtolórum fáciens mentiónem: Sapiéntia (inquit) ædificávit ſibi domum, & súbdidit columnas ſeptem. Mactávit ſuas hóſtias, míſcuit in cratéra vinum ſuum, & parávit menſam ſuam. Et miſit ſervos ſuos, cónvocans cum excelſa prædicatióne ad cratérem, dicens: Qui eſt inſípiens, decli-

bet ad me : & egéntibus ſenſu dixit : Venite, édite de meis pánibus, & bíbite vinum quod míſcui vobis. Vinum mixtum declárat, id eſt, cálicem Dómini aquâ & vino mixtum prophéticâ voce prænúntiat, ut appáreat in Paſſióne Domínica id eſſe geſtum quod fúerat antè prædictum.

℟. *v.* Mandávit núbibus déſuper, & jánuas cœli apéruit, & pluit illis manna ad manducandum : * Et panem cœli dedit eis; panem Angelórum manducávit homo. *Pſ.* 77. 23. 24. ℣. Cùm facta eſſet hora, diſcúbuit, & duódecim Apóſtoli cum eo. *Luc.* 22. 14. * Et.

Lectio VI. *Longè poſt.*

SI Jeſus Chriſtus Dóminus & Deus noſter ipſe eſt ſummus Sacerdos Dei Patris, & ſacrifícium Patri ſeipſum primus óbtulit, & hoc fieri in ſuî commemoratiónem præcépit; útique ille Sacerdos vice Chriſti verè fungitur, qui id quod Chriſtus fecit, imitátur, & ſacrifícium verum & plenum tunc offert in Eccléſia Deo Patri, ſi ſic incípiat offerre ſecundùm quod ipſum Chriſtum vídeat obtuliſſe. . . . . Nam ſi Sacerdótes Dei & Chriſti ſumus, non invénio quem magis ſequi quàm Deum & Chriſtum debeámus, quando ipſe in Evangélio máximè dicat : Ego ſum lumen ſéculi : qui me ſecútus fúerit, non ambulabit in ténebris, ſed habébit lumen vitæ. Ne ergo in ténebris ambulémus, Chriſtum ſequi & præcepta ejus obſerváre debémus; .... ut cùm in claritáte ſuâ & majeſtáte cœleſti veníre cœperit, invéniat nos tenére quod mónuit, obſerváre quod dócuit, fácere quod fecit.

℟. *vj.* Memóriam fecit mirabílium ſuórum miséricors & miſerátor Dóminus; * Eſcam dedit timéntibus ſe : † Memor erit in ſéculum teſtamenti ſui. *Pſal.* 110. 4. 5. ℣. Cœnántibus eis accépit Jeſus panem, & benedixit ac fregit, dedítque diſcípulis ſuis. *Matt.* 26. 26. * Eſcam. ℣. Glória. † Memor.

IN III. NOCTURNO.

De Epiſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

Lectio VII. *Cap.* 7. *v.* 1.

Melchiſedech Sacerdos.

MElchiſedech, rex Salem, Sacerdos Dei ſummi, qui obviávit Abrahæ regreſſo à cæde regum, & benedixit ei : cui & décimas ómnium divíſit Abraham : primùm

quidem qui interpretátur rex juſtítiæ; deinde autem & rex Salem, quod eſt, rex pacis: ſine patre, ſine matre, ſine genealógia; neque inítium diérum, neque finem vitæ habens; aſſimilátus autem Fílio Dei, manet ſacerdos in perpétuum. Intuémini autem quantus ſit hic, cui & décimas dedit de præcípuis Abraham patriarcha.

℟. *vij.* Melchíſedech rex Salem, próferens panem & vinum, erat enim ſacerdos Dei Altíſſimi, benedixit Abraham, * Et ait: Benedictus Abraham Deo excelſo; & dedit ei décimas. *Gen.* 14. *v.* 18. 19. 20. ℣. Intuémini quantus ſit hic, cui & décimas dedit de præcípuis Abraham Patriarcha, & hunc qui habébat repromiſſiónes benedixit. *Hebr.* 7. *v.* 4. 6. * Et ait.

LECTIO VIII. *Cap.* 22.

Christus Sacerdos.

MElióris teſtamenti ſponſor factus eſt Jeſus. Et álii quidem plures facti ſunt ſacerdótes, idcircò quòd morte prohiberentur permanére. Hic autem eò quòd máneat in æternum, ſempitérnum habet ſacerdótium. Unde & ſalváre in perpétuum poteſt accedentes per ſemetipſum ad Deum: ſemper vivens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decébat ut nobis eſſet póntifex, ſanctus, ínnocens, impollútus, ſegregátus à peccatóribus, & excélſior cœlis factus.

℟. *viij.* Non ſemetipſum clarificávit Chriſtus ut Póntifex fieret; ſed qui locútus eſt ad eum: * Tu es ſacerdos in ætérnum ſecundùm órdinem Melchíſedech. *Hebr.* 5. *v.* 5. 6. ℣. Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum. *Pſ.* 109. *v.* 4. * Tu es.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO IX. *Cap.* 22. 14.

Inſtitutio Eucharistiæ.

IN illo témpore; Cùm facta eſſet hora, diſcúbuit Jeſus, & duódecim Apóſtoli cum eo. Et ait illis: Deſidério deſiderávi hoc Paſcha manducáre vobiſcum ántequàm pátiar. Et réliqua.

Homilía ſancti Irenæi Epíſcopi & Mártyris.

LECTIO IX. *Lib.* 4. *contra hæreſ. c.* 17. *num.* 5. 11. *Sec.*

SUis diſcípulis dans conſílium primítias Deo offerre ex ſuis creatúris, non quaſi indigenti, ſed ut ipſi nec infructuóſi nec ingráti ſint; eum qui ex creatúra panis eſt, ac-

cepit, & grátias egit, dicens: Hoc eſt meum corpus. Et cálicem ſimíliter, qui eſt ex ea creatúra quæ eſt ſecundùm nos, ſuum ſánguinem confeſſus eſt. Et novi teſtamenti novam dócuit oblatiónem, quam Ecclésia ab Apóſtolis accípiens in univerſo mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præſtat, primítias ſuórum múnerum in novo teſtamento; de quo in duódecim prophétis Malachías ſic præſignificávit: In omni loco incenſum offertur nómini meo, & ſacrificium purum; quóniam magnum eſt nomen meum in géntibus, dicit Dóminus omnípotens: manifeſtíſſimè ſignificans per hæc, quóniam prior quidem pópulus ceſſábit offerre Deo; omni autem loco ſacrificium offerétur ei, & hoc purum.

℟. *ix.* Melióris teſtamenti ſponſor factus Jeſus, eò quòd máneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdótium, * Semper vivens ad interpellandum pro nobis. *Hebr.* 7. *v.* 22. 24. 25. ℣. Ecce vir Oriens nomen ejus, & dominábitur, & erit ſacerdos ſuper ſólio ſuo. *Zach.* 6. *v.* 12. 13. * Semper. ℣. Glória Patri & Fílio. * Semper vivens ad interpellandum.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Tibi, Dómine, ſacrificábo hóſtiam laudis, ℟. Et nomen Dómini invocábo. *Pſal.* 115. 17.

Pſal. & Cant. ut in die Feſti.

Ant. 1. g. Christus Jeſus factus eſt ómnibus obtemperántibus ſibi cauſa ſalútis æternæ, appellátus à Deo Póntifex juxta órdinem Melchíſedech. *Hebr.* 5. *v.* 9. 10.

Ant. 2. D. Alii ſine jurejurando ſacerdótes facti ſunt, Jeſus autem cum jurejurando. *Ibid.* 7. *v.* 20. 21.

Ant. 3. à. Mélius ſortítus eſt miniſtérium, quantò & melióris teſtamenti mediátor eſt. *Ibid.* 8. *v.* 6.

Ant. 4. f. Habentes ergo Pontíficem magnum, qui penetrávit cœlos, Jeſum Fílium Dei: teneámus confeſſiónem. *Ibid.* 4. *v.* 14.

Ant. 7. d. Per ipſum offerámus hóſtiam laudis ſemper Deo, fructum labiórum confiténtium nómini ejus. *Ibid.* 13. *v.* 15.

Capitulum. Epheſ. 5. 2.

Christus diléxit nos, & trádidit ſemetip-

ſuum pro nobis oblatiónem & hóſtiam Deo in odórem ſuavitátis.

Hymnus, Verbum ſupernum. *pag.* 206.

℣. Sacerdótes tui induantur juſtítiam; ℟. Et ſancti tui exultent. *Pſal.* 131. 9.

Ad Benedict. *Ant.* 8. G. Talis decébat ut nobis eſſet Póntifex, ſanctus, ínnocens, impollútus, ſegregátus à peccatóribus, & excélſior cœlis factus, allelúia. *Hebr.* 7. 26.

Orémus. *Oratio.*

DEus, cujus Unigénitus factus pro nobis Sacerdos in æternum, viſíbili miniſtrórum offício víctimam ſemper viventem ſeipſum tibi offerre non déſinit: da, ut plebs tua immortáli ſuo Pontífici mente & corde adunáta, per ipſum & cum ipſo majeſtáti tuæ fiat hóſtia ſancta & acceptábilis; Per eumdem.

AD HORAS. Antiphona de Laudibus, Pſalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 1. g. Chriſtus Jeſus.

Cætera ut in die, excepto Canone.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 22. *Can.* 2.

SI quis dixerit illis verbis: Hoc fácite in meam commemoratiónem; Chriſtum non inſtituiſſe Apóſtolos ſacerdótes, aut non ordinaſſe, ut ipſi, aliíque ſacerdótes offerrent corpus & ſánguinem ſuum; anathéma ſit.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Alii.

Capitulum. Hebr. 5. 8.

CHriſtus cùm eſſet Fílius Dei, dídicit ex iis quæ paſſus eſt, obediéntiam: & conſummátus, factus eſt ómnibus obtemperántibus ſibi cauſa ſalútis æternæ, appellátus à Deo Póntifex juxta órdinem Melchíſedech.

℟. *br.* Acceptábis, Dómine, ſacrificium juſtítiæ, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Acceptábis. ℣. Oblatiónes & holocauſta, * Allelúia. ℣. Glória Patri & Fílio. *Repet.* Acceptábis, Dómine. *Pſal.* 50. 21.

℣. Cálicem ſalutáris accípiam, ℟. Et nomen Dómini invocábo. *Pſal.* 115. *v.* 4. 5.

AD SEXTAM.

Ant. 3. à. Mélius.

Capitulum. Hebr. 4. *v.* 14.

HAbentes Pontíficem magnum, qui penetrávit cœlos Jeſum Chriſtum Fílium Dei, teneámus confeſſiónem: non enim habémus Pontíficem, qui non poſſit

compati infirmitátibus noſtris.

℟. br. Unxit te Deus, óleo lætítiæ, * Allelúia, allelúia. Repet. Unxit. ℣. Præ consórtibus tuis. * Allelúia. ℣. Glória. Repet. Unxit. Pſ. 44. 8.

℣. Mirificávit Dóminus Sanctum ſuum; ℟. Dóminus exáudiet me cùm clamávero ad eum. Pſ. 4. 4.

AD NONAM.

Ant. 7. d. Per ipſum.

Capitulum. Hebr. 9. v. 13.

SI ſanguis hircórum & taurórum, & cinis vítulæ aſperſus, inquinátos ſanctíficat ad emundatiónem carnis: quantò magis ſanguis Chriſti, qui per Spíritum ſanctum ſemetipſum óbtulit immaculátum Deo, emundábit conſciéntiam noſtram ab opéribus mórtuis.

℟. br. Memor ſit Dóminus, omnis ſacrificii tui, * Allelúia, allelúia. Repet. Memor. ℣. Et holocauſtum tuum pingue fiat. * Allelúia. ℣. Glória. Repet. Memor. Pſal. 19. v. 4.

℣. Salvum fecit Dóminus Chriſtum ſuum; ℟. Exáudiet illum de cœlo ſancto ſuo. Pſ. 19. 17.

AD II. VESPERAS.

Antiph. & Pſalmi, ut in die Feſti. pag. 208.

Capitulum. Hebr. 6. v. 18. 19.

PRopóſitam ſpem ſicut ánchoram habémus ánimæ tutam ac firmam, & incedentem uſque ad interióra veláminis: ubi præcurſor pro nobis introívit Jeſus ſecundùm órdinem Melchíſedech Pòntifex factus in æternum.

Hymnus, Ceſſant figúræ, ſuprà in I. Veſperis.

℣. Lætábimur in ſalutári tuo, ℟. Et in nómine Dei noſtri magnificábimur. Pſ. 19. 6.

Ad Magníſic. Ant. 7. G. Lex hómines conſtítuit ſacerdótes infirmitátem habentes: ſermo autem jurisjurandi Fílium in æternum perfectum, allelúia. Hebr. 7. 28.

Oratio Deus, cujus, ſuprà ad Laudes, pag. 234.

AD COMPLETORIUM,

ut in die Feſti, pag. 209.

FERIA SEXTA.

De libro primo Regum.

LECTIO I. Cap. 8. v. 1.

Rex poſtulatus.

FActum eſt autem cùm ſenuiſſet Sámuël, póſuit fílios ſuos júdices Iſraël. Et non ambulavérunt fílii illíus in viis ejus: ſed declinavérunt poſt avarítiam, accepcrúntque múnera, & pervertérunt judícium. Congregáti ergo univerſi majóres natu Iſraël, vené-

runt ad Samuélem in Rámatha, dixeruntque ei: Ecce tu ſenuiſti, & filii tui non ámbulant in viis tuis: conſtítue nobis regem, ut júdicet nos, ſicut & univerſæ habent natiónes. Diſplícuit ſermo in óculis Samuélis eò quòd dixiſſent: Da nobis regem, ut júdicet nos. Et orávit Sámuel ad Dóminum. Dixit autem Dóminus ad Samuélem: Audi vocem pópuli in ómnibus quæ loquuntur tibi; non enim te abjecérunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.

℟. Non longè eſt Deus ab unoquóque noſtrûm: * In ipſo enim vívimus, & movémur, & ſumus. *Act.* 17. 27. ℣. Dóminus excelſus, terríbilis, rex magnus ſuper omnem terram. *Pſ.* 46. 3. * In ipſo.

LECTIO II. *v.* 10.

Jus Regis.

DIxit ítaque Sámuël ómnia verba Dómini ad pópulum, qui petíerat à ſe regem, & ait: Hoc erit jus regis, qui imperatúrus eſt vobis. Fílios veſtros tollet, & ponet in cúrribus ſuis, facietque ſibi équites & præcurſóres quadrigárum ſuárum, & conſtítuet ſibi tribúnos & centuriónes, & aratóres agrórum ſuórum, & meſſóres ſégetum, & fabros armórum & cúrruum ſuórum. Fílias quoque veſtras fáciet ſibi unguentárias, & focárias, & paníficas. Agros quoque veſtros, & víneas, & olivéta óptima tollet, & dabit ſervis ſuis. Sed & ſégetes veſtras, & vineárum réditus addecimábit, ut det eunúchis & fámulis ſuis. Et clamábitis in die illa à fácie regis veſtri, quem elegiſtis vobis: & non exáudiet vos Dóminus in die illa, quia petiſtis vobis regem.

℟. Peregríni ſumus coram te, Dómine, & ádvenæ ſicut omnes patres noſtri; * Dies noſtri quaſi umbra ſuper terram, & nulla eſt mora. 1. *Par.* 29. 15. ℣. Quid eſt homo, quòd memor es ejus; aut fílius hóminis, quóniam víſitas eum? *Hebr.* 2. 6. * Dies.

LECTIO III. *v.* 19.

Jubet Deus dari Regem.

NOluit autem pópulus audíre vocem Samuélis; ſed dixérunt: Nequáquam: rex enim erit ſuper nos, & érimus nos quoque ſicut omnes gentes: & judicábit nos rex noſter, & egrediétur ante nos, & pugnábit bella noſtra pro nobis. Et audívit Sámuël ómnia verba pópuli, & locútus eſt ea in áuribus

Dómini. Dixit autem Dóminus ad Samuélem : Audi vocem eórum, & conſtítue ſuper eos regem. Et ait Sámuël ad viros Iſraël : Vadat unuſquiſque in civitátem ſuam.

℟. In manu tua, Dómine, magnitúdo & impérium ómnium : * Nunc ígitur, Deus noſter, confitémur tibi, † Et laudámus nomen tuum ínclytum. 1. *Par.* 29. 12. 13. ℣. Dilexiſti juſtítiam, & odiſti iniquitátem. *Hebr.* 1. 9. * Nunc. ℣. Glória. † Et.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 22. *Canon* 1.

SI quis díxerit in Miſſa non offerri Deo verum & próprium ſacrifícium : aut quòd offerri, non ſit áliud quàm nobis Chriſtum ad manducandum dari; anathéma ſit.

SABBATO.

Hodie & aliis uſque ad Adventum Sabbatis, fit Officium de B. Maria in Sabbato, niſi occurrat Feſtum ſemiduplex & ſuprà, vel dies intra Octavam, vel fieri debeat de aliqua Feria privilegiata.

De libro primo Regum.

Lectio I. *Cap.* 9. *v.* 1.

Saül quærens aſinas, venit ad Samuëlem.

ERat vir de Bénjamin nómine Cis, fílius Abiel fílii Seror, fílii Béchorath, fílii Aphia, fílii viri Jémini, fortis róbore. Et erat ei fílius vocábulo Saül, electus & bonus, & non erat vir de fíliis Iſraël mélior illo; ab húmero & ſursùm eminébat ſuper omnem pópulum. Períerant autem áſinæ Cis patris Saül, & dixit Cis ad Saül fílium ſuum : Tolle tecum unum de púeris, & conſurgens vade, & quære áſinas. Cùm autem veniſſent in terram Suph, dixit Saül ad púerum qui erat cum eo : Veni, & revertámur; ne fortè dimíſerit pater meus áſinas, & ſollícitus ſit pro nobis. Qui ait ei : Ecce vir Dei eſt in civitáte hac, vir nóbilis; omne quod lóquitur, ſine ambiguitáte venit : nunc ergo eámus illuc, ſi fortè índicet nobis de via noſtra, propter quam vénimus. Dixitque Saül ad púerum ſuum : Ecce íbimus : quid ferémus ad virum Dei? panis defécit in ſitárciis noſtris; & ſpórtulam non habémus, ut demus hómini Dei, nec quidquam áliud. Rursùm puer reſpondit Saúli, & ait : Ecce inventa eſt in manu mea quarta pars ſtatéris argenti; demus hómini Dei, ut índicet nobis viam noſtram. Et

dixit Saül ad púerum ſuum : Optimus ſermo tuus ; veni, eámus. Et iérunt in civitátem in qua erat vir Dei.

LECTIO II. v. 11.
Deus revelat Samuëli de Saül.

CUmque aſcénderent clivum civitátis, invenérunt puellas egrediéntes ad hauriendam aquam, & dixérunt eis : Num hîc eſt Videns ? Quæ reſpondentes, dixérunt illis : Hîc eſt : ecce ante te ; feſtina nunc : hódie enim venit in civitátem, quia ſacrificium eſt hódie pópuli in excelſo. Et aſcendérunt in civitátem. Cumque illi ambulárent in médio urbis, appáruit Sámuël egrédiens óbviam eis, ut aſcénderet in excelſum. Dóminus autem reveláverat auriculam Samuélis ante unam diem quàm veníret Saül, dicens: Hâc ipsâ horâ quæ nunc eſt, cras mittam virum ad te de terra Bénjamin, & unges eum ducem ſuper pópulum meum Iſraël : & ſalvábit pópulum meum de manu Philiſthinórum, quia reſpexi pópulum meum ; venit enim clamor eórum ad me. Cumque aſpexiſſet Sámuël Saúlem, Dóminus dixit ei : Ecce vir quem díxeram tibi ; iſte dominábitur pópulo meo.

LECTIO III. v. 18.
Saül manducat cum Samuële.

ACceſſit autem Saül ad Samuélem in médio portæ, & ait : Indica, oro, mihi, ubi eſt domus Videntis. Et reſpondit Sámuël Saúli dicens : Ego ſum Videns : aſcende ante me in excelſum, ut comedátis mecum hódie, & dimittam te manè ; & ómnia quæ ſunt in corde tuo, indicábo tibi. Et de ásinis, quas nudiuſtértius perdidiſti, ne ſollícitus ſis, quia inventæ ſunt. Et cujus erunt óptima quæque Iſraël ? nonne tibi & omni dómui patris tui ? Aſſúmens ítaque Sámuël Saúlem, & púerum ejus, introduxit eos in triclínium, & dedit eis locum in cápite eórum qui fúerant invitáti : erant enim quaſi triginta viri. Dixitque Sámuël cocco : Da partem quam dedi tibi, & præcépi ut repóneres ſeorſum apud te. Levávit autem coccus armum, & póſuit ante Saül. Dixitque Sámuël : Ecce quod remanſit, pone ante te, & cómede : quia de indúſtria ſervátum eſt tibi, quando pópulum vocávi. Et comédit Saül cum Samuéle in die illa. Et

deſcendérunt de excelſo in óppidum, & locútus eſt cum Saúle in ſolário: ſtravitque Saül in ſolário, & dormívit.

CANON.

Ex Concilio Tridentíno.

Seſſ. 21. *Can.* 3.

SI quis díxerit miſſæ ſacrificium tantùm eſſe laudis & gratiárum actiónis, aut nudam commemoratiónem ſacrificii in cruce peracti, non autem propitiatórium: vel ſoli prodeſſe ſumenti; neque pro vivis & defunctis, pro peccátis, pœnis, ſatisfactiónibus, aliiſque neceſſitátibus offerri debére; anathéma ſit.

AD VESP. ut in Pſalterio.

Ad Magníf. *Ant.* 3. E. Dilectus à Dómino Deo ſuo Sámuël Prophéta Dómini, renovávit impérium, & unxit príncipes in gente ſua. *Eccli.* 46. *v.* 16.

Oratio, Protector; *ut infrà ad Laudes.*

DOMINICA TERTIA poſt Pentecoſten.

Officium de Pſalterio; & ſic in cæteris Dominicis uſque ad Adventum.

IN I. NOCTURNO.

De libro primo Regum.

LECT. I. *Cap.* 9. 26. & 10. 1.

Saül ungitur in Regem.

CUmque mane ſurrexiſſent, & jam elucéſceret, vocávit Samuël Saúlem in ſolário, dicens: Surge, & dimittam te. Et ſurrexit Saül: egreſſíque ſunt ambo, ipſe vidélicet, & Sámuël. Tulit autem Sámuël lentículam ólei, & effúdit ſuper caput ejus, & deoſculátus eſt eum, & ait: Ecce unxit te Dóminus ſuper hereditátem ſuam in príncipem, & liberábis pópulum ſuum de mánibus inimicórum ejus, qui in circúitu ejus ſunt. Et hoc tibi ſignum, quia unxit te Deus in príncipem. Cùm abíeris hódie à me, invénies duos viros juxta ſepulchrum Rachel in finibus Bénjamin, in merídie, dicentque tibi: Inventæ ſunt áſinæ, ad quas íeras perquirendas: & intermiſſis pater tuus áſinis, ſollícitus eſt pro vobis, & dicit: Quid fáciam de filio meo? Poſt hæc vénies in collem Dei, ubi eſt ſtátio Philiſthinórum: & cùm ingreſſus fúeris ibi urbem, óbvium habébis gregem prophetárum deſcendéntium de excelſo, & ante eos pſaltérium, & tympanum, & tíbiam, & cítharam, ipſoſque prophetantes. Et insíliet in te Spíritus Dómini, & prophetábis cum eis, & mutáberis in virum álium. Quando ergo evénerint

ſigna hæc ómnia tibi, fac quæcumque invénerit manus tua; quia Dóminus tecum eſt. Et deſcendes ante me in Gálgala, (ego quippe deſcendam ad te,) ut ófferas oblatiónem, & ímmoles víctimas pacíficas: ſeptem diébus expectábis, donec véniam ad te, & oſtendam tibi quid fácias.

℟. j. Benedíctus es, Dómine Deus Iſraël, ab æterno in æternum; * Tua eſt, Dómine, magnificéntia & poténtia & glória, & tibi laus. 1. *Par. v.* 29. 10. 11. ℣. Virga æquitátis, virga regni tui. *Hebr.* 1. *v.* 8. * Tua eſt.

LECTIO II. *Cap.* 10. *v.* 9.

Saül prophetat.

ITaque cùm avertiſſet húmerum ſuum ut abíret à Samuéle, immutávit ei Deus cor áliud; & venérunt ómnia ſigna hæc in die illa. Veneruntque ad prædictum collem, & ecce cúneus prophetárum óbvius ei: & insíluit ſuper eum Spíritus Dómini, & prophetávit in médio eórum. Videntes autem omnes qui nóverant eum heri & nudiuſtértius, quòd eſſet cum prophétis, & prophetáret, dixérunt ad invicem: Quænam res áccidit fílio Cis? num & Saül inter prophétas? Ceſſávit autem prophetáre, & venit ad excelſum. Dixitque pátruus Saül ad eum, & ad púerum ejus: Quò abiſtis? Qui reſpondérunt: Quærere áſinas; quas cùm non reperiſſémus, vénimus ad Samuélem. Et dixit ei pátruus ſuus: Indica mihi quid díxerit tibi Sámuël. Et ait Saül ad pátruum ſuum: Indicávit nobis quia inventæ eſſent áſinæ. De ſermóne autem regni non indicávit ei, quem locútus fúerat ei Samuël.

℟. ij. Cuncta quæ in cœlo ſunt & in terrâ, tua ſunt; * Tuum, Dómine, regnum, & tu es ſuper omnes príncipes. 1. *Par.* 29. *v.* 11. ℣. Thronus tuus, Deus, in ſǽculum ſǽculi. *Hebr.* 1. 8. * Tuum.

LECTIO III. *v.* 17.

Saül rex proclamatur.

COnvocávit Sámuël pópulum ad Dóminum in Maſpha, & ait ad filios Iſraël: Hæc dicit Dóminus Deus Iſraël: Ego eduxi Iſraël de Ægypto, & érui vos de manu Ægyptiórum, & de manu ómnium regum qui affligébant vos. Vos autem hódie projeciſtis Deum veſtrum, qui ſolus ſalvávit vos de univerſis malis & tribulatiónibus veſtris; & dixiſtis;

t cognatio Me-
ervénit uſque ad
um Cis. Quæſié-
eum, & non eſt
. Et conſuluérunt
: Dóminum, u-
i venturus eſſet il-
ponditque Dómi-
e abſcónditus eſt
ucurrérunt ítaque
nt eum inde: ſte-
médio pópuli, &
it univerſo pópu-
mero & ſurſum.
muël ad omnem
: Certè vidétis
légit Dóminus,
n non ſit ſímilis
omni pópulo. Et
t omnis pópulus,
Vivat Rex.
℣. Tuæ divítiæ,
:, & tua eſt gló-
Tu domináris óm-
† In manu tua

Et nunc rex gráditur ante vos: ego autem ſénui, & incánui: porrò filii mei vobiſcum ſunt: ítaque conversátus coram vobis ab adoleſcéntia mea uſque ad hanc diem, ecce præſto ſum. Loquímini de me coram Dómino, & coram Chriſto ejus, utrùm bovem cujuſquam túlerim, aut áſinum; ſi quémpiam calumniátus ſum, ſi oppreſſi áliquem, ſi de manu cujuſquam munus accépi: & contemnam illud hódie, reſtituamque vobis. State ut judício contendam adversùm vos coram Dómino, de ómnibus miſericórdiis Dómini, quas fecit vobiſcum, & cum pátribus veſtris. Quómodò Jacob ingreſſus eſt in Ægyptum,

ſtrûm ; * In ipſo enim vívimus, & movémur, & ſumus, *Act.* 17. *v.* 27. ℣. Dóminus excelſus, terríbilis, Rex magnus ſuper omnem terram. *Pſalm.* 46. *v.* 3.* In ipſo.

LECTIO V. *v.* 12.

Rex à Deo datus.

VIdentes autem quòd Naas rex filiórum Ammon veniſſet adversùm vos, dixiſtis mihi: Nequáquam; ſed rex imperábit nobis: cùm Dóminus Deus veſter regnáret in vobis. Nunc ergo præſtò eſt rex veſter, quem elegiſtis & petiſtis: ecce dedit vobis Dóminus regem. Si timuéritis Dóminum, & ſerviéritis ei, & audiéritis vocem ejus, & non exaſperavéritis os Dómini: éritis & vos, & rex qui ímperat vobis, ſequentes Dóminũ Deum veſtrum. Si autem non audiéritis vocem Dómini, ſed exaſperavéritis ſermónes ejus, erit manus Dómini ſuper vos, & ſuper patres veſtros. Sed & nunc ſtate, & vidéte rem iſtam grandem, quam factúrus eſt Dóminus in conſpectu veſtro. Numquid non meſſis trítici eſt hódie? invocábo Dóminum, & dabit voces & plúvias: & ſciétis, & vidébitis, quia grande malum fecéritis vobis in conſpectu Dómini, pete ſuper vos regem.

℟. *v.* Peregríni ſu coram te, Dómine, ádvenæ, ſicut omnes tres noſtri: * Dies no quaſi umbra ſuper terr & nulla eſt mora. 1. *P* 29. *v.* 15. ℣. Quid eſt h mo, quòd memor es ej aut filius hóminis, q niam víſitas eum? *H* 2. 6. * Dies.

LECTIO VI. *v.* 20.

Rex & populus peritur.

NOlíte timére: vos feciſtis univerſum malum hoc: verúmtamen nolíte recédere à tergo Dómini; ſed ſervíte Dómino in omni corde veſtro. Et nolíte declinár poſt vana, quæ non pródèrunt vobis, neque éruent vos, quia vana ſunt. Et non derelinquet Dóminus pópulum ſuum propter nomen ſuum magnum: quia jurávit Dóminus facere vos ſibi pópulum. Abſit autem à me hoc peccátum in Dóminum, ut ceſſem oráre pro vobis, & docébo vos viam bonam & rectam. Igitur timéte Dóminum, & ſervíte ei in veritáte, & ex toto corde veſtro. Vidiſtis enim magnífica quæ in vobis géſſerit. Quòd ſi perſeveravéritis in malítia: & vos & rex veſter páriter peribítis.

℟. *vj.* In manu tua, Dómine, magnitúdo & impérium ómniũ: * Nunc ígitur, Deus noſter, confitémur tibi, † Et laudámus nomen tuum ínclytum. 1. *Par.* 29. *v.* 12. 13. ℣. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitátem. *Hebr.* 1. *v.* 9. * Nunc. ℣. Glória. † Et.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

LECTIO VII. *Cap.* 13. *v.* 1.

Poteſtatibus obtemperandum.

OMnis ánima poteſtátibus ſublimióribus ſúbdita ſit. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtáti, Dei ordinatióni reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnatiónem acquírunt. Nam príncipes non ſunt timóri boni óperis, ſed mali. Vis autem non timére poteſtátem? Bonum fac; & habébis laudem ex illa: Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum féceris, time; non enim ſine cauſa gládium portat: Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malum agit. Ideò neceſſitáte súbditi eſtóte, non ſolùm propter iram, ſed étiam propter conſciéntiam. Ideò enim & tribúta præſtátis: miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſervientes. Réddite ergo ómnibus débita: cui tribútum, tribútum; cui vectígal, vectígal; cui timórem, timórem; cui honórem, honórem.

℟. *vij.* Hymnum novum cantémus Deo noſtro; * Adónaï, magnus es tu, & præclárus in virtúte tua. *Judith.* 16. *v.* 15. 16. ℣. Confidenter dicámus: Dóminus mihi adjútor. *Hebr.* 13. *v.* 6. * Adónaï.

Ex Epiſtola prima beáti Petri Apóſtoli.

LECTIO VIII. *Cap.* 2. *v.* 12.

Deus glorificandus, Rex honorandus.

SUbjecti eſtóte omni humánæ creatúræ propter Deum: ſive regi, quaſi præcellenti; ſive dúcibus, tamquam ab eo miſſis ad vindíctam malefactórum, laudem verò bonórum: quia ſic eſt voluntas Dei, ut benè facientes obmutéſcere faciátis imprudéntium hóminum ignorántiam: quaſi líberi, & non quaſi velámen habentes malítiæ libertátem, ſed ſicut ſervi Dei. Omnes honoráte: fraternitátem dilígite: Deum timéte: Regem honorificáte. Sicut ſervi ſub-

diti eſtóte in omni timóre Dóminis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed étiam dyſcolis; hæc eſt enim grátia ſi propter Dei conſciéntiam, ſuſtinet quis triſtítias, pátiens injuſtè.

℟. *viij.* Magnus es, Dómine, in æternum, * Et in ómnia ſécula regnum tuum; quóniam tu flagellas & ſalvas, dedúcis ad ínferos & redúcis. *Tob.* 13. 1. ℣. Magna & mirabília ſunt ópera tua, Dómine Deus. *Apoc.* 15. *v.* 3. * Et in.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO IX. *Cap.* 15. *v.* 1.

Ovis recuperata.

IN illo témpore; Erant appropinquantes Jeſu publicáni & peccatóres, ut audírent illum. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homilia 34. *in Evang.*

COnſiderandum nobis eſt, fratres mei, cur Dóminus plus de converſis peccatóribus, quàm de ſtántibus juſtis in cœlo gáudium eſſe fateátur. Unde hoc? niſi, quod ipſi per quotidiánum viſiónis experimentum nóvimus, quia plerumque hi qui nullis ſe oppreſſos peccatórum mólibus ſciunt, ſtant quidem in via juſtitiæ, nulla illícita perpetrant, ſed tamen ad cœleſtem pátriam ánxiè nec anhélant, tantóque ſibi in rebus lícitis uſum præbent, quantò ſe perpetraſſe nulla illícita meminérunt; & plerumque pigri rémanent ad exercenda bona præcípua, quia valdè ſecúri ſibi ſunt, quod nulla commiſérunt mala gravióra. At contrà, nonnunquam hi qui ſe áliqua illícita egiſſe meminérunt, ex ipſo ſuo dolóre compuncti, inardeſcunt in amórem Dei, ſeſeque in magnis virtútibus exercent, cuncta difficília ſancti certáminis áppetunt, ómnia mundi derelinquunt, honóres fugiunt, acceptis contumélíis lætantur, flagrant deſidério, ad cœleſtem pátriam anhélant: & quia ſe erraſſe à Deo conſiderant, damna præcedéntia lucris ſequéntibus recompenſant.

℟. *ix.* Benedictus es, Dómine Deus, in throno regni tui; * Benedictus es qui intuéris abyſſos, & ſedes ſuper Chérubim, † Et laudábilis, & ſuperexaltátus in ſécula. *Dan.* 3. *v.* 54. 55. ℣. Dómine Deus omnípotens, qui es & qui eras. *Apoc.* 11. *v.* 17. * Benedictus es qui

intuéris abyſſos. ℣. Glória. † Et laudábilis.

Ad Benedict. *Ant. 6.* F. Quæ múlier habens drachmas decem, ſi perdíderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & everrit domum, & quærit diligenter donec invéniat? *Luc.* 15. 8.

Orémus. *Oratio.*

PRotéctor in te ſperántium, Deus, ſine quo nihil eſt válidum, nihil ſanctum: multíplica ſuper nos miſericórdiam tuam; ut, te rectóre, te duce, ſic tranſeámus per bona temporália, ut non amittámus ætérna; Per Dóminum.

C *A* N O *N.*

Ex Concílio Budenſi.

An. 1279. *Cap.* 33.

PRæcípimus, ut Eccleſiárum parochiáni, ſingulis diébus domínicis & feſtivis, ad divína offícia ſpeciáliter ad miſſam vadant ad ſuas parochiánas Ecclésias, ibique divína offícia, prout Deus déderit, áudiant diligenter: nec ipſi parochiáni, relictâ ſuâ parochiáli Ecclésiâ, vel contemptâ, ad álias Ecclésias cujuſcumque ſint órdinis, religiónis, aut ſtatûs præsúmant accédere.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Gáudium erit coram Angelis Dei ſuper uno peccatóre pœniténtiam agente. *Luc.* 15. 10.

Oratio. Protéctor, *ut ſuprà.*

FERIA SECUNDA.

De libro primo Regum.

Lectio I. *Cap.* 10. 25. & 11. 1.

Jabes ab Ammonitis oppugnata.

LOcútus eſt autem Sámuël ad pópulum legem regni, & ſcripſit in libro, & repóſuit coram Dómino: & dimíſit Sámuël omnem pópulum, ſíngulos in domum ſuam. Sed & Saül ábiit in domum ſuam in Gábaa: & ábiit cum eo pars exércitûs, quorum tetígerat Deus corda. Fílii verò Bélial dixérunt: Num ſalváre nos póterit iſte? Et deſpexérunt eum, & non attulérunt ei múnera: ille verò diſſimulábat ſe audíre. Et factum eſt quaſi poſt menſem, aſcendit Naas Ammonítes, & pugnáre cœpit adversùm Jabes Gálaad. Dixeruntque omnes viri Jabes ad Naas: Habéto nos fœderátos, & ſerviémus tibi. Et reſpondit ad eos Naas Ammonítes: In hoc fériam vobiſcum fœdus, ut éruam ómnium veſtrûm óculos dextros, ponamque vos oppróbrium in univerſo Iſraël. Et dixérunt ad eum ſenióres Jabes: Concéde

nobis ſeptem dies, ut mittámus núntios ad univerſos términos Iſraël: & ſi non fúerit qui defendat nos, egrediémur ad te. Venérunt ergo núntii in Gábaa Saülis; & locúti ſunt verba hæc, audiente pópulo: & levávit omnis pópulus vocem ſuam, & flevit. Et ecce Saül veniébat, ſequens boves de agro, & ait: Quid habet pópulus, quòd plorat? Et narravérunt ei verba virórum Jabes.

℟. Benedíctus, *p.* 240.

LECTIO II. *Cap.* 11. 6.

Ammonitæ caſi.

INſilívit Spíritus Dómini in Saül, cùm audiſſet verba hæc; & irátus eſt furor ejus nimis. Et aſſúmens utrumque bovem, concídit in fruſta, miſitque in omnes términos Iſraël per manum nuntiórum, dicens: Quicumque non exíerit, & ſecútus fúerit Saül & Sámuël, ſic fiet bobus ejus. Inváſit ergo timor Dómini pópulum, & egreſſi ſunt quaſi vir unus. Et recénſuit eos in Bezech: fuerúntque filiórum Iſraël trecenta míllia; virórum autem Juda trigínta míllia. Et dixérunt núntiis, qui vénerant: Sic dicétis viris qui ſunt in Jabes Gálaad: Cras erit vobis ſalus, cùm incalúerit ſol. Venérunt ergo [núnt]ii, & annuntiavérunt [viris] Jabes: qui lætáti ſ[unt et] dixérunt: Manè ex[ibimus] ad vos; & faciétis [nobis] omne quod placúe[rit vo]bis. Et factum eſt [ut] dies cráſtinus ve[niret], conſtítuit Saül pópu[lum in] tres partes: & in[greſſus] eſt média caſtra i[n vigi]lia matutína, & [percuſ]ſit Ammon uſque d[um in]caléſceret dies: réli[qui au]tem diſperſi ſunt, [ita ut] non relinquerentur [ex eis] duo páriter.

℟. Cuncta, *pag*

LECTIO III.

Saül ab univerſis [...] citur.

AIt pópulus a[d Sá]muélem: Q[uis eſt] iſte qui dixit: Saü[l non] regnábit ſuper nos? [Date] viros, & interficiém[us eos.] Et ait Saül: Non o[ccidé]tur quiſquam in di[e hac:] quia hódiè fecit Dó[minus] ſalútem in Iſraël. [Dixit] autem Sámuël ad [pópu]lum: Veníte, & [eámus] in Gálgala, & in[nové]mus ibi regnum. E[t per]rexit omnis pópul[us in] Gálgala, & fecéru[nt ibi] regem Saül coram [Dómi]no in Gálgala, & i[mmo]lavérunt ibi víctim[as pa]císicas coram Dómi[no. Et] lætátus eſt ibi Saü[l, &] cuncti viri Iſraël ni[mis.]

℟. Tuæ divítiæ, *[...]*

A N O N.
ncilio Tridentino.
. de obſerv. & evi-
l. in celeb. Miſſ.
Jód ſi neceſſáriò
ıtémur nullum á-
ius ádeò ſanctum
ıum à Chriſti fidé-
actári poſſe, quàm
ſum tremendum,
vifica illa hóſtia,
o Patri reconciliá-
s, in altári per Sa-
s quotídie immo-
ſatis étiam appáret
ı óperam & dili-
ı in eo ponendam
t quantâ máximâ
oteſt interióri cor-
ndítiâ & puritáte,
exterióri devotió-
ietátis ſpécie pera-

IA TERTIA.
o primo Regum.
I. *Cap.* 13. *v.* 1.
gantur Philiſthiim
versùs Iſraël.
s unius anni erat
l, cùm regnáre
: duóbus autem
egnávit ſuper Iſ-
t elégit ſibi Saül
llia de Iſraël, &
um Saül duo míl-
achmas & in mon-
el : mille autem
natha in Gábaa
in. Porrò cæterum
n remíſit unum-
e in tabernácula
: percuſſit Jóna-
tiónem Philiſthi-

nórum, quæ erat in Gábaa. Et Philiſthiim congregáti ſunt ad præliandum contra Iſraël triginta míllia cúrruum, & ſex míllia équitum, & réliquum vulgus ſicut aréna quæ eſt in líttore maris plúrima : & aſcendentes caſtra metáti ſunt in Machmas ad orientem Béthaven.

℟. Non longè eſt Deus, *p.* 241.

LECTIO II. *v.* 7.

Saül reprobatus.

HEbræi autem tranſiérunt Jordánem in terram Gad & Gálaad. Cumque adhuc eſſet Saül in Gálgala, univerſus pópulus pertérritus eſt, qui ſequebátur eum; & expectávit ſeptem diébus juxta plácitum Samuélis, & non venit Sámuël in Gálgala, dilapſuſque eſt pópulus ab eo. Ait ergo Saül : Afferte mihi holocauſtum & pacífica. Et óbtulit holocauſtum. Cumque compleſſet ófferens, ecce Sámuël veniébat, & egreſſus eſt Saül óbviam ei ut ſalutáret eum. Locutuſque eſt ad eum Sámuël : Quid feciſti? .... Stultè egiſti, nec cuſtodiſti mandáta Dómini Dei tui. ... Nequáquam regnum tuum ultrà conſurget.... Surrexit autem Sámuël, & aſcendit de Gál-

galis in Gábaa Bénjamin.

℟. Peregríni, *p.* 242.

LECTIO III. *v.* 16.

Caret Iſraël enſibus.

POrrò Philiſthiim conſéderant in Machmas. Faber ferrárius non inveniebátur in omni terra Iſraël; cáverant enim Philiſthiim ne fortè fácerent Hebræi gládium aut lánceam. Deſcendébat ergo omnis Iſraël ad Philiſthiim, ut exacúeret unuſquiſque vómerem ſuum, & ligónem, & ſecúrim, & sárculum. Retúſæ itaque erant ácies vómerum. Cumque veniſſet dies prælii, non eſt inventus enſis & lánceа in manu totíus pópuli, qui erat cum Saúle & Jónatha, excepto Saül & Jonáthâ filio ejus. Egreſſa eſt autem ſtátio Philiſthiim, ut tranſcénderet in Machmas.

℟. In manu tua, *pag.* 242.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ. 22. de obſerv. & evit. in celebr. Miſſ.*

QUanta cura adhibenda ſit, ut ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium omni religiónis cultu ac veneratióne celebrétur, quivis fácilè exiſtimáre póterit, qui cogitárit maledictum in ſacris litteris eum vocári, qui facit opus Dei negligenter.

FERIA QU

De libro primo

LECTIO I. *Cap.*

Jonathas & ejus

ACcidit quâ
ut díceret
filius Saül ad a
tem armígerum
Veni, & tranſe
ſtatiónem Philiſtl
quæ eſt trans l
lum. Patri auten
ipſum non indicá
rò Saül morabát
tréma parte Gál
malogranáto,
in Magron; &
pulus cum eo c
centórum viró
Achías filius Acl
tris Ichabod filii
qui ortus fúerat
ſacerdóte Dómin
portábat ephod
pópulus ignorá
iſſet Jónathas.
tem inter aſcen
quos nitebátur
transíre ad ſtatió
liſthinórum,
petræ ex utráqu
& quaſi in mo
tium ſcópuli hir
prærupti, nome
ſes, & nomen ál
Dixit autem Jó
adoleſcentem a
ſuum: Veni, t
ad ſtatiónem in
ſórum horum
fáciat Dóminus
bis: quia non
no difficile ſalv

multis, vel in paucis. Dixitque ei ármiger ſuus: Fac ómnia quæ placent ánimo tuo: perge quò cupis, & ero tecum ubicumque volúeris.

℟. Hymnum novum, *pag.* 243.

Lectio II. *v.* 8.

Jonathas Domino fidens.

Et ait Jónathas: Ecce nos transímus ad viros iſtos. Cumque apparuérimus eis, ſi táliter locúti fuerint ad nos: Manéte donec veniámus ad vos; ſtemus in loco noſtro, nec aſcendámus ad eos. Si autem dixerint: Aſcéndite ad nos; aſcendámus, quia trádidit eos Dóminus in mánibus noſtris: hoc erit nobis ſignum. Appáruit ígitur uterque ſtatióni Philiſthinórum; dixeruntque Philiſthiim: En Hebræi egrediuntur de cavernis, in quibus abſcónditi fúerant. Et locúti ſunt viri de ſtatióne ad Jónatham, & ad armigerum ejus, dixeruntque: Aſcéndite ad nos, & oſtendémus vobis rem. Et ait Jónathas ad armígerum ſuum: Aſcendámus, ſéquere me: trádidit enim Dóminus eos in manus Iſraël. Aſcendit autem Jónathas mánibus & pédibus reptans, & ármiger ejus poſt eum. Itaque álii cadébant ante Jónatham; álios ármiger ejus interficiébat ſequens eum.

℟. Magnus es, Dómine, *pag.* 244.

Lectio III. *v.* 15.

Mutua cædes Philiſthiim.

Factum eſt miráculum in caſtris, per agros: ſed & omnis pópulus ſtatiónis eórum, qui íerant ad prædandum, obſtúpuit, & conturbáta eſt terra: & áccidit quaſi miráculum à Deo. Et reſpexérunt ſpeculatóres Saül, qui erant in Gábaa Bénjamin, & ecce multitúdo proſtráta, & huc illucque diffúgiens. Et ait Saül pópulo qui erat cum eo: Requírite, & vidéte quis abíerit ex nobis. Cumque requiſiſſent, repertum eſt non adeſſe Jónatham, & armigerum ejus. Et ait Saül ad Achíam: Applica arcam Dei. (Erat enim ibi arca Dei in die illa cum filiis Iſraël.) Conclamávit ergo Saül, & omnis pópulus qui erat cum eo, & venérunt uſque ad locum certáminis; & ecce verſus fúerat gládius uniuſcujuſque ad próximum ſuum, & cædes magna nimis. Sed & Hebræi qui fúerant cum Philiſthiim heri & nudiuſtértius, aſcenderantque cum eis in caſtris, reverſi ſunt ut eſſent cum Iſ-

raël, qui erant cum Saül & Jónatha. Omnes quoque Iſraëlítæ qui ſe abſcónderant in monte Ephraïm, audientes quòd fugiſſent Philiſthæi, ſociavérunt ſe cum ſuis in prælio. Et erant cum Saül, quaſi decem míllia virórum. Et ſalvávit Dóminus in die illa Iſraël. Pugna autem pervénit uſque ad Béthaven.

℟. Benedíctus es, Dómine Deus, *pag.* 244.

CANON.

Ex Concílio Remenſi.

An. 1583. *Cap.* 11.

SAcerdótes, non diébus tantùm ſolémnibus, ſed étiam Domínicis, ſæpiuſque ſi fieri poteſt, ſacríficent: nullus tamen ſibi cónſcius mortális peccáti, quantumvis ſibi contrítus videátur, abſque prævia ſacramentáli Confeſſióne célebret.

FERIA QUINTA.

De libro primo Regum.

Lect. I. *Cap.* 14. *v.* 24.

Saül juramentum.

VIri Iſraël ſociáti ſunt ſibi in die illa: adjurávit autem Saül pópulum, dicens: Maledíctus vir qui coméderit panem uſque ad véſperam, donec ulciſcar de inimícis meis. Et non manducávit univérſus pópulus panem. Omneque terræ vulgus venit in ſaltum, in quo erat mel ſuper fáciem a[...] greſſus eſt ítaque [...] ſaltum, & appáru[...] mel, nulluſque a[...] manum ad os ſu[...] mébat enim pópu[...] ramentum. Porrò [...] thas non audíera[...] adjuráret pater ej[...] pulum: extenditq[...] mirátem virgæ qu[...] bébat in manu, & i[...] in favum mellis: [...] vertit manum ſua[...] os ſuum, & illu[...] ſunt óculi ejus. Pe[...] runt ergo in die ill[...] liſthæos à Machm[...] que in Aíalon. Def[...] tus eſt autē pópulus [...]

℟. Benedíctus e[...] mine, Deus Iſraël[...]

Lectio II. *v.* [...]

Captus Jonatha[...]

ET conſúluit Saü[...] minum: Num [...] quar Philíſthiim? [...] des eos in manus I[...] Et non reſpondit [...] die illa. Dixitque [...] Applicáte huc uni[...] ángulos pópuli: & [...] te, & vidéte, per [...] accíderit peccátum [...] hódie. Vivit Dó[...] ſalvátor Iſraël, q[...] per Jónatham fíliun[...] factum eſt, abſqu[...] tractatióne moriétu[...] quod nullus contr[...] ei de omni pópulo. [...] ad univérſum Iſraël[...] parámini vos in p[...]

...nam, & ego cum Jónatha filio meo ero in parte áltera. Reſponditque pópulus ad Saül: Quod bonum vidétur in óculis tuis, fac. Et dixit Saül ad Dóminum Deum Iſraël: Dómine Deus Iſraël, da indícium: quid eſt quòd non reſpónderis ſervo tuo hódie? Si in me, aut in Jónatha filio meo, eſt iníquitas hæc, da oſtenſiónem; aut ſi hæc iníquitas eſt in pópulo tuo, da ſanctitátem. Et deprehenſus eſt Jónathas & Saül; pópulus autem exívit. Et ait Saül: Míttite ſortem inter me, & inter Jónatham filium meum. Et captus eſt Jónathas.

℟. Cuncta quæ in cœlo, *pag.* 240.

Lectio III. *v.* 43.

Jonathas liberatus.

Dixit Saül ad Jónatham: Indica mihi quid féceris. Et indicávit ei Jónathas, & ait: Guſtans guſtávi in ſummitáte virgæ quæ erat in manu mea, páululum mellis; & ecce ego mórior. Et ait Saül: Hæc fáciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte moriéris, Jónatha. Dixitque pópulus ad Saül: Ergone Jónathas moriétur, qui fecit ſalútem hanc magnam in Iſraël? hoc nefas eſt: vivit Dóminus, ſi cecíderit capillus de cápite ejus in terram, quia cum Deo operátus eſt hódie. Liberávit ergo pópulus Jónatham, ut non morerétur. Receſſitque Saül, nec perſecútus eſt Philíſthiim: porrò Philíſthiim abiérunt in loca ſua. Et Saül, confirmáto regno ſuper Iſraël, pugnábat per circúitum adversùm omnes inimícos ejus, contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philiſthæos: & quocumque ſe vérterat, ſuperábat.

℟. Tuæ divítiæ, *pag.* 241.

CANON.

Ex Concílio Toletáno primo.

An. 400. *Cap.* 5.

Préſbyter, vel Diáconus, vel Subdiáconus, vel quílibet Eccléſiæ deputátus Cléricus, ſi intra civitátem fúerit, vel in loco in quo Eccléſia eſt, aut caſtello, aut vico, aut villa, & ad Eccléſiam ad ſacrificiũ quotidiánum non accéſſerit, Cléricus non habeátur.

FERIA SEXTA.

De libro primo Regum.

Lectio I. *Cap.* 15. *v.* 1.

Saül parcit regi Agag.

Dixit Sámuël ad Saül: Me miſit Dóminus,

ut úngerem te in regem ſuper pópulum ejus Iſraël : nunc ergo audi vocem Dómini. Hæc dicit Dóminus exercítuum : Recénſui quæcumque fecit Amalec Iſraéli, quómodo réſtitit ei in via cùm aſcénderet de Ægypto. Nunc ergo vade, & pércute Amalec, & demolíre univerſa ejus : non parcas ei, & non concupiſcas ex rebus ipsíus áliquid ; ſed intérfice à viro uſque ad mulíerem, & párvulum atque lactentem, bovem & ovem, camélum & áſinum. Præcépit ítaque Saül pópulo, & recénſuit eos quaſi agnos : ducenta míllia péditum, & decem míllia virórum Juda. Cumque veniſſet Saül uſque ad civitátem Amalec, tetendit insídias in torrente. Percuſſitque Saül Amalec, ab Hévila, donec vénias ad Sur, quæ eſt è regióne Ægypti. Et apprehendit Agag regem Amalec vivum : omne autem vulgus interfécit in ore gládii. Et pepercit Saül, & pópulus, Agag, & óptimis grégibus óvium & armentórum, & véſtibus & ariétibus, & univerſis quæ pulchra erant, nec voluérunt diſpérdere ea : quidquid verò vile fuit & réprobum, hoc demolíti ſunt. Tu autem

℟. Non longè eſt, p

241.

LECTIO II. v. I

Saül à Samuële corrept

CUmque de nocte ſ rexiſſet Sámuël, iret ad Saül manè, n tiátum eſt Samuéli, quòd veniſſet Saül in C mélum, & erexiſſet fórnicem triumphále & reverſus tranſiſſet, c cendiſſetque in Gálg Venit ergo Sámuël Saül, & Saül offeré holocauſtum Dómino inítiis prædárum quæ túlerat ex Amalec. Et c veniſſet Sámuël ad Sa dixit ei Saül : Benedi tu Dómino; implévi bum Dómini. Dixit Sámuël : Et quæ eſt vox gregum, quæ ré nat in áuribus meis, armentórum, quam áudio ? Et ait Saül : Amalec adduxérunt pepercit enim pópu melióribus óvibus & mentis, ut immolar tur Dómino Deo tuo; liqua verò occídimus. ait Sámuël : Numquid Dóminus holocauſta víctimas, & non pó ut obediátur voci Dó ni ? Mélior eſt enim o diéntia quàm víctimæ; auſcultáre, magis qu offerre ádipem ariet Tu autem.

℟. Peregrini ſumus, *pag.* 242.

LECTIO III. *v.* 24.

Agag occiditur.

DIxitque Saül ad Samuélem: Peccávi, quia prævaricátus ſum ſermónem Dómini, & verba tua, timens pópulum, & obédiens voci eórum. Et ait Sámuël ad Saül: Non revertar tecum, quia projeciſti ſermónem Dómini, & projécit te Dóminus ne ſis rex ſuper Iſraël. Et converſus eſt Sámuel ut abíret: ille autem apprehendit ſummitátem pállii ejus, quæ & ſciſſa eſt. Et ait ad eum Sámuël: Scidit Dóminus regnum Iſraël à te hódie, & trádidit illud próximo tuo melióri te. At ille ait: Peccávi; ſed nunc honóra me coram ſenióribus pópuli mei, & coram Iſraël, & revértere mecum, ut adórem Dóminum Deum tuum. Reverſus ergo Sámuël ſecútus eſt Saülem; & adorávit Saül Dóminum. Dixitque Sámuël: Addúcite ad me Agag regem Amalec. Et oblátus eſt ei Agag pinguíſſimus & tremens. Et dixit Agag: Siccine ſéparat amára mors? Et in fruſta concídit eum Sámuël coram Dómino in Gálgalis. Abiit autem Sámuël in Rámatha: Saül verò aſcendit in domum ſuam in Gábaa. Et non vidit Sámuël ultrà Saül uſque ad diem mortis ſuæ: verúmtamen lugébat Sámuël Saülem, quóniam Dóminum pœnitébat quod conſtituiſſet eum regem ſuper Iſraël.

℟. In manu tua, *pag.* 242.

CANON.

Ex Concilio Tridentíno. *Seſſ.* 22. *de Obſerv. & evit. in celebr. Miſſæ.*

QUoad ſacrificium Miſſæ..... decernit ſancta Synodus ut ordinárii locórum Epiſcopi, ea ómnia prohibére atque è médio tóllere sédulò curent ac teneantur, quæ vel avaritia, idolórum ſérvitus; vel irreveréntia, quæ ab impietáte vix ſejuncta eſſe poteſt; vel ſuperſtitio, veræ pietátis falſa imitátrix, induxit.

SABBATO.

De libro primo Regum.

LECTIO I *Cap.* 16. *v.* 1.

Mittitur Samuël ad Iſai.

DIxitque Dóminus ad Samuélem: Uſquequò tu luges Saül, cùm ego projécerim eum ne regnet ſuper Iſraël? Imple cornu tuum óleo, & veni, ut mittam te ad Iſaï Bethlehemítem: provídi enim in filiis ejus mihi regem. Et ait Sá-

muël: Quómodo vadam? áudiet enim Saül, & interficiet me. Et ait Dóminus: Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices: Ad immolandum Dómino veni. Et vocábis Iſaï ad víctimam, & ego oſtendam tibi quid fácias, & unges quemcumque monſtrávero tibi. Fecit ergo Samuël, ſicut locútus eſt ei Dóminus. Venitque in Béthlehem; & admiráti ſunt ſeniores civitátis, occurrentes ei, dixeruntque: Pacificuſne eſt ingreſſus tuus? Et ait: Pacíficus; ad immolandū Dómino veni; ſanctificámini, & veníte mecum ut ímmolem. Sanctificávit ergo Iſaï & filios ejus, & vocávit eos ad ſacrifícium.

LECTIO II. *v. 6.*

Ungitur David.

CUmque ingreſſi eſſent, vidit Elíab, & ait: Num coram Dómino eſt Chriſtus ejus? Et dixit Dóminus ad Samuélem: Ne reſpícias vultum ejus, neque altitúdinem ſtatúræ ejus: quóniam abjéci eum; nec juxta intúitum hóminis ego júdico: homo enim videt ea quæ parent; Dóminus autem intuétur cor. Et vocávit Iſaï Abínadab, & adduxit eum coram Samuéle. Qui dixit: Nec hunc elégit Dóminus. Adduxit autem Iſaï Samma, de quo ait: Etiam hunc non elégit Dóminus. Adduxit itaque Iſaï ſeptem filios ſuos coram Samuéle: & ait Sámuël ad Iſaï: Non elégit Dóminus ex iſtis. Dixitque Sámuël ad Iſaï: Numquid jam compléti ſunt filii? Qui reſpondit: Adhuc réliquus eſt párvulus, & paſcit oves. Et ait Sámuël ad Iſaï: Mitte, & adduc eum; nec enim diſcumbémus priùs quàm huc ille véniat. Miſit ergo, & adduxit eum. Erat autem rufus, & pulcher aſpectu, decorâque fácie; & ait Dóminus: Surge; unge eum, ipſe eſt enim. Tulit ergo Sámuël cornu ólei, & unxit eum in médio fratrum ejus; & directus eſt Spiritus Dómini à die illa in David, & deinceps; ſurgenſque Sámuël, ábiit in Ramatha.

LECTIO III. *v. 14.*

Vocatur David in aulam Saülis, ut citharâ pſallat.

SPíritus autem Dómini receſſit à Saül, & exagitábat eum ſpíritus nequam à Dómino. Dixeruntque ſervi Saül ad eum: Ecce Spiritus Dei malus exágitat te: júbeat Dóminus noſter; & ſervi tui qui coram te ſunt, quæ-

rent hóminem ſcientem pſállere citharâ, ut quando arripúerit te Spiritus Dómini malus, pſallat manu ſuâ, & lévius feras. Et ait Saül ad ſervos ſuos: Providéte ergo mihi áliquem benè pſallentem, & addúcite eum ad me. Et reſpondens unus de púeris, ait: Ecce vidi filium Iſaï Bethlehemitem, ſcientem psállere, & fortíſſimum róbore, & virum bellicóſum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum: & Dóminus eſt cum eo. Miſit ergo Saül núntios ad Iſaï, dicens: Mitte ad me David filium tuum, qui eſt in páſcuis. Tulit itaque Iſaï áſinum plenum pánibus, & lagénam vini, & hœdum de capris unum, & miſit per manum David filii ſui Saúli. Et venit David ad Saül, & ſtetit coram eo: at ille diléxit eum nimis, & factus eſt ejus ármiger.

CANON.

Ex Concílio Auguſtodunenſi.

An. 1548. *Can.* 18.

Ut nimia feſtinátio in Miſſæ lectióne aut celebratióne, religióſas aures oculoſque offendit, ita incondita prolíxitas faſtídium pótius génerat quam devotiónem: quapropter ſacerdótibus devótam mediocritatem, & toto ſacratiſſimæ actiónis témpore, decórum quid ex córporis geſtu, véſtium ſacrarum mundâ compoſitióne, ipſóque vultu elúceat, commendámus.

AD VESPERAS, ut in Pſalterio.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Invocávit David Dóminum omnipoténtem; & dedit in déxtera ejus tóllere hóminem fortem in bello, & exaltáre cornu gentis ſuæ. *Eccli.* 47. *v.* 6.

Oratio ut infrà ad Laud.

DOMINICA QUARTA poſt Pentecoſten.

IN I. NOCTURNO.

De libro primo Regum.

Lectio I. *Cap.* 17. *v.* 1.

Goliath.

Congregantes Philiſthiim ágmina ſua in prælium, ſtabant ſuper montem ex parte hac, & Iſraël ſtabat ſupra montem ex áltera parte; vaſiſque erat inter eos. Et egreſſus eſt vir ſpúrius de caſtris Philiſthinórum, nómine Góliath, de Geth, altitúdinis ſex cubitórum & palmi; & caſſis ærea ſuper caput ejus, & lorícâ ſquammatâ induebátur. Porrò pondus loricæ ejus, quinque míllia ſiclórum æris erat: & ócreas æreas habébat in crúribus: &

clypeus æreus tegébat húmeros ejus. Haſtíle autem haſtæ ejus, erat quaſi liciatórium texéntium; ipſum autem ferrum haſtæ ejus, ſexcentos ſiclos habébat ferri; & ármiger ejus antecedébat eum. Stanſque clamábat adversùm phalangas Iſraël, & dicébat eis: Quare veniſtis paráti ad prælium? Numquid ego non ſum Philiſthæus, & vos ſervi Saül? Elígite ex vobis virum, & deſcendat ad ſinguláre certámen. David autem erat filius viri Ephrathæi, de quo ſuprà dictum eſt, de Béthlehem Juda, cui nomen erat Iſaï, qui habébat octo filios; & erat vir in diébus Saül ſenex, & grandævus inter viros. David autem erat mínimus. Procedébat verò Philiſthæus manè & véſperè, & ſtabat quadraginta diébus.

℟. *j.* Concupívi ſalutáre tuum, Dómine: * Vivet ánima mea, & laudábit te; & judícia tua adjuvábunt me. *Pſ.* 118. *v.* 174. 175. ℣. In médio Eccléſiæ laudábo te. *Hebr.* 2. 12. * Vivet.

Lectio II. *v.* 17.

David paratus ad gigantem debellandum.

DIxit autem Iſaï ad David filium ſuum: Accipe frátribus tuis ephi polentæ, & decem panes iſtos; & curre in caſtra ad fratres tuos. Surrexit ítaque David manè, & commendávit gregem cuſtódi: & onuſtus ábiit, ſicut præcéperat ei Iſaï. Et venit ad locum Mágala, & ad exércitum, qui egreſſus ad pugnam vociferátus erat in certámine. Derelinquens ergo David vaſa quæ attúlerat, ſub manu cuſtódis ad sárcinas, cucurrit ad locum certáminis, & interrogábat ſi ómnia rectè agerentur erga fratres ſuos. Cumque adhuc ille loquerétur eis, appáruit vir ille ſpúrius aſcendens, Góliath nómine, Philiſthæus de Geth, de caſtris Philiſthinórum: & loquente eo hæc éadem verba, audívit David. Et ait David ad viros qui ſtabant ſecum, dicens: Quid dábitur viro qui percúſſerit Philiſthæum hunc, & túlerit oppróbrium de Iſraël? Quis enim eſt hic Philiſthæus incircumcíſus, qui exprobrávit ácies Dei viventis? Audíta ſunt autem verba quæ locútus eſt David, & annuntiáta in conſpectu Saül. Ad quem cùm fuiſſet adductus, locútus eſt ei: Non cóncidat cor cujuſquam in eo; ego ſervus

tuus vadam, & pugnábo advérsus Philíſthæum. Dixit autem Saül ad David: Vade, & Dóminus tecum ſit. Et induit Saül David veſtimentis ſuis, & impóſuit gáleam æream ſuper caput ejus, & veſtívit eum loricâ. Accinctus ergo David gládio ejus ſuper veſtem ſuam, cœpit tentáre ſi armátus poſſet incédere; non enim habébat conſuetúdinem.

℟. ij. Bonitátem & diſciplínam, & ſciéntiam doce me, Dómine; * Bonus es tu, & in bonitáte tua doce me juſtificatiónes tuas. *Pſal.* 118. *v.* 66. 68. ℣. Nemo bonus, niſi unus Deus. *Marc.* 10. *v.* 18. * Bonus.

Lectio III. *v.* 39.

Per fidem David evertit caſtra Philiſthinorum.

Dixitque David ad Saül: Non poſſum ſic incédere, quia non uſum hábeo; & depóſuit ea. Et tulit báculum ſuũ, quem ſemper habébat in mánibus, & elégit ſibi quinque limpidiſſimos lápides de torrente, & miſit eos in peram paſtorálem quam habébat ſecum, & fundam manu tulit: & proceſſit adversùm Philiſthæum. Ibat autem Philiſthæus incédens, & appropinquans adversùm David; & armiger ejus ante eum. Cumque inſpexiſſet Philiſthæus, & vidiſſet David, deſpexit eum. Erat enim adoleſcens rufus, & pulcher aſpectu. Dixit autem David ad Philiſthæum: Tu venis ad me cum gládio, & haſta, & clypeo: ego autem vénio ad te in nómine Dómini exercítuum, Dei ágminum Iſraël, quibus exprobraſti hódiè. Cùm ergo ſurrexiſſet Philiſthæus, & veníret, & appropinquáret contra David, feſtinávit David, & cucurrit ad pugnam ex adverſo Philiſthæi. Et miſit manum ſuam in peram, tulitque unum lápidem, & fundâ jecit, & circumdúcens percuſſit Philiſthæum in fronte; & infixus eſt lapis in fronte ejus, & cécidit in fáciem ſuam ſuper terram. Cucurrit David, & ſtetit ſuper Philiſthæum, & tulit gládium ejus, & eduxit eum de vagína ſua: & interfécit eum, præcíditque caput ejus. Videntes autem Philiſthiim quòd mórtuus eſſet fortiſſimus eórum, fugérunt.

℟. iij. Deo noſtro ſit jucunda decoraque laudátio: * Magnus Dóminus noſter, & magna virtus ejus; † Et ſapiéntiæ ejus non eſt númerus. *Pſ.* 146.

v. 5. ℣. Salus & glória & virtus Deo noſtro. *Apoc.* 19. *v.* 1. * Magnus. ℣. Glória. † Et ſapiéntiæ.

IN II. NOCTURNO.

De libro Eccleſiáſtici.

LECTIO IV. *Cap.* 46. *v.* 16.

Dotes Samuëlis, qui unxit David.

DIlectus à Dómino Deo ſuo Sámuël prophéta Dómini, renovávit impérium, & unxit príncipes in gente ſua. In lege Dómini congregatiónem judicávit, & vidit Deus Jacob; & in fide ſua probátus eſt prophéta. Et cógnitus eſt in verbis ſuis fidélis, quia vidit Deum lucis. Et invocávit Dóminum omnipotentem, in oppugnando hoſtes circumſtantes úndique, in oblatióne agni invioláti. Et intónuit de cœlo Dóminus, & in sónitu magno audítam fecit vocem ſuam, & contrívit príncipes Tyriórum, & omnes duces Philíſthiim. Et ante tempus finis vitæ ſuæ & séculi, teſtimónium præbuit in conſpectu Dómini & Chriſti; & pecúnias & uſque ad calceamenta ab omni carne non accépit, & non accusávit illum homo. Et poſt hoc dormívit, & notum fecit regi, & oſtendit illi finem vitæ ſuæ, & exaltávit vocem ſuam de terra in prophetía delére impietátem gentis.

℟. *iv.* Dóminus ſcit cogitatiónes hóminum, quóniam vanæ ſunt: *Beátus homo quem tu erudíeris, Dómine! *Pſ.* 93. *v.* 12. ℣. Dómine, ad quem íbimus? verba vitæ ætérnæ habes. *Joan.* 6. *v.* 69. * Beátus.

LECTIO V. *Cap.* 47. *v.* 1.

David victor gigantis.

POſt hæc ſurrexit Nathan prophéta in diébus David. Et quaſi adeps ſeparátus à carne, ſic David à filiis Iſraël. Cum leónibus luſit quaſi cum agnis: & in urſis ſimíliter fecit ſicut in agnis óvium, in juventúte ſua. Numquid non occídit gigantem, & ábſtulit oppróbrium de gente? In tollendo manum, ſaxo fundæ dejécit exultatiónem Golíæ: nam invocávit Dóminum omnipotentem; & dedit in déxtera ejus tóllere hóminem fortem in bello, & exaltáre cornu gentis ſuæ. Sic in decem míllibus glorificávit eum, & laudávit eum in benedictiónibus Dómini, in offerendo illi corónam glóriæ: contrívit enim inimícos úndique, & extirpávit Philíſthiim con-

nários uſque in hodiernum diem: contrívit cornu ipsórum uſque in ætérnum.

℟. v. Aſpice in me, Dómine, & miſerére mei; * Greſſus meos dírige ſecundùm elóquium tuum. *Pſal.* 118. *v.* 132. 133. ℣. Velle ádjacet mihi, perficere autem bonum non invénio. *Rom.* 7. *v.* 18. * Greſſus.

LECTIO VI. *v.* 9.

Laudes Davidis.

IN omni ópere dedit confeſſiónem Sancto, & Excelſo in verbo glóriæ. De omni corde ſuo laudávit Dóminum, & diléxit Deum, qui fecit illum; & dedit illi contra inimícos poténtiam: & ſtare fecit cantóres contra altáre, & in ſono eórum dulces fecit modos. Et dedit in celebratiónibus decus, & ornávit témpora uſque ad conſummatiónem vitæ, ut laudárent nomen ſanctum Dómini, & amplificárent manè Dei ſanctitátē. Dóminus purgávit peccáta ipsíus, & exaltávit in æternum cornu ejus: & dedit illi teſtamentum regni, & ſedem glóriæ in Iſraël. Poſt ipſum ſurrexit filius ſenſátus, & propter illum dejécit omnem poténtiam inimicórum.

℟. vj. Regnum tuum, Dómine, * Regnum ómnium ſeculórum, & dominátio tua † In omni generatióne & generatiónem. *Pſalm.* 144. *v.* 13. ℣. Sanctificétur nomen tuum; advéniat regnum tuum. *Matth.* 6. * Regnum. ℣. Glória. † In omni.

IN III. NOCTURNO.

Sermo beáti Pauli Apóſtoli ad Antiochenſes.

LECTIO VII. *Act. c.* 13. *v.* 17.

Chriſtus ex ſemine David.

DEus plebis Iſraël elégit patres noſtros, & plebem exaltávit cùm eſſent íncolæ in terra Ægypti, & in bráchio excelſo eduxit eos ex ea, & per quadraginta annórum tempus mores eórum ſuſtinuit in deſerto. Et déſtruens gentes ſeptem in terra Chánaan, ſorte diſtríbuit eis terram eórum, quaſi poſt quadringentos & quinquaginta annos: & poſt hæc dedit júdices uſque ad Sámuël prophétam. Et exinde poſtulavérunt regem: & dedit illis Deus Saül filium Cis, virum de tribu Bénjamin, annis quadraginta. Et amóto illo, ſuſcitávit illis David regem: cui teſtimónium pérhibens, dixit: Invéni David filium Jeſſe, virum ſecundùm cor meum, qui fáciet om-

nes voluntátes meas. Hujus Deus ex ſémine ſecundùm promiſſiónem eduxit Iſraël Salvatórem Jeſum.

℟. vij. Dómine, ſalvum me fac: * Pſalmos noſtros cantábimus cunctis diébus vitæ noſtræ in domo Dómini. *Iſ.* 38. *v.* 20. ℣. Ut in ómnibus honorificétur Deus per Jeſum Chriſtum. 1. *Petr.* 4. *v.* 11. * Pſalmos.

LECTIO VIII. *v.* 32.

David prophetavit Chriſtum.

NOs vobis annuntiámus eam, quæ ad patres noſtros repromíſſio facta eſt: quóniam hanc Deus adimplévit filiis noſtris, resúſcitans Jeſum, ſicut & in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt: Filius meus es tu; ego hódie génui te. Quòd autem ſuſcitávit eum à mórtuis, ámpliùs jam non reversúrum in corruptiónem, ita dixit: Quia dabo vobis ſancta David fidélia. Ideóque & álias dicit: Non dabis Sanctum tuum vidére corruptiónem. David enim in ſua generatióne cùm adminiſtraſſet voluntáti Dei, dormívit: & appósitus eſt ad patres ſuos, & vidit corruptiónem. Quem verò Deus ſuſcitávit à mórtuis, non vidit corruptiónem. Notum ígitur ſit vobis, viri fratres, quia per hunc vobis remiſſio peccatórum annuntiátur; & ab ómnibus quibus non potuiſtis in lege Móyſi juſtificári, in hoc omnis qui credit, juſtificátur. Vidéte ergo ne ſupervéniat vobis quod dictum eſt in prophétis: Vidéte, contemptóres, & admirámini, & diſperdímini: quia opus óperor ego in diébus veſtris, opus quod non credétis, ſi quis enarráverit vobis.

℟. viij. Magiſter bone, * Quid fáciens vitam ætérnam poſſidébo? *Luc.* 18. *v.* 18. ℣. Lóquere, Dómine, quia audit ſervus tuus. 1. *Reg.* 3. *v.* 10. * Quid fáciens.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO IX. *Cap.* 5. *v.* 6.

Piſcium captura.

IN illo témpore; Cùm turbæ irrúerent in Jeſum, ut audírent verbum Dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Genézaret. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

In Luc. lib. 4.

UBi Dóminus multis impertívit ván a génera ſanitátum, nec témpore, nec loco cœpit ab ſtúdio ſanandi turba cohibéri. Veſper incúbuit, ſequebantur: ſtagnum occurrit, urgébant. Et ideò

ſcendit in Petri navim. Hæc eſt illa navis quæ adhuc ſecundùm Matthæum flúctuat, ſecundùm Lucam replétur píſcibus; ut & principia Eccléſiæ fluctuantis,& poſterióra exuberantis agnoſcas. Et bene Apoſtólica inſtrumenta piſcandi rétia ſunt, quæ non captos périmunt, ſed reſervant, & de profundo ad lumen éxtrahunt; fluctuantes de ínfimis ad ſuperna tradúcunt. Præceptor, inquit, per totam noctem laborantes, nihil cépimus; ſed in verbo tuo laxábo rétia. Et ego, Dómine, ſcio quia nox mihi eſt, quando non ímperas. Expecto ut júbeas: in verbo tuo laxábo rétia. O vácua præſúmptio! ô humílitas fructuóſa! Qui nihil ántea céperant, magnam in verbo Dómini conclúdunt piſcium multitúdinem. Non hoc humánæ facúndiæ opus, ſed ſupernæ vocatiónis eſt munus. Cedunt diſputatiónes hóminum; fide ſuâ plebs credit. Rumpuntur rétia, nec lábitur piſcis.

℟. *ix.* Dei perfecta ſunt ópera, & omnes viæ ejus judicia: * Deus fidélis, & abſque ulla iniquitáte; juſtus & rectus. *Deut.* 34. *v.* 4. ℣. Ipſi glória & nunc, & in diem æternitátis. 2. *Petr.* 3. *v.* 17. * Deus. ℣. Glória. * Deus.

Ad Benedict. *Ant.* 8. G. Rumpebátur rete eórum; & annuérunt sóciis qui erant in ália navi, ut venírent. Et venérunt, & implevérunt ambas navículas, ita ut penè mergerentur. *Luc.* 5. 6. 7.

Orémus. *Oratio.*

DA nobis, quæſumus, Dómine, ut & mundi curſus pacíficè nobis tuo órdine dirigátur, & Eccléſia tua tranquillâ devotióne lætétur; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum.

C A N O N.

Ex Concilio Bituricenſi. *An.* 1584. *Tit.* 23. *de Miſſa. Can.* 8. *&* 9.

NOn celebrétur Miſſa parochiális ad nutum nobílium aut laïcórum, ſed conſuétâ & opportúnâ horâ. Provídeant Epíſcopi & Rectóres, ne ſimul & tumultuáriè plures Miſſæ privátæ, ſed certo órdine, & váriis horis celebrentur.

Ad Magnif. *Ant.* 1. D. Simon Petrus prócidit ad génua Jeſu, dicens: Exi à me, quia homo peccátor ſum, Dómine. Stupor enim circumdéderat eum, & omnes qui cum illo erant, in captúra piſcium quam céperant. *Luc.* 5. 8. 9.

FERIA SECUNDA.
De libro primo Regum.
LECTIO I. *Cap.* 17. 55. *&* 18. 1.
David dilectus à Jonatha.

EO témpore, quo víderat Saül David egredientem contra Philiſthæum, ait ad Abner príncipem milítiæ: De qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcens, Abner? Dixitque Abner: Vivit ánima tua, rex, ſi novi. Et ait rex: Intérroga tu, cujus fílius ſit iſte puer. Cumque regreſſus eſſet David, percuſſo Philiſthæo, tulit eum Abner, & introduxit coram Saúle, caput Philiſthæi habentem in manu. Et ait ad eum Saül: De qua progénie es, ô adoleſcens? Dixitque David: Filius ſervi tui Iſaï Bethlehemítæ ego ſum. Et factum eſt cùm compleſſet loqui ad Saül, ánima Jónathæ conglutináta eſt ánimæ David, & diléxit eum Jónathas quaſi ánimam ſuam. Tulitque eum Saül in die illa, & non conceſſit ei ut reverterétur in domum patris ſui. Iniérunt autem David & Jónathas fœdus: diligébat enim eum quaſi ánimam ſuam. Nam expoliávit ſe Jónathas túnicâ quâ erat indútus, & dedit eam David, & réliqua veſtimenta ſua, uſque ad gládium & arcum ſuum, & uſque ad bálteum.

℟. Concupívi. *p.* 256.

LECTIO II. *Cap.* 18. 5.
Invidia Saülis in David.

EGrediebátur quoque David ad ómnia quæcumque miſiſſet eum Saül, & prudenter ſe agébat: poſuitque eum Saül ſuper viros belli, & acceptus erat in óculis univerſi pópuli, maximéque in conſpectu famulórum Saül. Porrò cùm reverterétur percuſſo Philiſthæo David, egreſſæ ſunt mulíeres de univerſis úrbibus Iſraël, cantantes, choroſque ducentes in occurſum Saül regis, in tympanis lætítiæ, & in ſiſtris. Et præcinébant mulíeres ludentes, atque dicentes: Percuſſit Saül mille, & David decem míllia. Irátus eſt autem Saül nimis, & diſplicuit in óculis ejus ſermo iſte, dixitque: Dedérunt David decem míllia, & mihi mille dedérunt: quid ei ſupereſt, niſi ſolum regnum? Non rectis ergo óculis Saül aſpiciébat David à die illa, & deinceps. Poſt diem autem álteram inváſit ſpíritus Dei malus Saül, & prophetábat in médio domûs ſuæ: David autem pſallébat manu ſuâ, ſicut per ſíngulos dies; tenebatque Saül lánceam, &

um, putans quòd
re poſſet David
riete: & decliná-
id à fácie ejus ſe-
Et tímuit Saül Da-
ò quòd Dóminus
m eo, & à ſe re-
. Amóvit ergo eum
ſe, & fecit eum
m ſuper mille vi-
egrediebátur, &
t in conſpectu pó-
i ómnibus quoque
i David prudenter
, & Dóminus erat
. Vidit ítaque Saül
rudens eſſet nimis,
t cavére eum.
Bonitátem. *p.* 257.
IO III. *v.* 17.
id uxorem ducit
Michol.
litque Saül ad Da-
id: Ecce filia mea
Merob, ipſam dabo
órem: tantúmmo-
vir fortis, & præ-
ella Dómini. Fa-
eſt autem tempus,
ebéret dari Merob
aül David, data
adriéli Molathitæ
Dilexit autem Da-
ichol filia Saül ál-
Et nuntiátum eſt
& plácuit ei. Et
vit Saül ſérvis ſuis:
nini ad David clam
licentes: Ecce pla-
gi, & omnes ſervi
ligunt te: nunc er-
o gener regis. Et
vid: Num parum
vidétur vobis, génerum
eſſe regis? Ego autem ſum
vir pauper & ténuis. Et
renuntiavérunt ſervi Saül,
dicentes: Hujuſcémodi
verba locútus eſt David.
Dixit autem Saül: Sic lo-
químini ad David: Non
habet rex ſponſália neceſ-
ſe, niſi tantùm centum
præpútia Philiſthinórum;
ut fiat últio de inimícis
regis. Porrò Saül cogitá-
bat trádere David in ma-
nus Philiſthinórum. Cum-
que renuntiaſſent ſervi
ejus David verba quæ
díxerat Saül, plácuit ſer-
mo in óculis David, ut
fieret gener regis. Et poſt
paucos dies ſurgens Da-
vid, ábiit cum viris qui
ſub eo erant: & percuſſit
ex Philiſthiim ducentos
viros, & áttulit eórum
præpútia, & annumerá-
vit ea regi, ut eſſet gener
ejus. Dedit ítaque Saül ei
Michol fíliam ſuam uxó-
rem. Et vidit Saül, & in-
tellexit quòd Dóminus
eſſet cum David. Michol
autem fília Saül diligébat
eum.

℟. Deo noſtro. *p.* 257.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.
Seſſ. 22. *de Sacrificio Miſſ.*
Can. 9.

SI quis díxerit Ecclé-
ſiæ Románæ ritum quo
ſubmiſsâ voce pars Cá-
nonis & verba conſecra-

tiónis proferuntur, damnátum eſſe; aut linguâ tantùm vulgári Miſſam celebrári debére, anáthema ſit.

FERIA TERTIA.

De libro primo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 19. 1.

Jonathas loquitur pro David.

LOcútus eſt autem Saül ad Jónatham filium ſuum, & ad omnes ſervos ſuos, ut occíderent David. Porro Jónathas filius Saül diligébat David valdè. Et indicávit Jónathas David, dicens: Quærit Saül pater meus occídere te: quapropter obſerva te, quæſo, manè; & manébis clam, & abſcondéris. Ego autem egrédiens ſtabo juxta patrem meum, in agro ubicumque fúeris: & ego loquar de te ad patrem meum: & quodcumque vídero, nuntiábo tibi. Locútus eſt ergo Jónathas de David bona ad Saül patrem ſuum: dixitque ad eum: Ne pecces, rex, in ſervum tuum David, quia non peccávit tibi, & ópera ejus bona ſunt tibi valdè. Et póſuit ánimam ſuam in manu ſua, & percuſſit Philiſthæum, & fecit Dóminus ſalútem magnam univerſo Iſraéli: vidiſti, & lætátus es. Quare ergo peccas in ſánguine innóxio, interfíciens David, qui eſt abſque culpa? Quod cùm audiſſet Saül, placátus voce Jónathæ, jurávit: Vivit Dóminus, quia non occidétur. Vocávit ítaque Jónathas David, & indicávit ei ómnia verba hæc: & introduxit Jónathas David ad Saül, & fuit ante eum, ſicut fúerat herì & nudiuſtértius. Motum eſt autem rurſum bellum: & egreſſus David, pugnávit adverſum Philiſthiim: percuſſitque eos plagâ magnâ, & fugérunt à fácie ejus.

℟. Dóminus ſcit. *pag.* 258.

LECTIO II. *v.* 9.

Michol ſervat virum ſuum.

FActus eſt ſpíritus Dómini malus in Saül: ſedébat autem in domo ſua, & tenébat lánceam: porrò David pſallébat manu ſuâ. Niſuſque eſt Saül configere David lánceâ in paríete, & declinávit David à fácie Saül: lánceâ autem caſſo vúlnere perláta eſt in paríetem, & David fugit, & ſalvátus eſt nocte illâ. Miſit ergo Saül ſatéllites ſuos in domum David, ut cuſtodirent eum, & interficerétur manè. Quod cùm annuntiaſſet David Michol uxor ſua, dicens: Niſi ſalváveris te nocte hâc, cras moriéris:

s : depóſuit eum
ſtram. Porro ille
k aufúgit, atque
i eſt. Tulit autem
ſtátuam, & pó-
n ſuper lectum,
m pilóſam caprá-
ſuit ad caput ejus,
iit eam veſtimen-
ſit autem Saül ap-
s, qui ráperent
& reſponſum eſt
rotáret. Rurſum-
ſit Saül núntios ut
t David, dicens:
eum ad me in le-
: occidátur. Cùm-
iiſſent núntii, in-
eſt ſimuláchrum
ectum, & pellis
m ad caput ejus.
e Saül ad Michol:
ſic illuſiſti mihi,
niſiſti inimícum
, ut fúgeret? Et
lit Michol ad Saül:
ſe locútus eſt mi-
imitte me; alió-
terficiam te. Da-
em fúgiens, ſalvá-
, & venit ad Sá-
in Rámatha, &
'it ei ómnia quæ
ſibi Saül: & abié-
ſe & Sámuël, &
ſunt in Najoth.
ſpice in me, *pag.*

:IO III. *v.* 19.
lites & ipſe Saül prophetat.
ntiátum eſt autem
úli à dicéntibus:
ſtiva. Carc.

Ecce David in Najoth in Rámatha. Miſit ergo Saül lictóres, ut ráperent David: qui cùm vidiſſent cúneum Prophetárum vaticinántium, & Samuélem ſtantem ſuper eos, factus eſt étiam Spíritus Dómini in illis, & prophetáre cœpérunt étiam ipſi. Quod cùm nuntiátum eſſet Saúli, miſit & álios núntios: prophetavérunt autem & illi. Et rursùm miſit Saül tértios núntios: qui & ipſi prophetavérunt. Et irátus iracúndiâ Saül, ábiit étiam ipſe in Rámatha, & venit uſque ad ciſternam magnam, quæ eſt in Socho, & interrogávit, & dixit: In quo loco ſunt Sámuël & David? Dictumque eſt ei: Ecce in Najoth ſunt in Rámatha. Et ábiit in Najoth in Rámatha, & factus eſt étiam ſuper eum Spíritus Dómini, & ambulábat ingrédiens, & prophetábat uſque dùm veníret in Najoth in Rámatha. Et expoliávit étiam ipſe ſe veſtiméntis ſuis, & prophetávit cum cæteris coram Samuéle, & cécidit nudus totâ die illâ & nocte. Unde & exívit provérbium: Num & Saül inter Prophétas?

℟. Regnum tuum, *p.* 259.

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi primo.

An. 1565. part. 2. tit. 5.

MIſſæ, nec ante auróram, nec poſt merídiem, niſi ex causâ jure permiſsâ celebrentur.

FERIA QUARTA,

De libro primo Regum.

LECTIO I. *Cap. 20. 1.*

Fœdus Jonathæ renovatum cum Davide.

FUgit autem David de Najoth, quæ eſt in Rámatha, veniénſque locútus eſt coram Jónatha: Quid feci? quæ eſt iníquitas mea, & quod peccátum meum in patrem tuum, quia quærit ánimam meam? Qui dixit ei: Abſit, non moriéris: neque enim fáciet pater meus quidquam grande vel parvum, niſi priùs indicáverit mihi: hunc ergo celávit me pater meus ſermónem tantúmmodò? nequáquam erit iſtud. Et jurávit rursùm Davídi. Et ille ait; Fac ergo miſericórdiam in ſervum tuum: quia fœdus Dómini me fámulum tuum tecum iníre feciſti. Si autem eſt iníquitas áliqua in me, tu me intérfice, & ad patrem tuum ne introdúcas me. Et ait Jónathas: Abſit hoc à te: neque enim fieri poteſt, ut ſi certè cognóvero complétam eſſe patris mei malítiam tra te, non annúntie bi. Pépigit ergo Jón fœdus cum domo D: & requiſívit Dómin manu inimicórum vid.

℟. Dómine, ſalv *pag. 260.*

LECTIO II. *v.*

Saülis ira in Jonat pro Davide.

VEnérunt calend ſedit rex ad c dendum panem. Cu ſediſſet rex ſuper c dram ſuam (ſecu conſuetúdinem) qu: juxta paríetem, ſu Jónathas, & ſedit ex látere Saül, vacu appáruit locus D Cumque illuxiſſet di cunda poſt calendas sùs appáruit vácuus David. Dixitque S: Jónatham filium ſ Cur non venit filius nec herì, nec hód veſcendum? Reſp que Jónathas Saúli gávit me obnixè, in Béthlehem. Irátu tem Saül adversùm tham, dixit ei: Fil líeris virum ultrò r: tis, numquid ignór díligis filium Iſaï i fuſiónem tuam, & i fuſiónē ignominióſ: tris tuæ? Omnibus diébus, quibus fili víxerit ſuper terram

ſtabiliéris tu, neque regnum tuum. Itaque jam nunc mitte, & adduc eum ad me: quia filius mortis eſt. Reſpondens autem Jónathas Saúli patri ſuo, ait: Quare moriétur? quid fecit? Et arrípuit Saül lánceam ut percúteret eum. Et intellexit Jónathas quòd definítum eſſet à patre ſuo, ut interfíceret David. Surrexit ergo Jónathas à menſa in ira furóris, & non comédit in die calendárum ſecundâ panem; contriſtátus eſt enim ſuper David, eò quòd confudiſſet eum pater ſuus.

℟. Magiſter bone, *pag.* 260.

LECTIO III. *v.* 35.

Davidis & Jonathæ amicitia & diſceſſus.

CUmque illuxiſſet manè, venit Jónathas in agrum juxta plácitum David, & puer párvulus cum eo; & ait ad púerum ſuum: Vade, & affer mihi ſagittas quas ego jácio. Cumque puer cucurriſſet, jecit áliam ſagittam trans púerum. Dedit ergo Jónathas arma ſua púero, & dixit ei: Vade, & defer in civitátē. Cumque abiiſſet puer, ſurrexit David de loco, qui vergébat ad Auſtrum, & cadens pronus in terram, adorávit tértiò: & oſculantes ſe altérutrum, flevérunt páriter, David autem ámpliùs. Dixit ergo Jónathas ad David: Vade in pace: quæcumque jurávimus ambo in nómine Dómini, dicentes: Dóminus ſit inter me & te, & inter ſemen meum & ſemen tuum uſque in ſempiternum. Et ſurrexit David, & ábiit: ſed & Jónathas ingreſſus eſt civitátem.

℟. Dei perfecta ſunt, *pag.* 261.

CANON.

Ex Statútis Synodálibus Diœcéſis Carcaſſonenſis.

Anno 1272. *Cap.* 10.

ECcleſiárum Rectóres, vel vices eórum gerentes extráneum Preſbyterum ad celebrandum in ſuis Eccléſiis non admittant . . . abſque noſtra licéntia.

FERIA QUINTA.

De libro primo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 21. 1.

David apud Achimelech.

VEnit autem David in Nobe ad Achímelech Sacerdótem: & obſtúpuit Achímelech, eò quòd veniſſet David. Et dixit ei: Quare tu ſolus, & nullus eſt tecum? Et ait David ad Achímelech Sacerdótem: Rex præcépit mihi ſermónem, & dixit: Nemo ſciat rem propter quam miſſus es à

me, & cujúſmodi præcepta tibi déderim: nam & púeris condixi in illum & illum locum. Nunc ergo ſi quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quidquid invéneris. Et reſpondens Sacerdos ad David, ait illi: Non hábeo láicos panes ad manum, ſed tantùm panem ſanctum: ſi mundi ſunt púeri, máximè à muliéribus? Et reſpondit David Sacerdóti, & dixit ei: Equidem, ſi de muliéribus ágitur, continúimus nos ab heri & nudiuſtértius, quando egrediebámur, & fuérunt vaſa puerórum ſancta: porrò via hæc pollúta eſt; ſed & ipſa hódiè ſanctificábitur in vaſis. Dedit ergo ei Sacerdos ſanctificátum panem. Neque enim erat ibi panis, niſi tantùm panes Propoſitiónis, qui ſubláti fúerant à fácie Dómini, ut ponerentur panes cálidi. Erat autem ibi vir quidam de ſervis Saül in die illa intùs in tabernáculo Dómini; & nomen ejus Doeg Idumæus, potentíſſimus paſtórum Saül. Dixit autem David ad Achímelech: Si habes hìc ad manum haſtam, aut gládium? quia gládium meum & arma mea non tuli mecum; ſermo enim regis urgébat. Et ait Sacerdos: Ecce hic gládius Góliath Philiſthæi, quem percuſſiſti in valle Terebinthi, eſt involútus pállio poſt ephod: ſi iſtum vis tóllere, tolle: neque enim hìc eſt álius abſque eo. Et ait David: Non eſt huic alter ſímilis, da mihi eum.

℟. Concupívi, *pag.* 256.

LECTIO II. *v.* 10.

David apud Achis prudenter inſaniam ſimulat.

SUrrexit ítaque David, & fugit in die illa à fácie Saül: & venit ad Achis regem Geth. Dixeruntque ſervi Achis ad eum, cùm vidiſſent David: Numquid non iſte eſt David rex terræ? nonne huic cantábant per choros, dicentes: Percuſſit Saül mille, & David decem míllia? Póſuit autem David ſermónes iſtos in corde ſuo, & extímuit valdè à fácie Achis regis Geth. Et immutávit os ſuum coram eis, & collabebátur inter manus eórum, & impingébat in óſtia portæ, defluebántque ſalívæ ejus in barbam. Et ait Achis ad ſervos ſuos: Vidiſtis hóminem inſánum: quare adduxiſtis eum ad me? An deſunt nobis furióſi, quòd introduxiſtis iſtum ut fureret me præſente? hic

ctiſe ingrediétur domum meam?

℟. Bonitátem, *pag.* 257.

LECTIO III. *Cap.* 22. 1.

David fugit in ſpeluncam Odollam, inde in Maſpha, tum in ſaltum Haret.

ABiit ergo David inde, & fugit in ſpeluncam Odollam. Quod cùm audiſſent fratres ejus, & omnis domus patris ejus, deſcendérunt ad eum illuc. Et convenérunt ad eum omnes qui erant in angúſtia conſtitúti; & oppreſſi ære aliéno, & amaro ánimo: & factus eſt eórum princeps, fuerúntque cum eo quaſi quadringenti viri. Et profectus eſt David inde in Maſpha, quæ eſt Moab; & dixit ad regem Moab: Máneat, oro, pater meus & mater mea vobiſcum, donec ſciam quid faciat mihi Deus. Et relíquit eos ante fáciem regis Moab: manſerúntque apud eum cunctis diébus quibus David fuit in præsídio. Dixitque Gad Prophéta ad David: Noli manére in præsídio; proficíſcere, & vade in terram Juda. Et profectus eſt David, & venit in ſaltum Haret.

℟. Deo noſtro, *pag.* 257.

C A N O N.

Ex Concílio Mediolanenſi tértio.

An. 1573. *tit.* 11.

CUm audiendæ Miſſæ ratiónem pópulum Párochus docet, quo ex propitiatório illo ſacrifício, uberiórem ille fructum cápere poſſit, hoc eum ſæpe admóneat, ut campánæ ſigno dato, quo fidéles ad Miſſæ ſacrum vocentur, ſeſe quiſque cólligens, ſi ſibi alicújus mortíferi peccáti cónſcius eſt, ſummo ex eo dolóre affectus, vitæque emendandæ certo ſtabilíque propóſito ſuſcepto, ſupplex à Deo véniam petat.

FERIA SEXTA.

De libro primo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 22. 7.

Doëg Idumæus.

AIt Saül ad ſervos ſuos qui aſſiſtébant ei: Non eſt qui vicem meam dóleat ex vobis, nec qui annúntiet mihi; eò quòd ſuſcitáverit fílius meus ſervum meum adversùm me, inſidiantem mihi uſque hódiè. Reſpondens autem Doëg Idumæus, qui aſſiſtébat, & erat primus inter ſervos Saül: Vidi, inquit, fílium Iſaï in Nobe, apud Achímelech fílium Achítob Sacerdótem. Qui consúluit pro eo Dóminum, & cibária

dedit ei: ſed & gládium Góliath Philiſthæi dedit illi. Miſit ergo rex ad acerſendū Achímelech Sacerdótem filium Achítob, & omnem domum patris ejus, Sacerdótum qui erant in Nobe; qui univerſi venérunt ad regem. Et ait Saül ad Achímelech: Quare conjuraſtis adversùm me, tu & filius Iſaï, & dediſti ei panes & gládium? Morte moriéris, Achímelech, tu, & omnis domus patris tui. Et ait rex emiſsáriis qui circumſtábant eum: Convertímini, & interfícite Sacerdótes Dómini: nam manus eórum cum David eſt; ſcientes quòd fugiſſet, & non indicavérunt mihi. Noluérunt autem ſervi regis exténdere manus ſuas in Sacerdótes Dómini. Et ait rex ad Doëg: Convértere tu, & írrue in Sacerdótes. Converſuſque Doëg Idumæus, írruit in Sacerdótes, & trucidávit in die illa octoginta quinque viros veſtítos ephod líneo.

℟. Dóminus ſcit, *pag.* 258.

LECTIO II. *v.* 19. *Abiathar.*

NObe autem civitátem Sacerdótum percuſſit in ore gládii, viros, & mulíeres, & párvulos, & lactentes, bovemque & aſinum, & o[...] ore gládii. Evád[...] tem unus filius A[...] lech, filii Achíto[...] jus nomen erat Abi[...] fugit ad David, [...] nuntiávit ei quòd [...] ſet Saül Sacerdót[...] mini. Et ait Davi[...] biathar: Sciébam [...] illa, quòd cùm il[...] Doëg Idumæus, [...] dúbio annuntiáret [...] ego ſum reus ó[...] animárum patris tu[...] ne mecum, ne tír[...] quis quæsíerit á[...] meam, quæret & á[...] tuam, mecumque [...] beris.

℟. Aſpice in m[...] 259.

LECTIO III. *Cap.* [...] *Ceïla de manibus* [...] *thiim liberat*[...]

ANnuntiavérun[...] vid, dicente[...] ce Philíſthiim opp[...] Céilam, & dirípiun[...] Conſúluit ergo Da[...] minum, dicens: N[...] dam, & percútia[...] liſthæos iſtos? Et [...] minus ad David [...] de, & percúties [...] thæos, & Céilam [...] bis. Et dixérunt v[...] erant cum David a[...] Ecce nos hìc in Jud[...] ſiſtentes timémus: [...] magis ſi iérimus i[...] lam adversùm [...] Philiſthinórum? [...]

ıvid conſúluit Dó-
. Qui reſpondens,
Surge, & vade in
: ego enim tra-
uliſthæos in manu
iit ergo David, &
s in Céilam, &
it adversùm Phili-
& abégit jumenta
, & percuſſit eos
nagnâ: & ſalvávit
ıabitatóres Céilæ.
o témpore, quo
t Abíathar fílius
lech ad David in
ephod ſecum ha-
ſcénderat. Tu au-

Regnum tuum, *p.*

A N O N.
ıtútis Synodálibus
ſis Carcaſſonenſis.
1315. *Cap.* 21.
dinámus quòd Clé-
ci.... diébus Do-
s & feſtívis cum
llíceis in Ecclésiis
arochiálibus offi-
& cantent.... Re-
s verò in virtúte
obediéntiæ præci-
& mandámus, ut
mina eórum qui
ésiis Parochiálibus
nt intereſſe ad di-
officium exequen-
nobis denúncient
adant, ut eos ad
ántiam præſentis
quod cedit ad aug-
m divíni cultûs......
llámus.

S A B B A T O.

De libro primo Regum.

Lectio I. *Cap.* 23. 7.

David ex Ceïla profugus in deſertum Ziph.

NUntiátum eſt Saúli quòd veniſſet David in Céilam: & ait Saül: Trádidit eum Deus in manus meas, concluſuſque eſt, introgreſſus urbem in qua portæ & ſeræ ſunt. Et præcépit Saül omni pópulo ut ad pugnam deſcénderet in Céilam, & obſidéret David, & viros ejus. Quod cùm David reſciſſet, quia præparáret ei Saül clam malum, dixit ad Abíathar Sacerdótem: Applica ephod. Et ait David: Dómine Deus Iſraël, audívit famam ſervus tuus, quòd diſpónat Saül veníre in Céilam, ut evertat urbem propter me: ſi tradent me viri Céilæ in manus ejus? & ſi deſcendet Saül, ſicut audívit ſervus tuus? Dómine Deus Iſraël, índica ſervo tuo. Et ait Dóminus: Deſcendet. Dixitque David: Si tradent me viri Céılæ, & viros qui ſunt mecum, in manus Saül? Et dixit Dóminus: Tradent. Surrexit ergo David & viri ejus quaſi ſexcenti, & egreſſi de Céila, huc atque illuc vagabantur incerti: nuntiatumque eſt

Saúli quòd fugiſſet David de Céila, & ſalvátus eſſet: quamobrem diſſimulávit exire. Morabátur autem David in deſerto in locis firmiſſimis, manſitque in monte ſolitúdinis Ziph, in monte opáco: quærébat eum tamen Saül cunctis diébus; & non trádidit eum Deus in manus ejus. Et vidit David quòd egreſſus eſſet Saül ut quæreret ánimam ejus. Porrò David erat in deſerto Ziph in ſylva.

LECTIO II. *v.* 19.

David à Ziphæis proditus.

ASCendérunt autem Ziphæi ad Saül in Gábaa, dicentes: Nonne ecce David látitat apud nos in locis tutiſſimis ſylvæ, in colle Hachíla, quæ eſt ad déxteram deſerti? Nunc ergo, ſicut deſiderávit anima tua ut deſcénderes, deſcende: noſtrûm autem erit ut tradámus eum in manus regis. Dixitque Saül: Benedicti vos à Dómino, quia doluiſtis vicẽ meam. Abíte ergo, oro, & diligéntiùs præparáte, & curióſiùs ágite, & conſideráte locum ubi ſit pes ejus, vel quis víderit eum ibi: recógitat enim de me, quòd cállidè insídier ei. Conſideráte & vidéte ómnia latíbula ejus, in quibus abſcónditur: & revertímini ad me ad rem certam, ut vadam vobiſcum. Quòd ſi étiam in terram ſe abſtrúſerit, perſcrutábor eum in cunctis míllibus Juda. At illi ſurgentes abiérunt in Ziph ante Saül: David autem & viri ejus erant in deſerto Maon, in campéſtribus, ad déxteram Jéſimon.

LECTIO III. *v.* 25.

David obſeſſus & ſubitò liberatus.

IVit ergo Saül & ſocii ejus ad quærendum eum: & nuntiátum eſt David, ſtatimque deſcendit ad petram, & verſabátur in deſerto Maon. Quod cùm audiſſet Saül, perſecútus eſt David in deſerto Maon. Et ibat Saül ad latus montis ex parte una: David autem & viri ejus erant in látere montis ex parte áltera. Porrò David deſperábat ſe poſſe evádere à fácie Saül: itaque Saül & viri ejus in modum corónæ cingébant David & viros ejus, ut cáperent eos. Et núntius venit ad Saül, dicens: Feſtína & veni, quóniam infudérunt ſe Philiſthiim ſuper terram. Reverſus eſt ergo Saül deſiſtens pérſequi David, & perrexit in occurſum Philiſthinórum. Propter hoc vocavérunt locum il-

lum, Petram dividentem.

CANON.

Ex Concílio Salſburgenſi. *An.* 1420. *Can.* 17 *de celebr. Miſſ.*

NUllius Sacerdótum novitiórum, illâ die quâ primam Miſſam celebráre vóluit..... áliquos ad convívium invitáre, aut invitátos habére, aut procuráre per ſe, vel per álium ullo modo præsúmat: ſed ad ſolum Deum, cujus milítiæ eſt adſcriptus, dírigat áciem ſui cordis.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. David in ſua miſericórdia conſecútus eſt ſedem regni in ſécula. 1. *Mach.* 2. 57.

Oratio ut infrà ad Laudes.

DOMINICA V.
poſt Pentecoſten.

IN I. NOCTURNO.

De libro primo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 24. *v.* 1.

David parcit Saüli inimico.

AScendit ergo David inde, & habitávit in locis tutiſſimis Engaddi. Cumque reverſus eſſet Saül, poſtquam perſecútus eſt Philiſthæos, nuntiavérunt ei, dicentes: Ecce David in deſerto eſt Engaddi. Aſſúmens ergo Saül tria míllia electórum virórum ex omni Iſraël, perrexit ad inveſtigandum David & viros ejus, étiam ſuper abruptiſſimas petras, quæ ſolis ibícibus pérviæ ſunt. Et venit ad caulas óvium, quæ ſe offerébant vianti: eratque ibi ſpelunca, quam ingreſſus eſt Saül, ut purgáret ventrem: porrò David & viri ejus in interióri parte ſpeluncæ latébant. Et dixérunt ſervi David ad eum: Ecce dies de qua locútus eſt Dóminus ad te: Ego tradam tibi inimícum tuum, ut fácias ei ſicut placúerit in óculis tuis. Surrexit ergo David, & præcídit oram chlámydis Saül ſilenter. Poſt hæc percuſſit cor ſuum David, eo quòd abſcidiſſet oram chlámydis Saül. Dixitque ad viros ſuos: Propitius ſit mihi Dóminus, ne fáciam hanc rem dómino meo, chriſto Dómini, ut mittam manum meam in eum, quia chriſtus Dómini eſt. Et confrégit David viros ſuos ſermónibus, & non permíſit eos ut conſúrgerent in Saül: porrò Saül exurgens de ſpelunca, pergébat cœpto itínere.

℟. *j.* Exultent & læténtur in te, Dómine, omnes qui quærunt te; * Dicant ſemper: Magnificétur Dóminus. *Pſal.* 69.

v. 5. ℣. Qui flent tamquam non flentes, & qui gaudent tamquam non gaudentes. 1. *Cor.* 7. *v.* 30. * Dicant.

LECTIO II. *v.* 9.
Lenis ſermo Davidis ad Regem.

SUrrexit autem & David poſt eum: & egreſſus de ſpelunca, clamávit poſt tergum Saül, dicens: Dómine mi rex. Et reſpexit Saül poſt ſe: & inclinans ſe David pronus in terram, adorávit, dixitque ad Saül: Quare audis verba hóminum loquéntium: David quærit malum adversùm te? Ecce hódiè vidérunt óculi tui, quòd tradíderit te Dóminus in manu mea in ſpelunca: & cogitávi ut occíderem te, ſed pepercit tibi óculus meus. Dixi enim: Non extendam manum meam in dóminum meum, quia chriſtus Dómini eſt. Quin pótiùs, pater mi, vide, & cognoſce oram chlámydis tuæ in manu mea: quóniam cùm præſcínderem ſummitátem chlámydis tuæ, nólui exténdere manum meam in te. Animadverte, & vide, quóniam non eſt in manu mea malum neque iníquitas, neque peccávi in te: tu autem inſidiáris ánimæ meæ ut áuferas eam. Júdicet Dóminus inter me & te, & ulciſcátur me Dóminus ex te: manus autem mea non ſit in te. Sicut & in provérbio antíquo dícitur: Ab ímpiis egrediétur impíetas: manus ergo mea non ſit in te. Quem perſéqueris, rex Iſraël? canem mórtuum perſéqueris & púlicem unum. Sit Dóminus judex, & júdicet inter me & te: & vídeat & júdicet cauſam meam, & éruat me de manu tua.

℟. ij. Nunc, Dómine rex, Deus Abraham, miſerére pópuli tui, quia volunt nos inimíci noſtri pérdere: * Ne deſpícias partem tuã quam redemiſti. ℣. Ut viventes laudémus nomen tuum, Dómine. *Eſth.* 13. 15. 16. 17. * Ne.

LECTIO III. *v.* 17.
Placatur Saül.

CUm autem compleſſet David loquẽs ſermónes hujuſcémodi ad Saül, dixit Saül: Numquid vox hæc tua eſt, fili mi David? Et levávit Saül vocem ſuam, & flevit. Dixitque ad David: Júſtior tu es quàm ego: tu enim tribuiſti mihi bona; ego autem réddidi tibi mala. Et tu indicaſti hódie quæ féceris mihi bona: quómodo tradíderit me Dó-

minus in manum tuam, & non occíderis me. Quis enim cùm invénerit inimícum ſuum, dimittet eum in via bona: ſed Dóminus reddat tibi vicíſſitúdinem hanc, pro eo quod hódie operátus es in me. Et nunc quia ſcio quòd certíſſimè regnatúrus ſis, & habitúrus in manu tua regnum Iſraël: jura mihi in Dómino, ne déleas ſemen meum poſt me, neque áuferas nomen meum de domo patris mei. Et jurávit David Saúli. Abiit ergo Saül in domū ſuam: & David & viri ejus aſcendérunt ad tutióra loca.

℟. *iij.* In die tribulatiónis meæ Deum exquiſívi, & non ſum deceptus: rénuit conſolári ánima mea; * Memor fui Dei, & delectátus ſum. *Pſ.* 76. *v.* 3. ℣. Ne triſtitiam ſuper triſtítiam habérem. *Ph*.2.*v*.27.*Memor. ℣. Glória. * Memor.

IN II. NOCTURNO.

De Parábolis Salomónis.

LECTIO IV. *Cap.* 16. *v.* 6.

Sapiens placat indignationem Regis.

MIſericórdiâ & veritáte rédimitur iníquitas; & in timóre Dómini declinátur a malo. Cùm placúerint Dómino viæ hóminis, inimícos quoque ejus convertet ad pacem. Mélius eſt parum cum juſtítia, quàm multi fructus cum iniquitáte. Cor hóminis diſpónit viam ſuam: ſed Dómini eſt dirígere greſſus ejus. Divinátio in lábiis regis; in judício non errábit os ejus. Pondus & ſtatéra judícia Dómini ſunt: & ópera ejus omnes lápides ſacculi. Abominábiles regi qui agunt ímpiè: quóniam juſtítiâ firmátur ſólium. Voluntas regum lábia juſta: qui recta lóquitur, dilígétur. Indignátio regis, núntii mortis: & vir ſápiens placábit eam. In hilaritáte vultûs regis, vita; & cleméntia ejus quaſi imber ſerótinus.

℟. *iv.* In quacumque die invocávero te, * Ecce cognóvi quóniam Deus meus es. *Pſ.* 55. *v.* 10. ℣. Pater, Dómine cœli & terræ. *Matt.* 14. *v.* 25. * Ecce.

LECTIO V. *Cap.* 24. *v.* 15.

Non gaudendum in ruina inimici.

NE inſidiéris, & quæras impietátem in domo juſti, neque vaſtes réquiem ejus. Sépties enim cadet juſtus, & reſurget: ímpii autem córruent in malum. Cùm cecíderit inimícus tuus, ne gáudeas, & in ruina ejus ne

exultet cor tuum : ne fortè vídeat Dóminus, & diſplíceat ei, & áuferat ab eo iram ſuam. Ne contendas cum péſſimis, nec æmuléris ímpios: quóniam non habent futurórum ſpem mali ; & lucerna impiórum extinguétur. Time Dóminum, fili mi, & regem : & cum detractóribus non commiſceáris : quóniam repentè conſurget perdítio eórum ; & ruínam utriuſque quis novit ? Ne ſis teſtis fruſtrà contra próximum tuum : nec lactes quemquam lábiis tuis. Ne dicas : Quómodo fecit mihi, ſic fáciam ei : reddam unicuíque ſecundùm opus ſuum.

℟. *v*. Miſerére meî, Deus, miſerére meî ; * Quóniam in te confídit ánima mea, & in umbra alárum tuárum ſperábo. *Pſ*. 56. *v*. 1. ℣. Jeſu, fili David, miſerére meî. *Marc*. 10. 47. * Quóniam.

Lectio VI. *Cap*. 25. *v*. 14.

Patientiâ lenitur princeps : cibandus inimicus.

Nubes & ventus, & plúviæ non ſequentes, vir glorióſus, & promiſſa non complens. Patiéntiâ leniétur princeps, & lingua mollis confringet durítiam. Mel inveniſti ? cómede quod ſúfficit tibi, ne forte ſatiátus évomas illud. Súbtrahe pedem tuum de domo próximi tui, nequando ſatiátus óderit te. Jáculum, & gládius, & ſagitta acúta, homo qui lóquitur contra próximum ſuum falſum teſtimónium. Dens pútridus, & pes laſſus, qui ſperat ſuper infidéli in die anguſtiæ, & amittit pállium in die frígoris. Acétum in nitro, qui cantat cármina cordi péſſimo. Sicut tínea veſtimento : & vermis ligno : ita triſtítia viri nocet cordi. Si eſuríerit inimícus tuus, ciba illum ; ſi ſitíerit, da ei aquam bíbere : prunas enim congregábis ſuper caput ejus, & Dóminus reddet tibi.

℟. *vj*. Anima noſtra ſúſtinet Dóminum,* Quóniam adjútor & protector noſter eſt ; † Quia in eo lætábitur cor noſtrum. *Pſ*. 32. *v*. 20. 21. ℣. Si Deus pro nobis, quis contra nos ? *Rom*. 8. 31. * Quóniam. ℣. Glória. † Quia.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

Lect. VII. *Cap*. 12. *v*. 3.

Omnia ordinanda ad bonum proximi.

Dico per grátiam quæ data eſt mihi, óm-

nibus qui ſunt inter vos: Non plus ſápere quàm oportet ſápere, ſed ſápere ad ſobrietátem: & unicuíque ſicut Deus diviſit mensúram fidei. Sicut enim in uno córpore multa membra habémus, ómnia autem membra non eumdẽ actum habent: ita multi unum corpus ſumus in Chriſto; ſinguli autem alter altérius membra. Habentes autem donatiónes ſecundùm grátiam quæ data eſt nobis, differentes; ſive prophetíam ſecundùm ratiónem fidei, ſive miniſtérium in miniſtrando, ſive qui docet in doctrína, qui exhortátur in exhortando, qui tríbuit in ſimplicitáte, qui præeſt in ſollicitúdine, qui miſerétur in hilaritáte. Diléctio ſine ſimulatióne: odientes malum, adhærentes bono: charitáte fraternitátis ínvicem diligentes: honóre ínvicem præveniemes: ſollicitúdine non pigri: Spíritu ferventes: Dómino ſervientes: ſpe gaudentes: in tribulatióne patientes: oratióni inſtantes: neceſſitátibus ſanctórum communicantes: hoſpitalitátem ſectantes.

℟. *vij*. Deus noſter refúgium & virtus, * Adjútor in tribulatiónibus quæ invenérunt nos nimis. *Pſ.* 45. *v.* 2. ℣. Salva nos, Dómine, perímus. *Matth.* 8. *v.* 25. * Adjútor.

LECTIO VIII. *v.* 14.

Benefaciendum perſequentibus, cibandus inimicus.

Benedícite perſequéntibus vos: benedícite, & nolíte maledícere. Gaudére cum gaudéntibus, flere cum fléntibus: idipſum ínvicem ſentientes: non alta ſapientes, ſed humílibus conſentientes: nolíte eſſe prudentes apud voſmetipſos. Nulli malum pro malo reddentes: providentes bona non tantùm coram Deo, ſed étiam coram ómnibus homínibus. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum ómnibus homínibus pacem habentes. Non voſmetipſos defendentes, charíſſimi, ſed date locum iræ. Scriptum eſt enim: Mihi vindícta; ego retríbuam, dicit Dóminus. Sed ſi eſúrierit inimícus tuus, ciba illum; ſi ſitit, potum da illi: hoc enim fáciens, carbónes ignis cóngeres ſuper caput ejus. Noli vinci à malo; ſed vince in bono malum.

℟. *viij*. Benedíctus Dóminus, quóniam exaudívit vocem deprecatiónis meæ; * In ipſo ſperávit

cor meum, & adjútus ſum. *Pſal.* 27. *v.* 6. 7. ℣. Potens eſt, & eis qui tentantur, auxiliári. *Hebr.* 2. *v.* 18. * In ipſo.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO IX. *Cap.* 5. 20.

Abundantior juſtitia.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Dico vobis, quia niſi abundáverit juſtitia veſtra pluſquàm Scribárum & Phariſæórum, non intrábitis in regnum cœlórum. Et réliqua.

Homília ſancti Joannis Chryſóſtomi.

Hom. 16. *in Matth.*

CHáritas eſt ómnium mater bonórum, certa diſcipulórum nota, quæ ómnia noſtra cóntinet. Jure ergo radíces & fontes inimicítiæ quæ illam perſumdat, cum veheméntia multa Chriſtus ámputat & tollit. Nihil enim ita curat Deus, ut nos mútuis vínculis colligári.... Cùm per concílium, per judícium, & per gehennam ignis comminátus eſſet, ália adjécit præcedéntibus cónſona, nempe: Si offers munus tuum ad altáre, & ibi recordátus fueris quia frater tuus habet áliquid adversùm te, relinque munus tuum ante altáre, & vade priùs reconciliári fratri tuo; & tunc véniens, offer munus tuum. O bonitátem, ô benignitátem, quæ omnem ſermónem ſúperat! Honórem ſuum déſpicit pro charitáte erga próximum; oſtendens ſe priùs comminátum eſſe, non ex inimicítia quadam, vel ex cupiditáte inferendi ſupplícii, ſed ex amóre ferventi. Quid enim hiſce verbis manſuétius fingi poſſit? Interrumpátur, inquit, cultus meus, ut cháritas tua máneat. Nam verè ſacrifícium eſt reconciliátio cum fratre. Ideo non dixit, Poſtquam obtúleris; vel, Antequam ófferas; ſed ipſo múnere præſente, & jam ſacrifício incipiente, mittit eum, ut ſe cum fratre reconcíliet.

℟. *ix.* Bénedic, ánima mea, Dómino, & noli oblivíſci omnes retributiónes ejus; * Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis, † Qui ſanat omnes infirmitátes tuas. *Pſ.* 102. *v.* 2. 3. ℣. Ipſi glória & impérium in ſécula ſeculórum. *Apoc.* 1. 6. * Qui. ℣. Glória Patri. † Qui ſanat.

Ad Benedict. *Ant.* 1. 2. Omnis qui iráſcitur fratri ſuo, reus erit judício. *Matth.* 5. 22.

Oréntus. *Oratio.*

DEus, qui diligéntibus te bona inviſibília præparaſti, infunde córdibus noſtris tui amóris affectum; ut, te in ómnibus & ſuper ómnia diligentes, promiſſiónes tuas, quæ omne deſidérium ſúperant, conſequámur; Per.

CANON.

Ex Concílio Pariſienſi ſexto.

An. 829. *lib.* 1. *Cap.* 50.

CHriſtiánorum religióſæ devotiónis, quæ, ut créditur, ex Apoſtolórum traditióne, imò Eccléſiæ auctoritáte deſcendit, mos inolévit, ut, ob memóriam Domínicæ Reſurrectiónis, diem Domínicum venerabíliter atque honorabíliter colat: quóniam eo die Deus lucem mundi cóndidit; eo die Chriſtus à mórtuis reſurrexit; eo die Paraclétum Spíritum Sanctum Apóſtolis miſit.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Qui díxerit fratri ſuo, Raca, reus erit concílio. Qui autem díxerit, Fátue, reus erit gehennæ ignis. *Matth.* 5. 22.

FERIA SECUNDA.

De libro primo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 25. 1.

David mittit ad Nabal.

MOrtuus eſt autem Sámuël, & congregátus eſt univerſus Iſraël, & planxérunt eum, & ſepeliérunt eum in domo ſua in Rámatha. Conſurgenſque David deſcendit in deſertum Pharan. Erat autem vir quiſpiam in ſolitúdine Maon, & poſséſſio ejus in Carmélo, & homo ille magnus nimis: erantque ei oves tria míllia, & mille capræ: & áccidit ut tonderétur grex ejus in Carmélo. Nomen autem viri illíus erat Nabal; & nomen uxóris ejus Abígaïl: eratque múlier illa prudentíſſima & ſpecióſa: porrò vir ejus durus, & péſſimus, & malitióſus; erat autem de génere Caleb. Cùm ergo audiſſet David in deſerto quòd tondéret Nabal gregem ſuum, miſit decem júvenes, & dixit eis: Aſcéndite in Carmélum, & veniétis ad Nabal, & ſalutábitis eum ex nómine meo pacíficè. Et dicétis: Sit frátribus meis, & tibi pax, & dómui tuæ pax, & ómnibus quæcumque habes, ſit pax. Audívi quòd tondérent paſtóres tui, qui erant nobiſcum in deſerto: numquam eis moleſti fúimus, nec aliquando défuit quidquam eis de grege omni témpore quo fuérunt nobiſcum in Carmélo. Intérroga púeros tuos, & indicábunt

tibi. Nunc ergo invéniant púeri tui grátiam in óculis tuis ; in die enim bona venímus: quodcumque invénerit manus tua, da ſervis tuis, & filio tuo David. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Exultent, *pag.* 273.

LECTIO II. *v.* 9.

Reſponſio Nabal.

CUmque veniſſent púeri David, locúti ſunt ad Nabal ómnia verba hæc ex nómine David : & ſiluérunt. Reſpondens autem Nabal púeris David, ait : Quis eſt David ? & quis eſt filius Iſaï ? hódiè increvérunt ſervi qui fúgiunt dóminos ſuos. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pécorum quæ occídi tonſóribus meis, & dabo viris quos néſcio unde ſint ? Regreſſi ſunt ítaque púeri David per viam ſuam, & reverſi venérunt, & nuntiavérunt ei ómnia verba quæ díxerat. Tunc ait David púeris ſuis: Accingátur unuſquiſque gládio ſuo. Et accincti ſunt ſínguli gládiis ſuis, accinctuſque eſt & David enſe ſuo: & ſecúti ſunt David quaſi quadringenti viri : porrò ducenti remanſérunt ad ſárcinas. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Nunc, Dómine, *p.* 274.

LECTIO III. *v.* 14.

Abigaïl à pueris monita.

ABigaïl autem uxóri Nabal nuntiávit unus de púeris ſuis, dicens: Ecce David miſit núntios de deſerto, ut benedícerent dómino noſtro : & aversátus eſt eos. Hómines iſti boni ſatis fuérunt nobis, & non moleſti : nec quidquam aliquando périit omni témpore quo fúimus conversáti cum eis in deſerto: pro muro erant nobis tàm in nocte quàm in die, ómnibus diébus quibus pávimus apud eos greges. Quamobrem consídera, & recógita quid fácias : quóniam compléta eſt malítia adversùm virum tuum, & adversùm domum tuam ; & ipſe eſt filius Bélial, ita ut nemo poſſit ei loqui. Tu autem.

℟. In die, *pag.* 275.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno, *Seſſ.* 24. *de Reform.* *Cap.* 1.

STátuit (ſancta Synodus) ut cùm primùm Eccléſia vacáverit, ſupplicatiónes & preces públicè privatímque habeantur, atque à Capítulo per civitátem & Diœcéſim indicantur, quibus Clerus populuſque bonum à Deo paſtórem váleat impetráre.

FERIA TERTIA.

De libro primo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 25. 18.

Prudentia Abigaïl.

FEſtinávit igitur Abígaïl, & tulit ducentos panes, & duos utres vini, & quinque aríetes coctos, & quinque ſata polentæ, & centum ligatúras uvæ paſſæ, & ducentas maſſas caricárum, & póſuit ſuper áſinos, dixitque púeris ſuis: Præcédite me; ecce ego poſt tergum ſequar vos: viro autem ſuo Nabal non indicávit. Cùm ergo aſcendiſſet áſinum, & deſcénderet ad radíces montis, David & viri ejus deſcendébant in occurſum ejus: quibus & illa occurrit. Cùm autem vidiſſet Abígaïl David, feſtinávit, & deſcendit de áſino, & prócidit coram David ſuper fáciem ſuam, & adorávit ſuper terram, & cécidit ad pedes ejus, & dixit: In me ſit, dómine mi, hæc iníquitas: loquátur, óbſecro, ancilla tua in áuribus tuis; & audi verba fámulæ tuæ. Ego ancilla tua non vidi púeros tuos, dómine mi, quos miſiſti. Quapropter súſcipe benedictiónem hanc, quam áttulit ancilla tua tibi dómino meo: & da púeris qui ſequuntur te dóminum meum. Aufer iniquitátem fámulæ tuæ: fáciens enim fáciet Dóminus tibi dómino meo domum fidélem, quia prælia Dómini, dómine mi, tu præliáris. Cùm ergo fécerit Dóminus tibi dómino meo ómnia quæ locútus eſt bona de te, & conſtitúerit te ducem ſuper Iſraël, non erit tibi hoc in ſingultum, & in ſcrúpulum cordis dómino meo, quòd effúderis ſánguinem innóxium, aut ipſe te ultus fúeris: & cùm benefécerit Dóminus dómino meo, recordáberis ancillæ tuæ.

℟. In quacumque die, *pag.* 275.

LECTIO II. *v.* 32.

David accipit munera de manu Abigaïl.

AIt David ad Abígaïl: Benedictus Dóminus Deus Iſraël, qui miſit hódiè te in occurſum meum, & benedictum elóquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuiſti me hódiè ne irem ad ſánguinem, & ulciſcerer me manu meâ. Alióquin vivit Dóminus Deus Iſraël, qui prohíbuit me ne malum fácerem tibi: niſi citò veniſſes in occurſum mihi, non remanſiſſet Nabal uſque ad lucem matutínam, mingens ad paríetem. Suſcépit ergo David de manu ejus ómnia quæ attúlerat ei, dixitque ei; Va-

de pacíficè in domum tuã; ecce audívi vocem tuam, & honorávi fáciem tuam. Venit autem Abigaïl ad Nabal: & ecce erat ei convívium in domo ejus, quaſi convívium regis, & cor Nabal jucundum; erat enim ébrius nimis: & non indicávit ei verbum puſillum aut grande uſque manè. Dilúculo autem cùm digeſſiſſet vinum Nabal, indicávit ei uxor ſua verba hæc, & emórtuum eſt cor ejus intrínſecùs, & factus eſt quaſi lapis. Cumque pertranſiſſent decem dies, percuſſit Dóminus Nabal, & mórtuus eſt.

℟. Miſerére meî, Deus, *pag.* 276.

LECTIO III. *v.* 39.

David ducit uxores.

QUod cùm audiſſet David mórtuũ Nabal, ait: Benedictus Dóminus, qui judicávit cauſam oppróbrii mei de manu Nabal, & ſervum ſuum cuſtodívit à malo, & malítiam Nabal réddidit Dóminus in caput ejus. Miſit ergo David, & locútus eſt ad Abigaïl, ut súmeret eam ſibi in uxórem. Et venérunt púeri David ad Abigaïl in Carmélum, & locúti ſunt ad eam, dicentes: David miſit nos ad te, ut accípiat te ſibi in uxórem. Quæ conſurgens adorávit prona in terram, & ait: Ecce fámula tua ſit in ancillam, ut lavet pedes ſervórum dómini mei. Et feſtinávit, & ſurrexit Abigaïl, & aſcendit ſuper áſinum, & quinque puellæ iérunt cum ea, pediſſequæ ejus, & ſecúta eſt núntios David: & facta eſt illi uxor. Sed & Achínoam accépit David de Jézraël: & fuit útraque uxor ejus. Saül autem dedit Michol filiam ſuam, uxórem David, Phalti filio Laïs, qui erat de Gallim.

℟. Anima noſtra. 276.

CANON.

Ex Concílio Pariſienſi ſexto.

An. 829. *lib.* 1. *Cap.* 23.

EPíſcopus... pro grege ſibi crédito ſollícitus ſemper invígilet, & prædicet verbo; inſtet opportúnè, árguat, óbſecret, increpet in omni patiéntia & doctrína.

FERIA QUARTA.

De libro primo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 26. 3.

David aufert lanceam Saül.

DAvid videns quòd veniſſet Saül poſt ſe in deſertum, ſurrexit clàm, & venit ad locum ubi erat Saül: cumque vidiſſet locum in quo dormiébat Saül, ait ad Achímelech Hethæum, & Abíſaï filium Sárviæ: Quis deſ-

cendet mecum ad Saül in caſtra? Dixitque Abíſaï: Ego deſcendam tecum. Venérunt ergo David & Abíſaï ad pópulum nocte, & invenérunt Saül jacentem & dormientem in tentório, & haſtam fixam in terra ad caput ejus: Abner autem, & pópulum dormientes in circúitu ejus. Dixitque Abíſaï ad David: Conclúſit Deus inimícum tuum hódie in manus tuas; nunc ergo perfódiam eum lánceâ in terra ſemel, & ſecundò opus non erit. Et dixit David ad Abíſaï: Ne interficias eum: quis enim extendet manum ſuam in chriſtum Dómini, & innocens erit? Propitius ſit mihi Dóminus ne extendam manum meam in chriſtum Dómini. Nunc ígitur tolle haſtam quæ eſt ad caput ejus, & ſcyphum aquæ, & abeámus. Tulit ígitur David haſtam, & ſcyphum aquæ, qui erat ad caput Saül, & abiérunt: & non erat quiſquam qui vidéret, & intelligeret, & evigiláret; ſed omnes dormiébant, quia ſopor Dómini irrúerat ſuper eos.

℟. Deus noſter. 277.

LECTIO II. *v.* 14.

David vocat Abner.

CLamávit David ad pópulum, & ad Abner filium Ner, dicens: Quare non cuſtodiſti dóminum tuum regem? ingreſſus eſt enim unus de turba, ut interficeret regem dóminum tuum. Non eſt bonum hoc quod feciſti: vivit Dóminus, quóniam filii mortis eſtis vos, qui non cuſtodiſtis dóminum veſtrum, chriſtum Dómini. Nunc ergo vide ubi ſit haſta regis, & ubi ſit ſcyphus aquæ, qui erat ad caput ejus. Cognóvit autem Saül vocem David, & dixit: Numquid vox hæc tua, fili mi David? Et ait David: Vox mea, dómine mi rex. Et ait: Quam ob cauſam dóminus meus perſéquitur ſervum ſuum? Quid feci? aut quod eſt malum in manu mea? Nunc ergo audi, oro, dómine mi rex, verba ſervi tui: ſi Dóminus íncitat te adverſùm me, odorétur ſacrificium: ſi autem filii hóminum, maledicti ſunt in conſpectu Dómini: qui ejecérunt me hódiè, ut non hábitem in hæreditáte Dómini, dicentes: Vade, ſervi diis aliénis. Et nunc non effundátur ſanguis meus in terram coram Dómino: quia egreſſus eſt rex Iſraël ut quærat púlicem unum, ſicut perſéquitur perdix in móntibus.

℟. Benedictus Dóminus, *pag.* 277.

LECTIO III. *v.* 21.

David reddit lanceam.

AIt Saül : Peccávi : revértere, fili mi David : nequáquam enim ultrà tibi malefáciam, eò quòd pretióſa fúerit ánima mea in óculis tuis hódiè : appáret enim quòd ſtultè égerim, & ignoráverim multa nimis. Et reſpondens David, ait : Ecce haſta regis : tránſeat unus de púeris regis, & tollat eam. Dóminus autem retríbuet unicuíque ſecundùm juſtítiam ſuam & fidem : trádidit enim te Dóminus hódiè in manum meam, & nólui exténdere manum meam in chriſtum Dómini. Et ſicut magnificáta eſt ánima tua hódiè in óculis meis, ſic magnificétur ánima mea in óculis Dómini, & líberet me de omni angúſtia. Ait ergo Saül ad David : Benedictus tu, fili mi David : & quidem fáciens fácies, & potens póteris. Abiit autem David in viam ſuam, & Saül reverſus eſt in locum ſuum.

℟. Bénedic, ánima. 278.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 5. *de Reform.*

Cap. 2.

QUia chriſtiánæ reipúblicæ non minùs neceſsária eſt prædicátio Evangélii, quàm léctio; & hoc eſt præcípuum Epiſcopórum munus : ſtátuit.... ſancta Synodus, omnes Epíſcopos, Archiepíſcopos, Primátes, & omnes álios Eccléſiæ Rectóres tenéri per ſeipſos, ſi legítimè impedíti non fúerint, ad prædicandum ſanctum Jeſu Chriſti Evangélium.

FERIA QUINTA.

De libro primo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 27. 1.

David confugit ad Achis.

AIt David in corde ſuo : Aliquando íncidam unâ die in manus Saül. Et ſurrexit, & ábiit ipſe, & ſexcenti viri cum eo ad Achis filium Maoch regem Geth. Et nuntiátum eſt Saúli quòd fugiſſet David in Geth; & non áddidit ultrà quærere eum. Fuit autem númerus diérum, quibus habitávit David in regióne Philiſthinórum, quátuor ménſium. Et aſcendit David, & viri ejus, & agébant prædas de Géſſuri, & de Gerzi, & de Amalecítis : hi enim pagi habitabántur in terra antiquitùs, eúntibus Sur uſque ad terram Ægypti. Et percutiébat David omnem terram, nec relinquébat viventem virum & mulíerem : tollenſque oves, & boves, &

camélos, &
rtebátur, &
Achis. Cré-
chis David,
ita mala ope-
itra pópulum
: erit ígitur
ſempiternus.
nt, p. 273.
Cap. 28. 1.
iſſam conſulit.
ſt autem in
llis, congre-
iliſthiim ág-
ut præpara-
bellum con-
Congregatíque
érunt, & caſ-
nt in Sunam:
autem & Saül
Iſraël, & ve-
oë. Et vidit
Philíſthiim,
& expávit cor
Conſuluitque
, & non reſ-
ieque per ſóm-
: per Sacerdó-
: per Prophé-
ue Saül ſervis
ite mihi mu-
entem pythó-
dam ad eam,
or per illam.
t ſervi ejus ad
múlier pythó-
ns in Endor.
rgo hábitum
ituſque eſt áliis
, & ábiit ip-
viri cum eo,
e ad mulierem
it illi: Divína

mihi in pythóne, & súſcita mihi quem díxero tibi. Dixitque ei múlier: Quem ſuſcitábo tibi? Qui ait: Samuélem mihi súſcita. Cùm autem vidiſſet múlier Samuélem, exclamávit voce magnâ, & dixit ad Saül: Quare impoſuiſti mihi? tu es enim Saül. Dixitque ei rex: Noli timére: quid vidiſti? Et ait múlier ad Saül: Deos vidi aſcendentes de terra. Dixitque ei: Qualis eſt forma ejus? Quæ ait: Vir ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt pállio. Et intellexit Saül quòd Sámuël eſſet, & inclinávit ſe ſuper fáciem ſuam in terra, & adorávit.

℟. Nunc, Dómine. 274.

LECTIO III. v. 15.

Saüli mortem proximam denuntiat Samuël.

Dixit autem Sámuël ad Saül: Quid intérrogas me, cùm Dóminus recéſſerit à te, & tranſíerit ad æmulum tuum? Fáciet enim tibi Dóminus ſicut locútus eſt in manu mea, & ſcindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud próximo tuo David. Et dabit Dóminus étiam Iſraël tecum in manus Philíſthiim: cras autem tu & filii tui mecum éritis: ſed & caſtra Iſraël tradet Dóminus in manus Philíſthiim. Statimque

Saül cécidit porrectus in terram : extimúerat enim verba Samuélis, & robur non erat in eo, quia non coméderat panem totâ die illâ. Ingreſſa eſt ítaque múlier illa ad Saül, (conturbátus enim erat valdè,) dixitque ad eum : Ecce obedívit ancilla tua voci tuæ, & póſui ánimam meam in manu mea : & audívi ſermónes tuos, quos locútus es ad me : nunc ígitur audi & tu vocem ancillæ tuæ, & ponam coram te buccellam panis, ut cómedens convaleſcas, & poſſis iter ágere. Múlier autem illa habébat vítulum paſcuálem in domo, & feſtinávit, & occídit eum : tollenſque farínam, míſcuit eam, & coxit ázyma, & póſuit ante Saül & ante ſervos ejus. Qui cùm comediſſent, ſurrexérunt, & ambulavérunt per totam noctem illam.

℟. In die, *pag.* 275.

CANON.

Ex Concílio Tolosáno. *An.* 1590. *part.* 1. *de Epiſc. n.* 3.

EPíſcopi numquam ſacras & Epiſcopáles actiónes exérceant, quin priùs perficiendi miniſtérii dignitátem, vim, rationemque pópulo gravi áliquâ concióne explicárint; quò áltiùs fidélium ánimis defixo rerum ſacrárum cultu, eos ad ea quæ fidei & religiónis ſunt, magis ac magis accendant & inflamment.

FERIA SEXTA.

De libro primo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 29. 1.

Principum Philiſthiim invidia in Davidem.

COngregáta ſunt Philíſthiim univerſa ágmina in Aphec : ſed & Iſraël caſtrametátus eſt ſuper fontem qui erat in Jézraël. Et sátrapæ quidem Philíſthiim incedébant in centúriis & míllibus : David autem & viri ejus erant in noviſſimo ágmine cum Achis. Dixeruntque príncipes Philíſthiim ad Achis : Quid ſibi volunt Hebræi iſti ? Et ait Achis ad príncipes Philíſthiim : Num ignorátis David, qui fuit ſervus Saül regis Iſraël, & eſt apud me multis diébus vel annis, & non invéni in eo quidquam, ex die qua transfúgit ad me, uſque ad diem hanc? Iráti ſunt autem adversùs eum príncipes Philíſthiim, & dixérunt ei : Revertátur vir iſte, & ſédeat in loco ſuo, in quo conſtituiſti eum, & non deſcendat nobiſcũ in prælium, ne fiat nobis adversárius, cùm præliári cœpérimus : quómodò enim

iter póterit placáre dóminum ſuum, niſi in capitibus noſtris? Nonne e eſt David, cui cantabant in choris, dicen-s: Percuſſit Saül in míl-ous ſuis, & David in cem míllibus ſuis?

℟. In quacumque. 275.

Lectio II. *v. 6.*

chis Davidem dimittit.

VOcávit ergo Achis David, & ait ei: Vivit Dóminus, quia rectus s tu, & bonus in conſpectu meo: & éxitus tuus, introitus tuus mecum ſt in caſtris: & non inéni in te quidquam mal, ex die quâ veniſti ad ne, uſque in diem hanc; ed sátrapis non places. evértere ergo, & vade n pace, & non offendas culos ſatrapárum Phiſithiim. Dixitque David d Achis: Quid enim feci, & quid inveniſti in ne ſervo tuo, a die qua ui in conſpectu tuo uſque in diem hanc, ut non éniam, & pugnem contra inimícos dómini mei regis? Reſpondens autem Achis, locútus eſt ad David: Scio quia bonus es tu in óculis meis, ſicut Angelus Dei; ſed príncipes Philiſthinórum dixérunt: Non aſcendet nobiſcum in prælium. Igitur conſurge manè tu, & ſervi dómini tui, qui venérunt tecum: & cum de nocte ſurrexéritis: & cœperit dilucéſcere, pérgite. Surrexit ítaque de nocte David ipſe & viri ejus, ut proficiſcerentur manè, & reverterentur ad terrã Philíſthiim: Philiſthiim autẽ aſcendérunt in Jézraël.

℟. Miſerére meî. 276.

Lectio III. *Cap. 30. 1.*

Siceleg combuſta.

CUmque veniſſent David & viri ejus in Síceleg die tértiâ, Amalecítæ ímpetum fécerant ex parte Auſtrali in Síceleg, & percúſſerant Siceleg, & ſuccénderant eam igni. Et captívas dúxerant mulíeres ex ea, à mínimo uſque ad magnum: & non interfécerant quemquam, ſed ſecum dúxerant, & pergébant itínere ſuo. Cùm ergo veniſſent David & viri ejus ad civitátem, & inveniſſent eam ſuccenſam igni, & uxóres ſuas, & fílios ſuos, & fílias ductas eſſe captívas, levavérunt David & pópulus qui erat cum eo voces ſuas, & planxérunt donec deficerent in eis lácrymæ. Síquidem & duæ uxóres David captívæ ductæ fúerant, Achínoam Jezraëlites, & Abígaïl uxor Nabal Carméli. Et contriſtátus eſt David valdè; volébat enim eum pópulus lapidáre, quia amá-

ra erat ánima uniuſcujuſque viri ſuper filiis ſuis & filiábus : confortátus eſt autem David in Dómino Deo ſuo. Et ait ad Abíathar Sacerdótem filium Achímelech : Applica ad me ephod. Et applicávit Abíathar ephod ad David, & consúluit David Dóminum, dicens : Pérſequar latrúnculos hos, & comprehendam eos, an non ? Dixitque ei Dóminus : Perſéquere : abſque dúbio enim comprehendes eos, & excúties prædam.

℟. Anima noſtra. 276.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 25. de ref. Cap. 1.

ADmonet ſancta Synodus Epíſcopos omnes... ut factis ipſis, ac vitæ actiónibus, (quod eſt véluti perpétuum quoddam prædicandi genus,) ſe múneri ſuo conformes oſtendant. In primis verò ita mores ſuos omnes compónant, ut réliqui ab eis frugalitátis, modéſtiæ, continéntiæ, ac quæ nos tantóperè commendat Deo, ſanctæ humilitátis exempla pétere poſſint.

SABBATO.

De libro primo Regum.

Lectio I. *Cap. 30. 9.*

Ægyptius Amalecitæ ſervus.

ABiit ergo David ipſe, & ſexcenti viri qui erant cum eo, & runt uſque ad tor Beſor : & laſſi q ſubſtitérunt. Per eſt autem David i quadringenti viri : terant enim ducent laſſi transíre non p torrentem Beſor. E nérunt virum Ægy in agro, & addu eum ad David : ded que ei panem ut co ret, & bíberet aq ſed & fragmen maſ ricárum, & duas l ras uvæ paſſæ. Qu comediſſet, reverſ ſpíritus ejus, & ref tus eſt : non enim derat panem, neq berat aquam, tribu bus & tribus nó Dixit ítaque ei D Cujus es tu ? vel un quò pergis ? Qui ait : Ægyptius ego ſum vus viri Amalecítæ relíquit autem me nus meus, quia ægr cœpi nudiuſtértius. dem nos erúpimus a ſtrálem plagam Cér & contra Judam, merídiem Caleb ; & leg ſuccéndimus ign xitque ei David : me dúcere ad cúneu tum ? Qui ait : Jura per Deum, quòd no cídas me, & non t me in manus dómini & ego ducam te a

ſtum. Et jurávit
d.
TIO II. *v.* 16.
[malecita fuſi.]
i cùm duxiſſet eum,
:ce illi diſcumbé-
per fáciem univer-
æ, comedentes &
:s, & quaſi feſtum
ntes diem, pro
præda, & ſpóliis
erant de terra Phi-
1, & de terra Juda.
uſſit eos David à
: uſque ad véſpe-
érius diéi, & non
ex eis quiſquam,
adringenti viri a-
ntes, qui aſcén-
camélos, & fúge-
ruit ergo David
quæ túlerant Ama-
, & duas uxóres
ruit. Nec défuit
am à parvo uſque
gnum, tàm de fi-
um de filiábus, &
liis, & quæcum-
ipúerant, ómnia
David. Et tulit
os greges & ar-
, & minávit ante
ſuam: dixerunt-
æc eſt præda David.
III. *Cap.* 31. 1.
Saülis & ſuorum.
liſthiim autem pu-
ábant adversùm Iſ-
& fugérunt viri Iſ-
nte fáciem Philí-
, & cecidérunt in-
i in monte Gél-
Mórtuus eſt ergo
ſtiva. Carc.

Saül, & tres filii ejus, & ármiger illíus, & univerſi viri ejus in die illa páriter. Factâ autem die álterâ, venérunt Philíſthiim, ut ſpoliárent interfectos, & invenérunt Saül & tres filios ejus jacentes in monte Gelboë. Et præcidérunt caput Saül, & miſérunt in terram Philiſthinórum per circúitū; corpus verò ejus ſuſpendérunt in muro Bethſan. Quòd cùm audiſſent habitatóres Jabes Gálaad, ambulavérunt totâ nocte, & tulérunt cadáver Saül, & cadávera filiórum ejus, de muro Bethſan: veneruntque Jabes Gálaad, & combuſſérunt ea ibi: & tulérunt oſſa eórum, & ſepeliérunt in némore Jabes, & jejunavérunt ſeptem diébus.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno.
Seſſ. 23. *de Reform. Cap.* 1.

EPiſcopos ſacro-ſancta Synodus ádmonet, & in Dómino hortátur, ne Domínicis Adventûs, Quadragéſimæ, Nativitátis, Reſurrectiónis, Pentecoſtes, & Córporis Chriſti diébus .... ipſi ab Eccléſia ſua Cathedráli ullo pacto abſint, niſi Epiſcopália múnia in ſua Diœcéſi eos áliò vocent.

Ad Magníf. *Ant.* 4. a. Planxit David ſuper Saül,

& ſuper Jónatham filium ejus, & ait: Conſídera, Iſraël, quómodò cecidérunt fortes? 2. *Reg. cap.* 1. *v.* 17. 18. 19.

Oratio, infrà ad Laudes.

DOMINICA SEXTA poſt Pentecoſten.

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber ſecundus Regum.

LECTIO I. *Cap.* 1. *v.* 1.

Mors Saülis Davidi annuntiatur.

FActum eſt, poſtquàm mórtuus eſt Saül, ut David reverterétur à cæde Amalec, & manéret in Siceleg duos dies. In die autem tértia appáruit homo, véniens de caſtris Saül, veſte conſciſsâ, & púlvere conſperſus caput: & ut venit ad David, cécidit ſuper fáciem ſuam, & adorávit. Dixitque ad eum David: Unde venis: Qui ait ad eum: De caſtris Iſraël fugi. Et dixit ad eum David: Quod eſt verbum quod factum eſt? Indica mihi. Qui ait: Fugit pópulus ex prælio, & multi corruentès è pópulo mórtui ſunt: ſed & Saül & Jónathas filius ejus interiérunt. Tu autem.

℟. *j.* Nullus ſperávit in Dómino, & confúſus eſt; * Quis enim permanſit in mandátis ejus, & [...] lictus eſt? *Eccli.* [...]

℣. Deo & Patri glória in ſécula [...] rum. *Phil.* 4. [...]

* Quis.

LECTIO II.

David interrogat nu[...]

DIxitque Da[...] adoleſcentem [...] nuntiábat ei: Un[...] quia mórtuus eſt [...] & Jónathas filius [...] Et ait adoleſcen[...] nuntiábat ei: Caſ[...] in montem Gélbo[...] Saül incumbébat [...] haſtam ſuam: por[...] rus & équites ap[...] quábant ei; & co[...] poſt tergum ſuum [...] denſque me vocávi [...] cùm reſpondiſſem [...] ſum: dixit mihi: [...] nam es tu? Et [...] eum: Amalecíte[...] ſum. Et locútus e[...] hi: Sta ſuper m[...] intérfice me: qu[...] tenent me angúſti[...] adhuc tota ánima [...] me eſt. Stanſque [...] eum, occídi illum: [...] bam enim quòd [...] non póterat poſt ru[...] & tuli diadéma quo[...] in cápite ejus, & a[...] lam de bráchio illi[...] átuli ad te dóm[...] meum huc.

℟. *ij.* Tua, P[...] providéntia guber[...] * Oſtendens quónia[...]

tuus es ex ómnibus ſalváre. *Sap.* 14. *v.* 3. 4. ℣. Ne nos indúcas in tentatiónem ; ſed líbera nos à malo. *Matth.* 6. 13. * Oſtendens.

LECTIO III. *v.* 11.

David nuntium occidi jubet.

APprehendens autem David veſtimenta ſua ſcidit, omneſque viri qui erant cum eo, & planxérunt, & flevérunt, & jejunavérunt uſque ad véſperam, ſuper Saül, & ſuper Jónatham filium ejus, & ſuper pópulum Dómini, & ſuper domum Iſraël, eò quòd corruiſſent gládio. Dixitque David ad júvenem qui nuntiáverat ei : Unde es tu ? Qui reſpondit : Filius hóminis ádvenæ Amalecítæ ego ſum. Et ait ad eum David : Quare non timuiſti míttere manum tuam ut occíderes chriſtum Dómini ? Vocanſque David unum de púeris ſuis, ait : Accédens írrue in eum. Qui percuſſit illum, & mórtuus eſt.

℟. *iij.* Confitébor tibi, Dómine Rex, & collaudábo te * Deum ſalvatórem meum ; † Confitébor nómini tuo. *Eccli.* 51. *v.* 8. ℣. In médio Eccléſiæ laudábo te. *Hebr.* 2. *v.* 12. * Deum. ℣. Glória. † Confitébor.

IN II. NOCTURNO.

De Parábolis Salomónis.

LECTIO IV. *Cap.* 26. *v.* 4.

Nuntius ſtultus.

NE reſpóndeas ſtulto juxta ſtultítiam ſuã, ne efficiáris ei ſimilis. Reſponde ſtulto juxta ſtultítiam ſuam, ne ſibi ſápiens eſſe videátur. Claudus pédibus, & iniquitátem bibens, qui mittit verba per núntium ſtultum. Quómodo pulchras fruſtrà habet claudus tíbias : ſic índecens eſt in ore ſtultórum parábola. Sicut qui mittit lápidem in acervum Mercúrii : ita qui tribuit inſipienti honórem. Quómodo ſi ſpina naſcátur in manu temulenti : ſic parábola in ore ſtultórum. Judícium detérminat cauſas ; & qui impónit ſtulto ſiléntium, iras mitigat. Sicut canis qui revértitur ad vómitum ſuum, ſic imprúdens qui íterat ſtultítiam ſuam. Vidiſti hóminem ſapientem ſibi vidéri ? magis illo ſpem habébit inſipiens.

℟. *iv.* Da mihi, Deus, ſédium tuárum aſſiſtrícem ſapiéntiam, & noli me reprobáre à púeris tuis ; * Quóniam ſervus tuus ſum ego. *Sap.* 9. 4. 5. ℣. Deus, propítius eſto mihi peccatóri. *Luc.* 18. *v.* 13. * Quóniam ſervus tuus.

LECTIO V. *Cap.* 29. *v.* 5.

Peccantem virum involvet laqueus.

HOmo qui blandis fictiſque ſermónibus lóquitur amíco ſuo, rete expandit gréſſibus ejus. Peccantem virum iniquum involvet láqueus; & juſtus laudábit atque gaudébit. Novit juſtus cauſam páuperum; ímpius ignórat ſciéntiam. Hómines peſtilentes diſſipant civitátem: ſapientes verò avertunt furórem. Vir ſápiens, ſi cum ſtulto conténderit, ſive iraſcátur, ſive rídeat, non invéniet réquiem. Viri sánguinum odérunt símplicem; juſti autem quærunt ánimam ejus. Totum ſpíritum ſuum profert ſtultus; ſápiens differt, & reſervat in póſterum. Princeps qui libenter audit verba mendácii, omnes miniſtros habet ímpios. Pauper & créditor obviavérunt ſibi; utriuſque illuminátor eſt Dóminus. Rex qui júdicat in veritáte páuperes, thronus ejus in æternum firmábitur.

℟. v. Tu, Dómine, in æternum permanébis; * Sólium tuum in generatiónem & generatiónem. *Thr.* 5. *v.* 19. ℣. Tu idem ipſe es, & anni tui non defícient. *Heb.* 1. *v.* 12. * Sólium.

LECTIO VI.

& Cap. 30.

Abominantur juſti impium.

SUperbum ſéqui militas; & hú ſpíritu ſuſcípiet gló cum fure partícipa ánimam ſuã: adju audit, & non índic timet hóminem, ci ruet: qui ſperat i mino, ſublevábitu ti requírunt fácien cipis; & judícium mino egréditur ſ rum. Abominant virum ímpium; minantur ímpii e in recta ſunt via. V cuſtódiens fílius perditiónem erit.

℟. vj. Quia tu minus Deus noſter: pice, Dómine, de ſancta tua in nos clína aurem tuam exaudi nos. *Bar.* 2. ℣. Quid faciémus rémur ópera Dei 6. *v.* 28. * R ℣. Glória. † Et

IN III. NOCTU

De Epíſtola beáti Apóſtoli ad Rom

LECT. VII. *Cap.* 2

Juſtis pax, iniquis latio.

EXiſtimas autem ô homo, qu ças eos qui tália & facis ea, quia t gies judícium Dei

bonitátis ejus, &
æ, & longanimi-
ntemnis? ignóras
n benígnitas Dei
iténtiam te addú-
undùm autem du-
tuam & impœni-
:, theſaurízas tibi
i die iræ, & reve-
. juſti judícii Dei,
det unicuíque ſe-
ı ópera ejus: iis
. , qui ſecundùm
am boni óperis,
ı, & honórem,
rruptiónem quæ-
itam ætérnam; iis
qui ſunt ex con-
e, & qui non ac-
nt veritáti, cre-
utem iniquitáti,
ıdignátio. Tribu-
angúſtia in om-
imam hóminis o-
; malum, Judæi
ı, & Græci: gló-
:m, & honor, &
nni operanti bo-
Judæo primùm &

iij. Benedíctus es,
e * Deus patrum
um, & laudábile
óſum nomen tuum
la. *Dan.* 3. *v.* 26.
ıfiteor tibi, Pater,
e cœli & terræ.
11. *v.* 25. * Deus
.
IO VIII. *v.* 11.
ulta judicanda.
n enim eſt accép-
ɔ perſonárum apud

Deum. Quicumque enim ſine lege peccavérunt, ſine lege períbunt; & quicumque in lege peccavérunt, per legem judicabuntur. Non enim auditóres legis juſti ſunt apud Deum, ſed factóres legis juſtificabuntur. Cùm enim gentes, quæ legem non habent, naturáliter ea quæ legis ſunt, fáciunt, ejúſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptum in córdibus ſuis, teſtimónium reddente illis conſciéntiâ ipſórum, & inter ſe ínvicem cogitatiónibus accusántibus, aut étiam defendéntibus: in die, cùm judicábit Deus occulta hóminum, ſecundùm Evangélium meum, per Jeſum Chriſtū.

℞. *viij.* Non infernus confitébitur tibi, Dómine, neque mors laudábit te; * Vivens, vivens, ipſe confitébitur tibi, ſicut & ego hódie. *Iſ.* 38. 18. 19. ℣. Confitébor tibi in géntibus, Dómine, & nómini tuo cantábo. *Rom.* 15. *v.* 9. * Vivens.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Marcum.

LECTIO IX. *Cap.* 8. *v.* 1.

Septem panes multiplicati.

IN illo témpore; Cùm turba multa eſſet cum Jeſu, nec habérent quod

manducárent, convocátis diſcípulis, ait illis: Miſéreor ſuper turbam, quia ecce jam tríduo ſúſtinent me, nec habent quod mandúcent. Et réliqua.

Homília ſancti Bernardi Abbátis.

Serm. 1. *Dom. VI. poſt Pent.*

VIam trium diérum eas neceſſe eſt in deſerto, ſi gratum Deo tuo offerre volúeris ſacrifícium: & tríduo ſuſtíneas Salvatórem, ſi miráculi pánibus deſíderas ſatiári. Prima eſt dies timóris; dies, inquam, declárans & illúminans ténebras tuas interióres ſcílicet, & horrendum gehennæ ſupplícium demonſtrans. Secunda eſt pietátis dies, quâ reſpirámus in luce miſeratiónum Dei. Tértia dies eſt ratiónis, in qua véritas innoteſcit, ut tamquam ex débito quodam natúræ fine, ſine áliqua cõtradictióne Creatóri ſubjecta ſit creatúra, ſervus ſérviat Redemptóri. Exhinc jubémur jam diſcúmbere, ut cháritas ordinétur in nobis; exhinc áperit Dñs manum ſuam, & implet omne ánimal benedictióne. Verùm quóniam Apóſtolis dícitur: Fácite hómines diſcúmbere; diſcũbere vos admonémus, fratres cariſſimi, ut refecti pane benedictiónis, ſubſiſtere poſsitis in via verò, ne lóngiùs pró vos, ſeptem panes q reficiámini, iſti ſunt mus panis, verbum Secundus, obediénti Tértius panis, med ſancta. Quartus, orá lácrymæ. Quintus pœniténtiæ labor eſt tus panis eſt jucund nimiras ſociális. ſéptimus panis eſt chariſtia: quóniam inquit, quem ego do mea eſt pro mundi v

℟. *ix.* Dómine, meus es tu, * Exaltá & confitébor nómin † Quóniam feciſti bília. *Iſ.* 25. *v.* 1. in princípio, Dómi terram fundaſti, & mánuum tuárum ſu li. *Heb.* 1. *v.* 10. * E bo. ℣. Glória. † Quó

Ad Benedict. *Ant.* Præcépit Jeſus turb cúmbere; & accípie tem panes, grátias a fregit; & manducav & ſaturáti ſunt. *M v.* 6. 8.

Orémus. *Ora*

DEus virtútum, eſt totum quo óptimum, ínſere p bus noſtris amórem minis, & præſta in religiónis augmentu quæ ſunt bona nútri pietátis ſtúdio, qu nutríta, cuſtódias;

C A N O N.

Ex Concílio Colonienſi primo.

An. 1536. *Part.* 9. *Cap.* 9.

DIligenter pópulus admonendus eſt, cur Fériæ & potíſſimum dies Domínicus, qui à tempóribus Apoſtolórum in Eccléſia Dei ſemper célebris fuit, inſtitútæ ſunt: nempè, ut tum in unum omnes páriter convenírent ad audiendum verbum Dómini, ad audiendum quoque ſacrum, & communicandum: bréviter ad vacandum Deo ſoli, ut dies illa tantùm oratiónibus, hymnis, pſalmis & cánticis ſpirituálibus tranſigátur.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Suſtulérunt quod ſuperáverat de fragmentis, ſeptem ſportas; erant autem qui manducáverant, quaſi quátuor míllia: & dimíſit eos. *Marc.* 8. *v.* 8. 9.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

FERIA SECUNDA.

De libro ſecundo Regum.

Lectio I. *Cap.* 2. 1.

David unctus Rex ſuper domum Juda.

IGitur poſt hæc cõſúluit David Dóminum, dicens: Num aſcendam in unam de civitátibus Juda? Et ait Dóminus ad eum: Aſcende. Dixitque David: Quò aſcendam? Et reſpondit ei: In Hebron. Aſcendit ergo David, & duæ uxóres ejus, Achínoam Jezraëlites, & Abigaïl uxor Nabal Carméli: ſed & viros qui erant cum eo, duxit David ſingulos cum domo ſua: & manſérunt in óppidis Hebron. Veneruntque viri Juda, & unxérunt ibi David, ut regnáret ſuper domum Juda. Et nuntiátum eſt David, quòd viri Jabes Gálaad ſepeliſſent Saül. Miſit ergo David núntios ad viros Jabes Gálaad, dixitque ad eos: Benedicti vos à Dómino, qui feciſtis miſericórdiam hanc cum dómino veſtro Saül, & ſepeliſtis eum. Et nunc retríbuet vobis quidem Dóminus miſericórdiam & veritátem: ſed & ego reddam grátiam, eò quòd feciſtis verbũ iſtud. Confortentur manus veſtræ, & eſtóte filii fortitúdinis: licèt enim mórtuus ſit dóminus veſter Saül, tamen me unxit domus Juda in regem ſibi.

℟. Nullus ſperávit, *p.* 290.

Lectio II. *v.* 8.

Isboſeth Rex Iſraël.

ABner autem filius Ner, princeps exércitûs Saül, tulit Isboſeth filium Saül, & circumduxit eum per caſtra, re-

gemque conſtituit ſuper Gálaad, & ſuper Geſsúri, & ſuper Jézraël, & ſuper Ephraïm, & ſuper Bénjamin, & ſuper Iſraël univerſum. Quadraginta annórum erat Isboſeth filius Saül, cùm regnáre cœpiſſet ſuper Iſraël, & duóbus annis regnávit: ſola autem domus Juda ſequebátur David. Et fuit númerus diérum quos commorátus eſt David ímperans in Hebron ſuper domum Juda, ſeptem annórum & ſex ménſium.

℟. Tua, Pater, *p.* 290.

LECTIO III. *v.* 12.

Robuſti in Gabaon.

EGreſſus eſt Abner filius Ner, & púeri Isboſeth filii Saül, de caſtris in Gábaon. Porrò Joab filius Sárviæ, & púeri David egreſſi ſunt, & occurrérunt eis juxta piſcínam Gábaon. Et cùm in unum conveniſſent, è regióne ſedérunt: hi ex una parte piſcínæ; & illi ex áltera. Dixitque Abner ad Joab: Surgant púeri, & ludant coram nobis. Et reſpondit Joab: Surgant. Surrexérunt ergo, & tranſiérunt número duódecim de Bénjamin, ex parte Isboſeth filii Saül, & duódecim de púeris David. Apprehensóque unuſquiſque cápite cómparis ſui, defixit gládium in latus contrárii, & cecidérunt ſimul: vocatúmque eſt nomen loci illíus: Ager robuſtórum in Gábaon.

℟. Confitébor, *p.* 291.

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi quarto.

An. 1576. *Part.* 3. *Tit.* 1. *de Epiſc.*

EPíſcopi .... his peractis quæ ad divínum cultum, Religiónis offícia, & ánimi ſpiritûſque pia ſtúdia ſpectant, ómnibus adeúntibus ſe fáciles, benignoſque præbeant, ita tamen ut ne à gravitáte recédant.

FERIA TERTIA.

De libro ſecundo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 2. 17.

Præliatur Iſraël adverſùs Judam. Occiditur Aſaël.

ORtum eſt bellum durum ſatis in die illa: fugatuſque eſt Abner, & viri Iſraël, à púeris David. Erant autem ibi tres filii Sárviæ, Joab, & Abíſai, & Aſaël: porrò Aſaël curſor velocíſſimus fuit, quaſi unus de cápreis quæ morantur in ſylvis. Perſequebátur autem Aſaël Abner, & non declinávit ad déxteram neque ad ſiniſtram omittens perſequi Abner. Reſpexit itaque Abner poſt tergum ſuum, & ait: Tune es A

ſaël? Qui reſpondit: Ego ſum. Dixitque ei Abner: Vade ad déxteram, ſive ad ſiniſtram, & apprehende unum de adoleſcéntibus, & tolle tibi ſpólia ejus. Nóluit autem Aſaël omíttere quin urgéret eum. Rurſumque locútus eſt Abner ad Aſaël: Recéde, noli me ſequi, ne compellar confódere te in terram, & leváre non pótero fáciem meam ad Joab fratrem tuum. Qui audíre contempſit, & nóluit declináre: percuſſit ergo eum Abner aversâ haſtâ in ínguine, & transfódit, & mórtuus eſt in eódem loco.

℟. Da mihi. *p.* 291.

LECTIO II. *v.* 23.

Abner pro ſuorum vita rogat.

OMnes qui transíbant per locum illum in quo cecíderat Aſaël, & mórtuus erat, ſubſiſtébant. Perſequéntibus autem Joab & Abíſaï fugientem Abner, ſol occúbuit; & venérunt uſque ad collem aquæductûs qui eſt ex adverſo vallis itíneris deſerti in Gábaon. Congregatíque ſunt filii Bénjamin ad Abner; & conglobáti in unum cúneum, ſtetérunt in ſummitáte túmuli unius. Et exclamávit Abner ad Joab, & ait: Num uſque ad interneciónem tuus mucro deſæviet? an ignóras quòd periculóſa ſit deſperátio? Uſquequò non dicis pópulo ut omittat pérſequi fratres ſuos? Et ait Joab: Vivit Dóminus, ſi locútus fuiſſes, manè receſſiſſet pópulus pérſequens fratrem ſuum. Insónuit ergo Joab búccinâ, & ſtetit omnis exércitus, nec perſecúti ſunt ultrà Iſraël, neque iniére certámen. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Tu, Dómine, *p.* 292.

LECTIO III. *v.* 29.

Abner in caſtra revertitur, & Joab in Hebron.

ABner autem & viri ejus abiérunt per campéſtria totâ nocte illâ; & tranſiérunt Jordánem, & luſtrátâ omnî Béthhoron, venérunt ad caſtra. Porrò Joab reverſus, omiſſo Abner, congregávit omnem pópulum; & defuérunt de púeris David decem & novem viri, excepto Aſaële. Servi autem David percuſſérunt de Bénjamin, & de viris qui erant cum Abner, trecentos ſexaginta, qui & mórtui ſunt. Tuleruntque Aſaël, & ſepeliérunt eum in ſepulchro patris ſui in Béthlehem; & ambulavérunt totâ nocte Joab & viri qui erant cum eo, & in

ipſo crepúſculo pervenérunt in Hebron.

℟. Quia tu es, *p.* 292.

CANON.

Ex Concílio Moguntíno. *An.* 813. *Can.* 8.

UT Epíſcopi poteſtátem hábeant res Eccleſiáſticas providére, régere, gubernáre, atque diſpensáre ſecundùm Cánonum auctoritátem, vólumus.

FERIA QUARTA.

De libro ſecundo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 3. 1.

Abner deſerit Isboſeth.

FActa eſt ergo longa concertátio inter domum Saül, & inter domum David: David profíciens & ſemper ſeipſo robúſtior, domus autem Saül decreſcens quotídie. Cùm ergo eſſet prælium inter domum Saül & domum David, Abner fílius Ner regébat domum Saül. Fúerat autem Sáüli concubína nómine Reſpha, fília Aia. Dixitque Iſboſeth ad Abner: Quare ingreſſus es ad concubínam patris mei? Qui irátus nimis propter verba Iſboſeth, ait: Numquid caput canis ego ſum adversùm Judam hódiè, qui fécerim miſericórdiã ſuper domum Saül patris tui, & ſuper fratres & próximos ejus, & non trádidi te in manus David, & tu requiſiſti quòd argúeres pro n re hódiè? Hæc fáciat Abner, & hæc adda niſi quòmodò jurávit minus David, ſic fá cum eo, ut transf regnum de domo S & elevétur thronus I ſuper Iſraël & ſup dam, à Dan uſque I bée. Et non pótuit re dére ei quidquam, metuébat illum.

℟. Benedictus es.

LECTIO II. *v.*

Abner mittit ad Da

MIſit ergo Abner tios ad David p dicentes: Cujus eſt t Et ut loquerentur: mecum amicítias, & manus mea tecum, dúcam ad te unive Iſraël. Qui ait: Opt ego fáciam tecum a tias; ſed unam rem à te, dicens: Non bis fáciem meam, quàm addúxeris M fíliam Saül; & ſic vé & vidébis me. Miſi tem David núntios a boſeth fílium Saül cens: Redde uxórem Michol, quam deſp mihi centum præ Philíſthiim. Miſit Iſboſeth, & tulit e viro ſuo Pháltiel fílio Sequebaturque eam ſuus plorans uſque I rim; & dixit ad eum

ner : Vade, & revértere. Qui reverſus eſt.

℟. Non infernus. 293.

LECTIO III. *v.* 17.

Abner omnem populum Davidi adjungit.

SErmónem quoque íntulit Abner ad ſenióres Iſraël, dicens : Tam herì quàm nudiuſtértius quærebátis David, ut regnáret ſuper vos. Nunc ergo fácite ; quóniam Dóminus locútus eſt ad David, dicens : In manu ſervi mei David ſalvábo pópulum meum Iſraël de manu Philíſthiim, & ómnium inimicórum ejus. Locútus eſt autem Abner étiam ad Bénjamin. Et ábiit ut loquerétur ad David in Hebron, ómnia quæ placúerant Iſraéli, & univerſo Bénjamin. Venitque ad David in Hebron cum viginti viris ; & fecit David Abner, & viris ejus qui vénerant cum eo, convívium. Et dixit Abner ad David : Surgam, ut cóngregem ad te dóminum meum regem, omnem Iſraël, & íneam tecum fœdus, & ímperes ómnibus, ſicut desíderat ánima tua. Cùm ergo deduxiſſet David Abner, & ille iſſet in pace, ſtatim púeri David & Joab venérunt, cæſis latrónibus, cum præda magna nimis : Abner autem non erat cum David in Hebron, quia jam dimíſerat eum, & profectus fúerat in pace.

℟. Dómine Deus, *p.* 294.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 24. *de Reform. Cap.* 2.

PRovinciália concília, ſícubi omiſſa ſunt, pro moderandis móribus, corrigendis excéſſibus, controvérſiis componendis, aliiſque ex ſacris Canónibus permiſſis, renoventur ; Synodi quoque Diœceſánæ quotannis celebrentur.

FERIA QUINTA.

De libro ſecundo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 3. 23.

Abner à Joab occiditur.

NUntiátum eſt Joab à narrántibus : Venit Abner filius Ner ad regem, & dimíſit eum, & ábiit in pace. Et ingreſſus eſt Joab ad regem, & ait : Quid feciſti ? Ecce venit Abner ad te : quare dimiſiſti eum, & ábiit & receſſit ? Ignóras Abner filium Ner, quóniam ad hoc venit ad te, ut decíperet te, & ſciret éxitum tuum & intróitum tuum, & noſſet ómnia quæ agis ? Egreſſus ítaque Joab à David, miſit núntios poſt Abner, & reduxit eum à ciſterna Sira, ignorante David. Cumque rediiſſet Abner in Hebron, ſeor-

sùm adduxit eum Joab ad médium portæ, ut loquerétur ei in dolo: & percuſſit illum ibi in ínguine, & mórtuus eſt in ultiónem sánguinis Aſaël fratris ejus.

℟. Nullus ſperávit, 290.

LECTIO II. *v.* 28.

Abner ſepelitur.

QUod cùm audiſſet David rem jam geſtã, ait: Mundus ego ſum, & regnum meum, apud Dóminum uſque in ſempiternum, à sánguine Abner fílii Ner; & véniat ſuper caput Joab, & ſuper omnem domum patris ejus: nec defíciat de domo Joab fluxum féminis ſúſtinens, & lepróſus, & tenens fuſum, & cadens gládio, & índigens pane. Igitur Joab & Abíſaï frater ejus interfecérunt Abner, eò quòd occidiſſet Aſaël fratrem eórum in Gábaon, in prælio. Dixit autem David ad Joab, & ad omnem pópulum qui erat cum eo: Scíndite veſtimenta veſtra, & accíngimini ſaccis, & plángite ante exéquias Abner. Porrò rex David ſequebátur féretrum. Cumque ſepeliſſent Abner in Hebron, levávit rex David vocem ſuam, & flevit ſuper túmulum Abner; flevit autem & omnis pópulus.

℟. Tua, Pater, *p.*

LECTIO III. *v.*

Luctus David pro A

PLangenſque rex gens Abner, ait quáquàm ut mori ignávi, mórtuus eſt ner. Manus tuæ l non ſunt, & pedes tu ſunt compédibus a váti; ſed ſicut ſole dere coram fíliis in tátis, ſic corruiſti. geminanſque omni pulus, flevit ſuper Cumque veniſſet u ſa multitúdo cibum re cum David, cla huc die jurávit D dicens: Hæc fáciat Deus, & hæc add ante occáſum ſolis ſtávero panem vel quidquam. Omniſqu pulus audívit, & pl runt eis cuncta quæ rex in conſpectu pópuli. Et cognóvit ne vulgus, & univ Iſraël in die illa, niam non actum fui rege ut occiderétur A fílius Ner. Dixit qu rex ad ſervos ſuos: ignorátis quóniam ceps & máximus c hódie in Iſraël? Eg tem adhuc delicátus unctus rex: porrò vi fílii Sárviæ duri ſunt hi; retríbuat Dómin cienti malum juxta tiam ſuam.

℟. Confitébor tibi, *pag.* 291.

CANON.

Ex Statútis Synodálibus Diœcéſis Carcaſſonenſis.

An. 1272. *Cap.* 2.

STatúimus, ut Synodus bis, annis ſíngulis celebrétur... & quicumque Synodo intereſſe tenétur, perſonáliter interſit, niſi neceſſitáte inevitábili fúerit impedítus. Tu autem.

FERIA SEXTA.

De libro ſecundo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 4. 2.

Isboſeth trucidatus.

DUo viri príncipes latrónum erant filio Saül, nomen uni Báana, & nomen álteri Rechab. Venientes ígitur ingreſſi ſunt fervente die domum Iſboſeth. Cùm autem ingreſſi fuiſſent domum, ille dormiébat ſuper lectum ſuum in concláví, & percutientes interfecérunt eum; ſublatóque cápite ejus, abiérunt per viam deſerti totâ nocte, & attulérunt caput Iſboſeth ad David in Hebron: dixeruntque ad regem: Ecce caput Iſboſeth filii Saül inimíci tui, qui quærébat ánimam tuam; & dedit Dóminus dómino meo regi ultiónem hódiè de Saül, & de sémine ejus. Tu autem, Dómine, miſerére noſtri.

℟. Da mihi, Deus, *p.* 291.

LECTIO II. *v.* 9.

Rechab & Baana puniti.

REſpondens autem David Rechab & Báana fratri ejus, fíliis Remmon Berothítæ, dixit ad eos: Vivit Dóminus, qui éruit ánimam meam de omni angúſtia: quóniam eum qui annuntiáverat mihi, & díxerat: Mórtuus eſt Saül, qui putábat ſe próſpera nuntiáre; ténui, & occídi eum in Síceleg, cui oportébat mercédem dare pro núntio. Quantò magis nunc, cùm hómines ímpii interfecérunt virum innóxiũ in domo ſua, ſuper lectum ſuũ, non quæram ſánguinem ejus de manu veſtra, & áuferam vos de terra? Præcépit ítaque David púeris ſuis, & interfecérunt eos: præcidentéſque manus & pedes eórum, ſuſpendérunt eos ſuper piſcinam in Hebron: caput autem Iſboſeth tulérunt, & ſepeliérunt in ſepulchro Abner in Hebron.

℟. Tu, Dómine, *p.* 292.

LECTIO III. *Cap.* 5. 1.

David unctus in Regem Iſraël.

VEnérunt univerſæ tribus Iſraël ad David in Hebron, dicentes: Ecce nos, os tuum & caro

tua ſumus. Sed & herì & nudiuſtértius, cùm eſſet Saül rex ſuper nos, tu eras edúcens & redúcens Iſraël: dixit autem Dóminus ad te: Tu paſces pópulum meum Iſraël, & tu eris dux ſuper Iſraël. Venérunt quoque & ſeniòres Iſraël ad regem in Hebron, & percuſſit cum eis rex David fœdus in Hebron coram Dómino; unxeruntque David in regem ſuper Iſraël. Filius triginta annórum erat David, cùm regnáre cœpiſſet; & quadraginta annis regnávit. In Hebron regnávit ſuper Judam ſeptem annis & ſex ménſibus; in Jerúſalem autem regnávit triginta tribus annis ſuper omnem Iſraël & Judam.

℟. Quia tu es, *p.* 292.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 24. *de Reform.*

Cap. 3.

EPíſcopi própriâ Diœcéſim per ſeipſos, aut ſi legitimè impedíti fúerint, per ſuum generálem Vicárium aut viſitatórem, ſi quotannis totam, propter ejus latitúdinem, viſitáre non póterunt, ſaltem majórem ejus partem, ita tamen ut tota biennio per ſe vel viſitatóres ſuos compleátur, viſitáre non prætermittant.

SABBATO.

De libro primo Paralipómenon.

LECTIO I. *Cap.* 11. *v.* 4.

Jeruſalem expugnata.

ABiit David, & omnis Iſraël in Jerúſalem. Hæc eſt Jebus, ubi erant Jebuſæi habitatóres terræ. Dixeruntque qui habitábant in Jebus ad David: Non ingrediéris huc. Porrò David cepit arcem Sion, quæ eſt cívitas David. Dixitque: Omnis qui percúſſerit Jebuſæum in primis, erit princeps & dux. Aſcendit igitur primus Joab filius Sárviæ, & factus eſt princeps. Habitávit autem David in arce, & idcircò appelláta eſt Cívitas David. Ædificavitque urbem in circúitu à Mello uſque ad gyrum; Joab autem réliqua urbis extruxit. Proficiebatque David vadens & creſcens, & Dóminus exercítuum erat cum eo.

LECTIO II. *v.* 10.

Viri fortes David.

HI príncipes virórum fórtium David, qui adjuvérunt eum ut rex fíeret ſuper omnem Iſraël, juxta verbum Dómini, quod locútus eſt ad Iſraël. Et iſte númerus robuſtórum David: Jéſbaam filius Hachamóni princeps inter triginta; iſte

levávit haſtam ſuam ſuper trecentos vulnerátos unâ vice. Et poſt eum Eleázar filius pátrui ejus Ahohítes, qui erat inter tres potentes. Iſte fuit cum David in Phéſdomim, quando Philíſthiim congregáti ſunt ad locum illum in prælium; & erat ager regiónis illíus plenus hórdeo, fugeratque pópulus à fácie Philiſthinórum. Hi ſtetérunt in médio agri, & defendérunt eum; cumque percuſſiſſent Philiſthæos, dedit Dóminus ſalútem magnam pópulo ſuo. Deſcendérunt autem tres de triginta princípibus ad petram in qua erat David, ad ſpeluncam Odollam, quando Philiſthiim fúerant caſtrametáti in valle Ráphaïm.

LECTIO III. *v.* 16.

David ſitiens.

PORrò David erat in præſídio, & ſtátio Philiſthinórum in Béthlehem. Deſiderávit ígitur David, & dixit: O ſi quis daret mihi aquam de ciſterna Béthlehem, quæ eſt in porta! Tres ergo iſti per média caſtra Philiſthinórum perrexérunt, & hauſérunt aquam de ciſterna Béthlehem, quæ erat in porta, & attulérunt ad David ut bíberet; qui nóluit, ſed magis libávit illam Dómino, dicens: Abſit ut in conſpectu Dei mei hoc fáciam, & ſánguinem iſtórum virórum bibam: quia in perículo animárum ſuárum attulérunt mihi aquã. Et ob hanc cauſam nóluit bíbere. Hæc fecérunt tres robuſtíſſimi.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 24. *de Reform. Cap.* 3.

VIſitatiónum ómnium (Epiſcopálium) præcípuus ſit ſcopus, ſanam orthodoxamque doctrinã, expulſis hæréſibus indúcere; bonos mores tuéri, pravos corrígere; pópulum cohortatiónibus & admonitiónibus ad religiónem, pacem, innocentiamque accéndere: cætera, prout locus, tempus & occáſio feret, ex viſitántium prudéntia ad fidélium fructum conſtitúere.

Ad Magníf. *Ant.* 3. *a.* In omni ópere dedit David confeſſiónem Sancto & Excelſo in verbo glóriæ. *Eccli.* 47. 9.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

DOMINICA VII. poſt Pentecoſten.

De libro ſecundo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 6. *v.* 1.

Apparatus ad reducendam Arcam in Jeruſalem.

COngregávit rursùm David omnes elec-

tos ex Iſraël triginta millia. Surrexitque David, & ábiit, & univerſus pópulus qui erat cum eo de viris Juda, ut addúcerent arcam Dei, ſuper quam invocátum eſt nomen Dómini exercituum, ſedentis in Chérubim ſuper eam. Et impoſuérunt arcam Dei ſuper plauſtrum novum: tuleruntque eam de domo Abínadab, qui erat in Gábaa: Oza autem & Ahio filii Abínadab, minábant plauſtrum novum. Cumque tuliſſent eam de domo Abínadab, qui erat in Gábaa, cuſtódiens arcam Dei, Ahio præcedébat arcam. David autem & omnis Iſraël ludébant coram Dómino, in ómnibus lignis fabrefactis, & cítharis, & lyris, & tympanis, & ſiſtris & cymbalis.

℟. *j.* Sperámus in Deum vivum, * Qui eſt Salvátor ómnium hóminum, máximè fidélium. *Tim.* 4. 10. ℣. Ipſe ſalvábit nos propter miſericórdiã ſuã. *Tob.* 13. 5. * Qui eſt Salvátor.

LECTIO II. *v. 6.*

Oza moritur.

POſtquàm autem venérunt ad áream Nachon, extendit Oza manum ad arcam Dei, & ténuit eam: quóniam calcitrábant boves, & declinavérunt eam. I
que eſt indignatió
minus contra Oza
percuſſit eum ſuper
ritáte: qui mórtuus
juxta arcam Dei. C
ſtátus eſt autem D
eò quòd percuſſiſſe
minus Ozam: & vo
eſt nomen loci illiu
cúſſio Ozæ, uſque i
hanc.

℟. *ij.* Dómine
ſis mihi formídini,
mea tu in die afflić
Jer. 17. 17. ℣. Dó
meus & Deus meus
20. *v.* 28. * Spes

LECTIO III.

Arca apud Obed

EXtímuit David
num in die ill
cens: Quómodo in
tur ad me arca Dó
Et nóluit divértere
arcam Dómini in
tem David: ſed d
eam in domum C
dom Gethæi. Et hal
arca Dómini in do
bédedom Gethæi
ménſibus: & be
Dñus Obédedom &
domum ejus. Nunti
que eſt regi David
benedixiſſet Dómin
bédedom, & ómni
propter arcam Dei.

℟. *iij.* Bonam vo
tem habémus magi
grinári à córpore,
ſentes eſſe ad Dóm
* Et ídeò conténd

ſive abſentes, ſive præſentes, placére illi. 2. *Cor.* 5. *v.* 8. 9. ℣. Dóminus judicábit fines terræ. 1. *Reg.* 2. *v.* 10. * Et ídeò. ℣. Glória. * Et ídeò conténdimus.

IN II. NOCTURNO.

De libro Eccleſiaſtæ.

Lectio IV. *Cap.* 9. *v.* 1.

Homini mors ſemper timenda.

SUnt juſti atque ſapientes, & ópera eórum in manu Dei: & tamen neſcit homo, utrum amóre an ódio dignus ſit; ſed ómnia in futúrum ſervantur incerta, eò quòd univérſa æquè evéniant juſto & ímpio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti víctimas, & ſacrifícia contemnenti: ſicut bonus, ſic & peccátor; ut perjúrus, ita & ille qui verum déjerat. Hoc eſt péſſimum inter ómnia quæ ſub ſole fiunt, quia éadem cunctis evéniunt; unde & corda filiórum hóminum implentur malítiâ, & contemptu in via ſua, & poſt hæc ad ínferos deducentur. Nemo eſt qui ſemper vivat, & qui hujus rei hábeat fidúciam: mélior eſt canis vivus leóne mórtuo. Neſcit homo finem ſuum: ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aves láqueo comprehenduntur, ſic capiuntur hómines in témpore malo, cùm eis extempló ſupervénerit.

℟. iv. Scimus quóniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitatiónis diſſolvátur, quòd ædificatiónem ex Deo habémus, * Domum non manufactam, ætcrnam in cœlis. 2. *Cor.* 5. *v.* 1. ℣. Lætátus ſum in his quæ dicta ſunt mihi; In domum Dómini íbimus. *Pſ.* 120. *v.* 1. * Domum.

De libro Eccleſiáſtici.

Lectio V. *Cap.* 3. 19.

Manſuetudo laudatur. Temeritas arguitur.

FIli, in manſuetúdine ópera tua pérfice, & ſuper hóminum glóriam diligéris. Quantò magnus es, humília te in ómnibus, & coram Deo invénies grátiam: quóniam magna poténtia Dei ſolíus, & ab humílibus honorátur. Altióra te ne quæſíeris, & fortióra te ne ſcrutátus fúeris; ſed quæ præcépit tibi Deus, illa cógita ſemper, & in plúribus opéribus ejus ne fúeris curióſus. Non eſt enim tibi neceſſárium, ea quæ abſcóndita ſunt, vidére óculis tuis. In ſupervácuis rebus noli ſcrutári multiplíciter, & in plúribus opéribus ejus non eris curióſus.

℟. ℣. Quando véniam & apparébo ante fáciem Dei ?* Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie : Ubi eſt Deus tuus ? *Pſalm.* 41. *v.* 4. 5. ℣. Dum ſumus in córpore, peregrinámur à Dómino. 2. *Cor.* 5. *v.* 6. * Fuérunt.

LECTIO VI. *Cap.* 16. *v.* 12.

A Deo cor hominis intelligitur.

MIſericórdia & ira eſt cum illo. Potens exorátio, & effundens iram. Secundùm miſericórdiam ſuam, ſic corréptio illíus; hóminem ſecundùm ópera ſua júdicat. Omnis miſericórdia fáciet locum unicuíque ſecundùm méritum óperum ſuórum, & ſecundùm intellectum peregrinatiónis ipſius. Non dicas : A Deo abſcondar; & ex ſummo quis meî memorábitur ? In pópulo magno non agnoſcar : quæ eſt enim ánima mea in tam immenſa creatúra ? Ecce cœlum, & cœli cœlórum, abyſſus & univerſa terra, & quæ in eis ſunt, in conſpectu illíus commovebuntur. Montes ſimul, & colles, & fundamenta terræ : cùm conſpéxerit illa Deus, tremóre concutientur. Et in ómnibus his i[...] tum eſt cor : & or[...] intelligitur ab illo. illíus quis intélli[...] procellam quan[...] óculus vidébit h[...] Nam plúrima illíu[...] ſunt in abſconſis ópera juſtitiæ ej[...] enuntiábit, aut c[...] ſtinébit ?

℟. vj. Dómin[...] hæreditátis meæ, cis meí ; * Tu es ſtítues hæreditáten[...] mihi. *Pſ.* 15. *v.* 5. ter miſericordiáru[...] Deus totíus conſol[...] 2. *Cor.* 1. 3. * ℣. Glória. * Tu

IN III. NOCTU[...]

De Epíſtola beáti Apóſtoli ad Hel[...]

LECTIO VII. *Ca[...]* *v.* 19.

Ad Deum non e[...] dendum niſi cum puro.

HAbentes, fra[...] dúciam in i[...] ſanctórum in sá[...] Chriſti, quam in[...] nobis viam nova[...] viventem per vel[...] id eſt, carnem ſu[...] ſacerdótem magnu[...] per domum Dei : dámus cum vero in plenitúdine fide[...] perſi corda à conſ[...] mala, & ablúti [...] aquâ mundâ : te[...] ſpei noſtræ confeſſ[...]

indeclinábilem ; (fidélis enim eſt qui repromíſit :) & conſiderémus ínvicem in provocatiónem charitátis, & bonórum óperum ; non deſerentes collectiónem noſtram, ſicut conſuetúdinis eſt quibuſdam, ſed conſolantes, & tantò magis quantò vidéritis appropinquantem diem.

℟. *vij*. Dóminus Deus verus eſt, ipſe Deus vivens, & Rex ſempitérnus ; * Ab indignatióne ejus commovébitur terra. *Jer.* 10. *v.* 10. ℣. Judicábit Deus occulta hóminum ſecundùm Evangélium. *Rom.* 2. *v.* 16. * Ab.

Lectio VIII. *v.* 26.

Quàm acerbè puniendi novæ legis tranſgreſſores.

Voluntáriè enim peccántibus nobis poſt acceptam notítiam veritátis, jam non relínquitur pro peccátis hóſtia ; Terribilis autem quædam expectátio judícii, & ignis æmulátio, quæ conſumptúra eſt adverſários. Irritam quis fáciens legem Móyſi, ſine ulla miſeratióne, duóbus vel tribus téſtibus, móritur : quantò magis putátis deterióra meréri ſupplícia, qui Filium Dei conculcáverit, & ſánguinem teſtamenti pollútum dúxerit, in quo ſanctificátus eſt, & ſpíritui grátiæ contuméliam fécerit ? Scimus enim qui dixit : Mihi vindicta, & ego retribuam. Et íterùm : Quia judicabit Dóminus pópulum ſuum. Horrendum eſt incídere in manus Dei viventis.

℟. *viij*. Omnia corda ſcrutátur Dóminus, * Et univerſas méntium cogitatiónes intélligit. 1. *Par.* 28. *v.* 9. ℣. Illúminat omnem hóminem venientem in hunc mundum. *Joan.* 1. *v.* 8. * Et univerſas.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio IX. *Cap.* 7. *v.* 15.

Ex fructu arbor cognoſcitur.

In illo témpore ; Dixit Jeſus diſcipulis ſuis : Atténdite à falſis prophétis, qui véniunt ad vos in veſtimentis óvium, intrínſecùs autem ſunt lupi rapáces. Et réliqua.

Homília ſancti Vincéntii Lirinenſis.

Commonit. Cap. 36. *Sec.* 5.

Quid eſt veſtítus óvium, niſi Prophetárum & Apoſtolórum prolóquia, quæ iidem ovíli quâdam ſinceritáte Agno illi immaculáto, qui tollit peccátum mundi, tamquam véllera quædam detexuérunt ? Qui ſunt lupi rapáces, niſi ſenſus hæreticórum feri & rábi-

di, qui caulas Eccléſiæ ſemper infeſtant, & gregem Chriſti quaquâ poſſunt, dilácerant? Sed ut fallácius incautis óvibus obrépant, manente lupórum ferócia, depónunt lupínam ſpéciem, & ſeſe divínæ legis ſenténtiis, velut quibuſdam vellléribus obvolvunt: ut cùm quiſque lanárum mollítiem perſénſerit, nequáquàm acúleos déntium pertimeſcat. Sed quid ait Salvátor? Ex frúctibus eórum cognoſcétis eos, id eſt, cùm cœperint divínas illas voces non jam proferre tantùm, ſed étiam expónere; nec adhuc jactáre ſolùm, ſed étiam interpretári; tunc amaritúdo illa, tunc acérbitas, tunc rábies intelligétur, tunc novítium virus exhalábitur, tunc prophánæ novitátes aperientur, tunc primùm ſcindi ſepem vídeas, tunc transferri Patrum términos, tunc Cathólicam fidem cædi, tunc Eccleſiáſticum dogma lacerári. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

℟. *ix.* Quómodo miſerétur pater filiórum, miſertus eſt Dóminus timéntibus ſe; * Quóniam ipſe cognóvit figmentum noſtrum. *Pſ.* 102. *v.* 13. 14. ℣. Honor & virtus & fortitúdo Deo noſtro. *Apoc.* 7. *v.* 12. * Quóniam. ℣. Glória. * Quóniam.

Ad Benedict. *Ant.* 3. à. Non poteſt arbor bona malos fructus fácere, neque arbor mala bonos fructus fácere. *Matth.* 7. 18.

Orémus. *Oratio.*

DEus, cujus providéntia in ſuî diſpoſitióne non fállitur: te ſúpplices exorámus, ut nóxia cuncta ſubmóveas, & ómnia nobis profutúra concédas; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum.

CANON.

Ex Concílio Narbonenſi.

An. 1551. *Can.* 36.

UNuſquiſque ad Miſſam Parochiálem véniat diébus præſertim Domínicis, & doméſticos omnes ſecum ducat: neque éxeant, ut ſit, aut concióne hábitâ, aut eleváto córpore Chriſti, ſed expectent quouſque ſacerdos auditóribus benedíxerit.

Ad Magníf. *Ant.* 1. g. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidétur, & in ignem mittétur. *Matth.* 7. 19.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

FERIA SECUNDA.
De libro ſecundo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 6. 12.
Arca Dei in Sion deducta.

ABiit ergo David, & adduxit Arcam Dei de domo Obédedom in civitátem David cum gáudio: & erant cum David ſeptem chori, & víctima vituli. Cumque tranſcendiſſent, qui portábant Arcam Dómini, ſex paſſus, immolábat bovem & arietem. Et David ſaltábat totis víribus ante Dóminum. Porrò David erat accinctus ephod líneo. Et David & omnis domus Iſraël ducébant Arcam teſtamenti Dómini in júbilo, & in clangóre búccinæ. Cumque intraſſet Arca Dómini in civitátem David, Michol filia Saül proſpíciens per feneſtram, vidit regem David ſubſilientem, atque ſaltantem coram Dómino: & deſpexit eum in corde ſuo.

℟. Sperámus, *pag.* 304.

LECTIO II. *v.* 17.
David benedicit populo.

INtroduxérunt Arcam Dómini, & impoſuérunt eam in loco ſuo, in médio Tabernáculi, quod teténderat ei David: & óbtulit David holocauſta, & pacifica coram Dómino. Cumque complеſſet ófferens holocauſta & pacifica, benedixit pópulo in nómine Dómini exercítuum. Et partítus eſt univerſæ multitúdini Iſraël, tàm viro quàm mulieri, ſingulis collyridam panis unam, & aſſatúram búbulæ carnis unam, & ſimilam frixam óleo: & ábiit omnis pópulus, unuſquiſque in domum ſuam.

℟. Dómine, non ſis, *pag.* 304.

LECTIO III. *v.* 20.
David à Michol irridetur.

REverſuſque eſt David ut benedíceret dómui ſuæ: & egreſſa Michol filia Saül in occurſum David, ait: Quàm glorióſus fuit hódiè rex Iſraël, diſcoopériens ſe ante ancillas ſervórum ſuórum, & nudátus eſt, quaſi ſi nudétur unus de ſcurris. Dixitque David ad Michol: Ante Dóminum, qui elégit me pótiùs quàm patrem tuum, & quàm omnem domum ejus, & præcépit mihi ut eſſem dux ſuper pópulum Dómini in Iſraël, & Judam, & vilior fiam plus quàm factus ſum: & ero húmilis in óculis meis, & cum ancillis, de quibus locúta es, glorióſior apparébo. Igitur Michol filiæ Saül non eſt natus filius.

ita probitáte & ſciéntiâ commendátas ad Canonicátus elígere, & aſſúmere; ut ex iis corpus Capítuli coaleſcens, Senátus Epiſcopórum unde consílium accerſant, méritò dici poſſit.

FERIA QUARTA.

De libro ſecundo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 8. 1.

David quatuor nationes debellat.

FActum eſt autem poſt hæc, percuſſit David Philíſthiim, & humiliávit eos; & tulit David frenum tribúti de manu Philíſthiim. Et percuſſit Moab, & menſus eſt eos funículo, coæquans terræ: menſus eſt autem duos funículos, unum ad occidendum, & unum ad vivificandum: factuſque eſt Moab David sérviens ſub tribúto. Et percuſſit David Adarézer filium Rohob regem Soba, quando profectus eſt ut dominarétur ſuper flumen Euphráten. Et captis David ex parte ejus mille ſeptingentis equítibus, & viginti míllibus péditum, ſubnervávit omnes jugáles cúrruum: derelíquit autem ex eis centum currus. Venit quoque Syria Damaſci, ut præsídium ferret Adarézer regi Soba: & percuſſit David de Syria viginti duo míllia virórum. Et póſuit David præsídium in Syria Damaſci: factaque eſt Syria David ſerviens ſub tribúto: ſervavitque Dóminus David in ómnibus ad quæcumque profectus eſt. Et tulit David arma áurea quæ habébant ſervi Adarézer, & détulit ea in Jeruſalem. Et de Bete & de Beroth, civitátibus Adarézer, tulit rex David æs multum nimis.

℟. Dóminus Deus, pag. 307.

LECTIO II. *v.* 9.

Thoü congratulatur, & munera mittit Davidi.

AUdívit autem Thoü rex Emath, quòd percuſſiſſet David omne robur Adarézer. Et miſit Thoü Joram filium ſuum ad regem David, ut ſalutáret eum congrátulans, & grátias ágeret, eo quòd expugnaſſet Adarézer, & percuſſiſſet eum; hoſtis quippe erat Thoü Adarézer: & in manu ejus erant vaſa áurea, & vaſa argéntea, & vaſa ærea; quæ & ipſa ſanctificávit rex David Dómino, cum argento & auro, quæ ſanctificáverat de univerſis géntibus quas ſubégerat, de Syria, & Moab,

& filiis Ammon,
ſthiim, & Ama-
de manúbiis Ada-
lii Rohob regis

)mnia corda, *pag.*

'IO III. *v.* 13.
principes inſtituit,
es præſidiis munit.
quoque ſibi Da-
nomen, cùm re-
ur captâ Syriâ in
ialinárum, cæſis
& octo míllibus:
it in Idumæa cu-
ſtatuitque præſí-
& facta eſt uni-
Idumæa ſérviens
, & ſervávit Dó-
David in ómnibus
cumque profectus
regnávit David
mnem Iſraël: fa-
quoque David ju-
& juſtítiam omni
ſuo. Joab autem
árviæ erat ſuper
m; porrò Jóſa-
us Ahílud erat à
itáriis: & Sadoc
chítob, & Achí-
fílius Abíathar,
cerdótes: & Sa-
ſcriba: Banaías
ilius Joíadæ, ſu-
ethi & Phélethi:
em David ſacer-
rant. Tu autem,
:, miſerére no-

eo grátias.
uómodo, *p.* 308.
liva. Carc.

CANON.

Ex Concílio Rothomagenſi.

An. 1581. *tit. de Epiſc. & Capitul. num.* 15.

CAnónici..... eâ ſint morum integritáte ornáti, ut nomen ſuum tuéri & retinére poſſint, ac præ áliis Cléricis, Canónici ſeu Reguláres ex obſervátâ Eccleſiáſticæ diſciplínæ perféctiùs régulâ, nominári mereantur; à quibus cæteros ſtúdium & amórem ac tamquam régulam cultûs divíni non pígeat accípere.

FERIA QUINTA.

De libro ſecundo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 4. & 9. 1.

Miphiboſeth.

ERat autem Jónathæ fílio Saül fílius débilis pédibus: quinquennis enim fuit, quando venit núntius de Saül & Jónatha ex Jézraël; tollens ítaque eum nutrix ſua, fugit; cumque feſtináret, ut fúgeret, cécidit, & claudus effectus eſt: habuitque vocábulum Miphíboſeth. Et dixit David: Putaſne eſt áliquis qui remánſerit de domo Saül, ut fáciam cum eo miſericórdiam propter Jónatham. Erat autem de domo Saül ſervus, nómine Siba: quem cùm vocaſſet rex ad ſe, dixit ei:

Tunc es Siba ? Et ille reſpondit : Ego ſum ſervus tuus. Et ait rex : Numquid ſupereſt áliquis de domo Saül, ut fáciam cum eo miſericórdiam Dei ? Dixitque Siba regi : Súpereſt fílius Jónathæ, débilis pédibus. Ubi, inquit, eſt ? Et Siba ad regem : Ecce, ait, in domo eſt Machir filii Ammiel, in Lódabar.

℟. Sperámus, *p.* 304.

LECTIO II. *v.* 5.

David accerſit Miphiboſeth.

Miſit ergo rex David, & tulit eum de domo Machir filii Ammiel, de Lódabar. Cùm autem veniſſet Miphíboſeth filius Jónathæ filii Saül, ad David, córruit in fáciem ſuam, & adorávit. Dixitque David : Miphíboſeth ? Qui reſpondit : Adſum ſervus tuus. Et ait ei David : Ne tímeas, quia fáciens fáciam in te miſericórdiam propter Jónatham patrem tuum, & reſtítuam tibi omnes agros Saül patris tui, & tu cómedes panem in menſa mea ſemper. Qui adórans eum, dixit : Quis ego ſum ſervus tuus, quóniam reſpexiſti ſuper canem mórtuum ſimilem meî ? Tu autem, Dómine, &c.

℟. Dómine, non ſit, *pag.* 304.

LECTIO III. *v.* 9.

David Sibæ commendat Miphiboſeth.

Vocávit ítaque rex Sibam púerum Saül, & dixit ei : Omnia quæcumque fuérunt Saül, & univerſam domum ejus dedi filio dómini tui. Operáre ígitur ei terram tu, & filii tui, & ſervi tui : & ínferes filio dómini tui cibos ut alátur : Miphíboſeth autem filius dómini tui cómedet ſemper panem ſuper menſam meam. Erant autem Sibæ quíndecim filii, & viginti ſervi. Dixitque Siba ad regem : Sicut juſſiſti, dómine mi rex, ſervo tuo, ſic fáciet ſervus tuus : & Miphíboſeth cómedet ſuper menſam meam, quaſi unus de filiis regis. Habébat autem Miphíboſeth filium párvulum nómine Micha : omnis verò cognátio domûs Sibæ ſerviébat Miphíboſeth. Porrò Miphíboſeth habitábat in Jerúſalem : quia de menſa regis júgiter veſcebátur : & erat claudus utróque pede. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

℟. Bonam, *p.* 304.

C A N O N.

Ex Concílio Bituricenſi.

An. 1584. *Tit.* 34.

CAnónicos, qui ad hoc instituti, ut exemplo Levitárum, in Eccléſiis, certis & frequentióribus horis Deum orent, & ei laudes canant, & ſacra myſtéria péragant, purâ mente & córpore Deum cólere oportet: ut dum pro omni pópulo Deum precantur, ei imprimis accepti ſint, & lúceat lux eórum coram homínibus.

FERIA SEXTA.

De libro ſecundo Regum.

Lectio I. *Cap.* 10. 1.

Davidis legati ab Hamon injurioſè habiti.

FActum eſt autem poſt hæc, ut moreretúr rex filiórum Ammon, & regnávit Hanon filius ejus pro eo. Dixitque David: Fáciam miſericórdiam cum Hanon filio Naas, ſicut fecit pater ejus mecum miſericórdiam. Miſit ergo David, consólans eum per ſervos ſuos ſuper patris intéritu. Cùm autem veniſſent ſervi David in terram filiórum Ammon, dixérunt príncipes filiórum Ammon ad Hanon dóminum ſuum: Putas quòd propter honórem patris tui míſerit David ad te conſolatóres, & non ídeò ut inveſtigáret, & exploráret civitátem, & evérteret eam, miſit David ſervos ſuos ad te? Tulit ítaque Hanon ſervos David, raſitque dimídiam partem barbæ eórum, & præſcídit veſtes eórum, médias uſque ad nates, & dimíſit eos. Quod cùm nuntiátum eſſet David, miſit in occurſum eórum: erant enim viri confúſi túrpiter valdè, & mandávit eis David: Manéte in Jéricho, donec creſcat barba veſtra, & tunc revertimini.

℟. Scimus quóniam, *p.* 305.

Lectio II. *v.* 6.

Paratur pugna.

VIdentes autem filii Ammon quòd injúriam feciſſent David, miſérunt, & conduxérunt mercéde Syrum Rohob, & Syrum Soba, viginti míllia péditum, & a rege Máacha mille viros, & ab Iſtob duódecim míllia virórum. Quod cùm audiſſet David, miſit Joab & omnem exércitum bellatórum. Egreſſi ſunt ergo filii Ammon, & direxérunt áciem ante ipſum intróitum portæ: Syrus autem Soba, & Rohob, & Iſtob & Máacha, ſeorſùm erant in campo. Videns ígitur Joab quòd præparátum eſſet adverſùm ſe

prælium, & ex adverſo, & poſt tergum, elégit ex ómnibus electis Iſraël, & inſtruxit áciem contra Syrum: réliquam autem partem pópuli trádidit Abíſaï fratri ſuo, qui dirèxit áciem adverſùs filios Ammon. Et ait Joab: Si prævalúerint adverſùm me Syri, eris mihi in adjutórium: ſi autem filii Ammon prævalúerint adverſùm te, auxiliábor tibi. Eſto vir fortis, & pugnémus pro pópulo noſtro, & civitáte Dei noſtri: Dóminus autem fáciet quod bonum eſt in conſpectu ſuo.

℟. Quando véniam. 306.

LECTIO III. *v.* 13.

Hoſtium tres exercitus fugiunt à facie Iſraël.

INiit ítaque Joab, & pópulus qui erat cum eo, certámen contra Syros: qui ſtatim fugérunt à fácie ejus. Filii autem Ammon videntes quia fugiſſent Syri, fugérunt & ipſi à fácie Abíſaï, & ingreſſi ſunt civitátem: reverſuſque eſt Joab à filiis Ammon, & venit Jerúſalem. Videntes ígitur Syri quóniam corruiſſent coram Iſraël, congregáti ſunt páriter. Miſitque Adarézer, & eduxit Syros qui erant trans flúvium, & adduxit eórum exércitum: Sobach autem, magiſter militiæ Ada[...] erat princeps eórum[...] cùm nuntiátum eſſ[...] vid, contraxit omn[...] raélem, & transív[...] dánem, venitque [...] lam; & direxérunt Syri ex adverſo Da[...] pugnavérunt contr[...] Fugeruntque Syri à Iſraël, & occídit [...] de Syris ſeptingent[...] rus, & quadragint[...] lia équitum: & S[...] príncipem milítiæ cuſſit: qui ſtatim [...] tuus eſt. Videntes univerſi reges, qui in præsídio Adaréz[...] victos eſſe ab Iſraë[...] pavérunt, & fugérun[...] quaginta & octo coram Iſraël; & fe[...] pacem cum Iſraël, [...] viérunt eis, timuer[...] Syri auxílium præb[...] tra filiis Ammon.

℟. Dóminus par[...]

CANON[...]

Ex Concílio Bituri[...]

An. 1584. *Tit.* 12. C[...]

IN ómnibus Ec[...] Cathedrálibus & [...] legiátis, dato ſig[...] cóngruâ pulſatióne[...] miſſâ, débitis hori[...] cundùm antíquam conſuetúdinem, tra[...] diſtinctè, & arti[...] decantentur divínæ[...] des.... ita ut Sol[...] à Feriáli Officio om[...] dientes fácilè diſce[...]

SABBATO.

De libro ſecundo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 11. 1.

Davidis peccatum.

FActum eſt autem, vertente anno, eo témpore quo ſolent reges ad bella procédere, miſit David Joab, & ſervos ſuos cum eo, & univerſum Iſraël, & vaſtavérunt filios Ammon, & obſedérunt Rabba: David autem remanſit in Jerúſalem. Dum hæc agerentur, áccidit ut ſúrgeret David de ſtrato ſuo poſt merídiem, & deambuláret in ſolário domûs régiæ: viditque mulíerem ſe lavantem ex advérſo ſuper ſolárium ſuum: erat autem múlier pulchra valdè. Miſit ergo rex, & requiſívit quæ eſſet múlier. Nuntiatumque eſt ei, quòd ipſa eſſet Bethſabée filia Elíam, uxor Uríæ Hethæi. Miſſis itaque David núntiis, tulit eam: quæ cùm ingreſſa eſſet ad illum, dormívit cum ea; ſtatimque ſanctificáta eſt ab immundítia ſua; & reverſa eſt in domum ſuam concepto fœtu. Mittenſque nuntiávit David, & ait: Concépi. Miſit autem David ad Joab, dicens: Mitte ad me Uríam Hethæum. Miſitque Joab Uríam ad David. Et venit Urías ad David. Quæſivitque David quam rectè ágeret Joab, & pópulus, & quómodò adminiſtrarétur bellum.

LECTIO II. *v.* 8.

Mors Uriæ parata.

DIxit David ad Uríam: Vade in domum tuam, & lava pedes tuos. Et egreſſus eſt Urías de domo regis, ſecutuſque eſt eum cibus régius. Dormívit autem Urías ante portam domûs régiæ cum áliis ſervis dómini ſui, & non deſcendit ad domum ſuam. Nuntiatumque eſt David à dicéntibus: Non ivit Urías in domum ſuam. Et ait David ad Uríam: Numquid non de via veniſti? quare non deſcendiſti in domum tuam? Et ait Urias ad David: Arca Dei, & Iſraël, & Juda hábitant in papiliónibus, & dóminus meus Joab, & ſervi dómini mei ſuper fáciem terræ manent; & ego ingrédiar domum meam, ut cómedam & bibam, & dórmiam cum uxóre mea; per ſalútem tuam, & per ſalútem ánimæ tuæ, non fáciam rem hanc. Ait ergo David ad Uríam: Mane hic étiam hódiè, & cras dimittam te. Manſit Urías in Jerúſalem in die illa & áltera; & vocávit eum David ut coméderet co-

ram ſe & biberet, & inebriávit eum: qui egreſſus véſperè, dormívit in ſtrato ſuo cum ſervis dómini ſui, & in domum ſuam non deſcendit. Factum eſt ergo manè, & ſcripſit David epíſtolam ad Joab: miſitque per manum Uríæ, ſcribens in epíſtola: Pónite Uríam ex adverſo belli, ubi fortíſſimum eſt prælium; & derelinquite eum, ut percuſſus intéreat. Igitur cùm Joab obſidéret urbem, póſuit Uríam in loco ubi ſciébat viros eſſe fortíſſimos. Egreſſíque viri de civitáte, bellábant adverſùm Joab, & cecidérunt de pópulo ſervórum David, & mórtuus eſt étiam Urías Hethæus.

LECTIO III. *v.* 18.

Davidis matrimonium cum Bethſabee.

MIſit ítaque Joab, & nuntiávit David ómnia verba prælii: præcepitque núntio, dicens: Cùm compléveris univerſos ſermónes belli, ad regem dices: Etiam ſervus tuus Urías Hethæus occúbuit. Abiit ergo núntius, & venit, & narrávit David ómnia quæ ei præcéperat Joab. Et dixit núntius ad David: Prævaluérunt adverſùm nos viri, & egreſſi ſunt ad nos in agrum: nos autem facto ímpetu perſecuti ſumus uſque ad civitátis. Et direxérunt cula ſagittárii ad ſerv tuos ex muro déſuper: mortuíque ſunt de ſervis regis; quin étiam ſervus tuus Urías Hethæus mórtuus eſt. Et dixit Davi ad núntium: Hæc dices Joab: Non te frangat iſta res: várius enim eventus eſt belli; nunc hunc, & nunc illum conſúmit gládius: confort bellatóres tuos adverſù urbem, ut déſtruas eam & exhortáre eos. Audív autem uxor Uríæ, quò mórtuus eſſet Urías vi ſuus, & planxit eum. Tra ſacto autem luctu, mi David, & introduxit ea in domum ſuam, & fac eſt ei uxor, peperitque filium; & diſplícuit ve bum hoc quod fécer David, coram Dómin

CANON.

Ex Concílio Aquiſgra nenſi.

An. 816. *Lib.* 1. *Cap.* 1

CAnónici laudes D in commúne perſ ventes, pro ſuis popul rumque, quorum oblat nibus vivunt, delictis D minum exórent. Deb quoque juxta Apóſtolu primò ómnium ab fieri obſecratiónes, o tiónes, poſtulatiónes, gr tiárum actiónes pro o

ominibus,pro régi-
ómnibus qui in ſu-
ice ſunt conſtitúti.
Magníſic. *Ant.* 5. C.
it Nathan Prophéta
bus David. *Eccli.*

tio infrà ad Lau-

IINICA VIII.
ſt Pentecoſten.
I. NOCTURNO.
ro ſecundo Regum.
T I O I. *Cap.* 12.
v. 1.
leniter corripit.

Iſit Dóminus Na-
than ad David: qui
cùm veniſſet ad
dixit ei : Duo viri
in civitáte una, u-
ves, & alter pauper.
habébat oves, &
plúrimos valde.
: autem nihil habé-
míno, præter ovem
párvulam, quam
t & nutríerat, &
révérat apud eum
liis ejus ſimul, de
llíus cómedens, &
ice ejus bibens, &
illíus dórmiens :
e illi ſicut filia.
autem peregrinus
n veniſſet ad díví-
parcens ille ſúmere
bus & de bobus ſuis,
ubéret convívium
íno illi, qui véne-
l ſe, tulit ovem vi-
peris, & præpará-
os hómini qui vé-
nerat ad ſe. Irátus autem indignatióne David advérſus hóminem illum nimis, dixit ad Nathan : Vivit Dóminus, quóniam filius mortis eſt vir qui fecit hoc. Ovem reddet in quádruplum, eò quòd fécerit verbum iſtud, & non pepérccerit.

℟. 5. Intellexiſti, Dómine, cogitatiónes meas de longè; ſémitam meam & funiculum meum inveſtigaſti, & omnes vias meas prævidiſti : * Ecce, Dómine, tu cognoviſti ómnia. *Pſ.* 138. *v.* 3. 4. 5. ℣. Nihil opertum eſt quod non revelétur, neque abſcónditum quod non ſciátur. *Luc.* 12. *v.* 2. * Ecce.

LECTIO II. *v.* 7.

Explicatur peccatum Davidis.

Dixit autem Nathan ad David : Tu es ille vir : Hæc dicit Dóminus Deus Iſraël : Ego unxi te in regem ſuper Iſraël, & ego érui te de manu Saül, & dedi tibi domum dómini tui, & uxóres dómini tui in ſinu tuo, dedíque tibi domum Iſraël & Juda ; & ſi parva ſunt iſta, adjíciam tibi multò majóra. Quare ergo contempſiſti verbum Dómini, ut fáceres malum in conſpectu meo ? Uríam Hethæum percuſ-

ſiſti gládio, & uxórem illíus accepiſti in uxórem tibi, & interfeciſti eum gládio filiórum Ammon. Quamobrem non recédet gládius de domo tua uſque in ſempiternum, eò quòd deſpéxeris me, & túleris uxórem Uríæ Hethæi, ut eſſet uxor tua. Itaque hæc dicit Dóminus: Ecce ego ſuſcitábo ſuper te malum de domo tua, & tollam uxóres tuas in óculis tuis, & dabo próximo tuo, & dórmiet cum uxóribus tuis in óculis ſolis hujus. Tu enim feciſti abſcóndité: ego autem fáciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſraël, & in conſpectu ſolis.

℟. *ij*. Quò ibo à Spíritu tuo, Dómine? & quò à fácie tua fúgiam? * Si aſcéndero in cœlum, tu illic es; ſi deſcéndero in infernum, ades. *Pſ.* 138. *v.* 7. 8. ℣. Rex ſeculórum, quis non timébit te? *Apoc.* 15. *v.* 3. 4. * Si aſcéndero.

Lectio III. *v.* 13.

Contritio & confeſſio Davidis, Dei miſericordia.

Dixit David ad Nathan: Peccávi Dómino. Dixitque Nathan ad David: Dóminus quoque tránſtulit peccátum tuum: non moriéris. Verúmtamen quóniam blaſphemáre feciſti inimícos Dómini, propter verbum hoc, fílius qui natus eſt tibi, morte moriétur. Et reverſus eſt Nathan in domum ſuam. Percuſſit quoque Dóminus párvulum, quem pepéreratuxor Uríæ David, & deſperátus eſt. Deprecatuſque eſt David Dóminum pro párvulo: & jejunávit David jejúnio, & ingreſſus ſeorſum, jácuit ſuper terram. Venérunt autem ſenióres domûs ejus, cogentes eum ut súrgeret de terra: qui nóluit, nec comédit cum eis cibum.

℟. *iij*. Lucerna pédibus meis verbum tuum, Dómine, & lumen ſémitis meis; * Jurávi, & ſtátui cuſtodíre judícia juſtítiæ tuæ. *Pſ.* 118. *v.* 105. 106. ℣. Hæc eſt enim cháritas Dei, ut mandáta ejus cuſtodiámus. 1. *Joan.* 5. 3. * Jurávi. ℣. Glória. * Jurávi.

IN II. NOCTURNO.

De libro Eccleſiáſtici.

Lectio IV. *Cap.* 17. *v.* 20.

Peccator convertendus ad Deum.

Pœniténtibus dedit Dñs viam juſtítiæ, & confirmávit deficientes ſuſtinére, & deſtinávit illis ſortem veritátis. Convértere ad Dóminum, & relinque peccáta tua: precáre ante fáciem Dómini

ie offendícula. Re-
ad Dñm,& avérte-
ıjuſtítia tua, & ni-
ito execratiónem:
ſorte propoſitiónis
.ónis altíſſimi Dei.
s vade ſéculi ſancti
ris & dántibus con-
m Deo. Non de-
; in erróre impió-
ante mortem con-
\ mórtuo quaſi ni-
it confeſſio.
v. Cùm ignorémus
.gere debeámus,
: ſolùm habémus
, ut óculos noſtros
ıus ad te, Dómi-
Par. 20. *v.* 12.
i nos ſedúcimus,
:as in nobis non
Joan. 1. 8. * Hoc

T I O V. *v.* 27.
uta declaranda.
ıfitéberis vivens, vi-
;& ſanus confitébe-
udábis Deũ,& glo-
; in miſeratiónibus
Quàm magna mi-
lia Dómini, &
itio illíus, conver-
s ad ſe! Nec enim
poſſunt eſſe in ho-
s, quóniam non
nortális filius hó-
& in vanitáte ma-
acuérunt. Quid lu-
ſole? & hic defi-
Aut quid néquius
quod excogitávit
: ſanguis? & hoc
r. Virtútem alti-

túdinis cœli ipſe cónſpicit: & omnes hómines terra & cinis. Qui vivit in ætérnum, creávit ómnia ſimul. Deus ſolus juſtificábitur, & manet invíctus rex in ætérnum. Quis ſúfficit enarráre ópera illíus? Quis enim inveſtigábit magnália ejus? Virtútem autem magnitúdinis ejus quis enuntiábit? aut quis adjíciet enarráre miſericórdiam ejus?

℟. *v.* Quis símilis tuî in fórtibus, Dómine, quis símilis tuî? * Magníficus in ſanctitáte, terríbilis atque laudábilis, fáciens mirabília. *Exod.* 15. *v.* 11. ℣. Rex regum, & Dóminus dominántium. *Apoc.* 19. *v.* 16. * Magníficus.

LECTIO VI. *Cap.* 18. *v.* 7.

Deus patiens & miſericors.

Quid eſt homo, & quæ eſt grátia illíus? & quid eſt bonum, aut quid nequam illíus? Númerus diérum hóminum ut multum centum anni: quaſi gutta aquæ maris deputáti ſunt: & ſicut cálculus arénæ, ſic exígui anni in die ævi. Propter hoc pátiens eſt Deus in illis, & effúndit ſuper eos miſericórdiam ſuam. Vidit præſumptiónem cordis eórum, quóniam mala eſt; & cognóvit ſub-

verſiónem illórum, quóniam nequam eſt. Ideò adimplévit propitiatióne̅ ſuam in illis, & oſtendit eis viam æquitátis. Miſerátio hóminis circa próximum ſuum: miſericórdia autem Dei ſuper omnem carnem. Qui miſericórdiam habet, docet, & érudit quaſi paſtor gregem ſuum. Miſerétur excipientis doctrínam miſeratiónis, & qui feſtínat in judíciis ejus.

℟. *vj*. Converti pedes meos in teſtimónia tua, Dómine: * Parátus ſum & non ſum turbátus, ut cuſtódiam mandáta tua. *Pſ.* 118. *v.* 59. 60. ℣. Magiſter bone, quid boni fáciam, ut hábeam vitam æternam? *Matth.* 19. *v.* 16. * Parátus. ℣. Glória. * Parátus.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Gálatas.

LECTIO VII. *Cap.* 6. *v.* 1.

In ſpiritu lenitatis corripiendus proximus.

FRatres, & ſi præoccupátus fúerit homo in áliquo delícto, vos qui ſpirituáles eſtis, hujúſmodi inſtrúite in ſpíritu lenitátis, consíderans te ipſum, ne & tu tentéris. Alter altérius ónera portáte; & ſic adimplébitis legem Chriſti. Nam ſi quis exíſtimat ſe á
eſſe, cùm nihil ſit,
ſedúcit. Opus aute
probet unuſquiſqu
ſic in ſemetipſo t
glóriam habébit, &
in áltero. Unuſq
enim onus ſuum
bit. Commúnicet a
is qui catechizátur
bo, ei qui ſe catec
in ómnibus bonis.
líte erráre: Deus n
ridétur. Quæ enim
náverit homo, hæc
tet. Quóniam qui
nat in carne ſua, de
& metet corruptió
qui autem ſéminat
ritu, de ſpíritu me
tam ætérnam. Bonu
tem facientes, no
ciámus: témpore en
metémus non defici

℟. *vij*. Magnus
sílio, & incompre
bilis cogitátu, cuju
aperti ſunt ſuper
vias filiórum Adam
reddas unicuíque
dùm fructum adinv
num ejus. *Jer.* 32.
℣. Dn̄e Deus omníp
vera & juſta judíci
Apoc. 16. *v.* 7. *

De Epíſtola prima
Joannis Apóſtol

LECT. VIII. *Cap.* 1

Deus parcit confite

SI dixérimus qu
ſocietátem ha
cum Deo, & in té
ambulámus, ment

itátem non fácimus.
em in luce ambu-
, ſicut & ipſe eſt
e ; ſocietátem ha-
; ad ínvicem, &
a Jeſu Chriſti Fí-
s, emundat nos ab
peccáto. Si dixéri-
quóniam peccátum
habémus ; ipſi nos
mus, & véritas in
non eſt. Si confi-
r peccáta noſtra ;
eſt, & juſtus, ut
at nobis peccáta no-
& emundet nos ab
iniquitáte. Si dixé-
quóniam non pec-
us ; mendácem fá-
eum,& verbum ejus
ſt in nobis.
viij. Tu ſolus noſti,
ne, corda filiórum
num, * Ut tímeant
ámbulent in viis
cunctis diébus qui-
ivunt ſuper fáciem
2. Par. 16. v. 30.
. . Statútum eſt ho-
us ſemel mori. Heb.
17. * Ut tímeant.
o ſancti Evangélii
undùm Lucam.
io IX. Cap. 16. 1.
llicus iniquitatis.
illo témpore ; Dicé-
Jeſus ad diſcípulos
Homo quidam erat
, qui habébat villi-
& hic diffamátus
ud illum quaſi diſ-
t bona ipsíus. Et
2.

Homilia ſancti Paulíni Epíſcopi.

Epiſt. 32. ad Sever. aliàs 12.

NUlla nobis occáſio eſt beneficéntiæ umquam procraſtinandæ, cùm, ſi voluntas noſtra non abſit,pauper in promptu ſit. Commodémus ergo ſecúri nunc egéno, & in paupéribus ſuis Chriſto, ut ex ejus abundatúrâ in iiſdem glóriâ participáre poſsímus. Proptéreà enim Dóminus ipſe præmonet, dicens : Fácite vobis amícos de iníquo mammónâ. Vides quómodo Omnípotens fáciat de nocte lucem, & de iniquitáte juſtitiam ? Ut cùm defecéritis, inquit, recípiant vos in tabernácula ætérna. Seminémus ergo illis carnália, ut metámus ab illis ſpiritália. Labóret nunc de terrénis manus, ut tunc de cœléſtibus ánima reficiátur. Spes præſens ædíficet rem futúram. Faciámus iſtic tecta, quæ nos illic tegant. Paſcátur iſtic pauper, ubi me dívite eget ; ut me illic paſcat, ubi me egente, ſaturábitur. Vidéte commércium ſpirituále ; &, ſi poteſtis, negáte nos aváros, qui terram véndimus & tribútum, ut immunitátẽ regni cum æternitáte coëmámus.

℟. *ix*. Dómine Deus Iſraël, * Non eſt ſímilis tuî Deus in cœlo & in terra, † Qui cuſtódis pactum & miſericórdiam tuam cum ſervis tuis. 2. *Par*. 6. *v*. 14. ℣. Dómine, ſanctus & verus. *Apoc*. 6. *v*. 10. * Non. ℣. Glória. † Qui.

Ad Benedict. *Ant*. 1. D. Laudávit Dóminus víllicum iniquitátis, quia prudenter feciſſet. *Luc*. 16. 8.

Orémus. *Oratio*.

LArgíre nobis, quæſumus, Dómine, ſemper ſpíritum cogitandi quæ recta ſunt, propítius & agendi; ut qui ſine te eſſe non póſſumus, ſecundùm te vívere valeámus; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Ravennatenſi ſecundo.

An. 1311. *Rubr*. 9.

MOnémus omnes & ſíngulos parochiános, cujuſcumque parochiális Eccléſiæ; quòd ſaltem in diébus Domínicis, áudiant miſſam íntegram in ſua parochiáli Eccléſia, à qua priùs non recédant, quàm benedictiónem poſt miſſam accéperint; & quicumque contrà fécerit, tértiò admónitus, excommunicatiónis ſenténtiâ percellátur.

Ad Magníf. *Ant*. 7. d. Filii hujus ſéculi pr[illegible] tióres fíliis lucis in ratióne ſua ſunt. [illegible] 16. 8.

Oratio, ut ſuprà ad [illegible] *dès*.

FERIA SECUN[illegible]

De libro ſecundo Re[illegible]

LECTIO I. *Cap*. 12

Bethſabee infans mo[illegible]

ACcidit autem di[illegible] timâ, ut moreré[illegible] fans: timueruntque [illegible] David nuntiáre ei [illegible] mórtuus eſſet pár[illegible] Dixérunt enim: Ecc[illegible] párvulus adhuc viv[illegible] loquebámur ad eu[illegible] non audiébat vocem [illegible] ſtram: quantò ma[illegible] dixérimus: Mórtu[illegible] puer; ſe affliget? [illegible] ergo David vidiſſet [illegible] ſuos muſſitantes, in[illegible] xit quòd mórtuus [illegible] infántulus: dixitq[illegible] ſervos ſuos: Num[illegible] tuus eſt puer? Qu[illegible] pondérunt ei: M[illegible] eſt. Surrexit ergo [illegible] de terra; & lotus, u[illegible] que eſt: cumque m[illegible] ſet veſtem, ingreſſ[illegible] domum Dómini; & [illegible] rávit, & venit in do[illegible] ſuam, petivitque u[illegible] nerent ei panem, & [illegible] médit.

℟. Intellexiſti, p[illegible]

LECTIO II. *v*. [illegible]

Naſcitur Salomo[illegible]

DIxérunt autem [illegible] vi ſui: Quis e[illegible]

em feciſti? propter
em, cùm adhuc vi-
jejunaſti & flebas:
o autem púero, ſur-
, & comediſti pa-
Qui ait: Propter
em, dùm adhuc ví-
, jejunávi & flevi:
m enim: Quis ſcit
è donet eum mihi
us, & vivat infans?
autem quia mórtuus
are jejúnem? num-
óterò revocáre eum
ùs? ego vadàm ma-
eum: ille verò non
étur ad me. Et con-
s eſt David Bethſa-
xórem ſuam, in-
ſque ad eam dormí-
um ea: quæ génuit
, & vocávit nomen
álomon, & Dómi-
ilexit eum. Miſit-
manu Nathan Pro-
:, & vocávit nomen
Amábilis Dómino,
òd diligeret eum Dó-
s.

Quò ibo. *p.* 320.

:TIO III. *v.* 26.

Rabbath capta.

tur pugnábat Joab
ntra Rabbath filió-
Ammon, & expu-
it urbem régiam. Mi-
: Joab núntios ad
d, dicens: Dimicá-
lverſùm Rabbath,
pienda eſt Urbs a-
m. Nunc ígitur cón-
réliquam partem
i, & óbſide civitá-
tem, & cape eam: ne,
cùm à me vaſtáta fuerit
urbs, nómini meo aſ-
cribátur victória. Congre-
gávit ítaque David om-
nem pópulum, & profe-
ctus eſt adversùm Rab-
bath: cumque dimicaſſet,
cepit eam. Et tulit dia-
déma regis eórum de cá-
pite ejus, pondo auri ta-
lentum, habens gemmas
pretioſíſſimas, & impó-
ſitum eſt ſuper caput Da-
vid. Sed & prædam civi-
tátis aſportávit multam
valdè: pópulum quoque
ejus addúcens ſerrávit, &
circumégit ſuper eos fer-
ráta carpenta: divisitque
cultris, & tradúxit in ty-
po láterum: ſic fecit uni-
verſis civitátibus filiórum
Ammon. Et reverſus eſt
David, & omnis exérci-
tus in Jerúſalem.

℟. Lucerna, *p.* 320.

CANON.

Ex Concílio Mediola-
nenſi quinto.

An. 1579. *Part.* 3.
Tit. 6.

Unuſquiſque vel Ca-
nónicus, vel álius
miniſter quicumque ſit,
qui chori offíciis aſtrictus
eſt, ad chori diſciplinā ſeſe
ínſtruat. Antea verò quàm
eò convéniat, páululùm
attentè ſecum cógitet, &
loci illíus ſanctitátem, &
conveniendi cauſam, &
divinárum laudum, quæ

rum munus Angelórum eſt, offícia, quæ caſtíſſimè ab ómnibus celebrári oportet.

FERIA TERTIA.

De libro ſecundo Regum.

Lectio I. *Cap.* 13. 23.

Abſalom fratres ad epulas vocat.

FActum eſt ut tonderentur oves Abſalom: & vocávit Abſalom omnes fílios regis, venitque ad regem, & ait ad eum: Ecce tondentur oves ſervi tui: véniat, oro, rex cum ſervis ſuis ad ſervũ ſuum. Dixitque rex ad Abſalom: Noli, fili mi, noli rogáre ut veniámus omnes, & gravémus te. Cùm autem cógeret eum, & noluiſſet ire, benedixit ei. Et ait Abſalom: Si non vis veníre, véniat, óbſecro, nobiſcum ſaltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum rex: Non eſt neceſſe ut vadat tecum. Coégit ítaque Abſalom eum, & dimíſit cum eo Amnon, & univerſos fílios regis. Feceratque Abſalom convíviũ quaſi convívium regis.

℟. Cùm ignorémus. 321.

Lectio II. *v.* 28.

Amnon occiditur.

PRæcéperat autem Abſalom púeris ſuis, dicens: Obſerváte cùm temulentus fúerit Amnon vino, & dixero vobis: Percútite eum, & interfícite; nolite timére: ego enim ſum qui præcípio vobis: roborámini, & eſtóte viri fortes. Fecérunt ergo púeri Abſalom adversùm Amnon, ſicut præcéperat eis Abſalom. Surgenteſque omnes fílii regis aſcendérunt ſínguli mulas ſuas, & fugérunt. Cumque adhuc pérgerent in itínere, fama pervénit ad Dávid, dicens: Percuſſit Abſalom omnes fílios regis, & non remanſit ex eis ſaltem unus. Surrexit ítaque rex, & ſcidit veſtimenta ſua; & cécidit ſuper terram, & omnes ſervi illíus, qui aſſiſtébant ei, ſcidérunt veſtimenta ſua. Reſpondens autem Jónadab, dixit: Ne æſtimet dóminus meus rex, quòd omnes púeri fílii regis occíſi ſint: Amnon ſolus mórtuus eſt.

℟. Quis símilis, *pag.* 321.

Lectio III. *v.* 34.

Abſalom fugit in Geſſur.

FUgit autem Abſalom: & elevávit puer ſpeculátor óculos ſuos, & aſpexit; & ecce pópulus multus veniébat per iter dévium ex látere montis. Dixit autem Jónadab ad regem: Ecce fílii regis adſunt: juxta verbum ſervi tui, ſic factum eſt. Cum-

aſſet loqui, ap-
nt & filii regis:
antes levavérunt
ſuam, & flevé-
ed & rex & om-
vi ejus flevérunt
magno nimis.
Abſalom fúgiens,
Tholómaï filium
d regem Geſſur.
rgo David filium
unctis diébus. Ab-
autem cùm fugiſ-
veniſſet in Geſ-
it ibi tribus annis.
que rex David
i Abſalom, eò
nſolátus eſſet ſu-
non intéritu.
Converti. 322.
A N O N.
ncílio Mediola-
enſi quinto.
79. *part.* 3. *tit.* 6.
rus, cùm pſallen-
m eſt, primùm
argumentum men-
ióque concipiat:
t prætéreà quis in
loquátur; an
an Eccléſia, an
is, an aſpírans ad
ónem. Attendat
l quem præcipuè
m affectum Pſal-
ferátur. Cùm ita
iósè parárit, ma-
imi attentióne ſe
a, ſententiaſque
accómmodet, ita
et, gemat, exti-
, ſicut Pſalmórum
adicant.

FERIA QUARTA.
De libro ſecundo Regum.
Lectio I. *Cap.* 14. 4.
Mulier à Joab miſſa ad regem.

CUm ingreſſa fuiſſet múlier Thecuítis ad regem, cécidit coram eo ſuper terram, & adorávit, & dixit: Serva me, rex. Et ait ad eam rex: Quid cauſæ habes? Quæ reſpondit: Heu múlier vídua ego ſum: mórtuus eſt enim vir meus. Et ancillæ tuæ erant duo filii: qui rixáti ſunt adversùm ſe in agro, nulluſque erat qui eos prohibére poſſet: & percuſſit alter álterum, & interfécit eum. Et ecce conſurgens univerſa cognátio adversùm ancillam tuam, dicit: Trade eum qui percuſſit fratrem ſuũ, ut occidámus eum pro ánima fratris ſui quem interfécit, & deleámus hærédem. Et quærunt extínguere ſcintillam meã, quæ relicta eſt, ut non ſuperſit viro meo nomen, & relíquiæ ſuper terram. Et ait rex ad mulíerem: Vivit Dóminus, quia non cadet de capillis filii tui ſuper terram. Dixítque múlier: Quare cogitaſti hujuſcémodi rem contra pópulum Dei, & locútus eſt rex verbum iſtud, ut peccet, & non redúcat

ejectum ſuum ? Tu autem.

℟. Magnus, *pag.* 322.

LECTIO II. *v.* 18.

Rex calliditatem Joab detegit.

RESpondens rex, dixit ad mulíerem : Ne abſcondas à me verbum quod te intérrogo. Dixitque ei múlier : Lóquere, dómine mi rex. Et ait rex : Numquid manus Joab tecum eſt in ómnibus iſtis ? Reſpondit múlier, & ait : Per ſalútem ánimæ tuæ, dómine mi rex, nec ad ſiniſtram nec ad déxteram eſt, ex ómnibus his quæ locútus eſt dóminus meus rex : ſervus enim tuus Joab, ipſe præcépit mihi, & ipſe póſuit in os ancillæ tuæ ómnia verba hæc ; ut vérterem figúram ſermónis hujus, ſervus tuus Joab præcépit iſtud : tu autem, dómine mi rex, ſápiens es, ſicut habet ſapiéntiam Angelus Dei, ut intélligas ómnia ſuper terram.

℟. Tu ſolus, *pag.* 323.

LECTIO III. *v.* 21.

Rex revocat Abſalom.

AIt rex ad Joab : Ecce placátus feci verbum tuum ; vade ergo, & révoca púerum Abſalom. Cadenſque Joab ſuper fáciem ſuam in terram, adorávit & benedixit regi ; & dixit Joab : Hódie intellexit ſervus tuus, quia invéni grátiam in óculis tuis, dómine mi rex ; feciſti enim ſermónem ſervi tui. Surrexit ergo Joab, & ábiit in Geſſur, & adduxit Abſalom in Jerúſalem. Dixit autem rex : Revertátur in domum ſuam, & fáciem meam non vídeat. Reverſus eſt ítaque Abſalom in domum ſuam, & fáciem regis non vidit. Porrò ſicut Abſalom, vir non erat pulcher in omni Iſraël, & decórus nimis ; à veſtígio pedis uſque ad vérticem non erat in eo ulla mácula. Et quando tondébat capillum, (ſemel autem in anno tondebátur, quia gravábat eum cæſáries,) ponderábat capillos cápitis ſui ducentis ſiclis, póndere público.

℟. Dómine Deus, *pag.* 324.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

An. 816. *Cap.* 137.

PSalmi in Ecclésia non cursim, & intemperátis vócibus, ſed planè ac lúcidè, & cum compunctióne cordis recitentur ; ut & recitántium mens illórum dulcédine paſcátur, & audiéntium aures illórum pronuntiatióne demulceantur.

FERIA QUINTA.

De libro ſecundo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 14. *v.* 28.

Abſalom ſuccendit hordeum Joab.

MAnſit Abſalom in Jerúſalem duóbus annis, & fáciem regis non vidit. Miſit ítaque ad Joab, ut mitteret eum ad regem: qui nóluit veníre ad eum. Cumque ſecúndò miſiſſet, & ille noluiſſet veníre ad eum, dixit ſervis ſuis: Scitis agrum Joab juxta agrum meum, habentem meſſem hórdei: ite ígitur, & ſuccéndite eum igni. Succendérunt ergo ſervi Abſalom ſégetem igni. Et venientes ſervi Joab, ſciſſis véſtibus ſuis, dixérunt: Succendérunt ſervi Abſalom partem agri igni.

℟. Intellexiſti, *pag.* 319.

LECTIO II. *v.* 31.

Abſalom intrat ad regem.

SUrrexitque Joab, & venit ad Abſalom in domum ejus, & dixit: Quare ſuccendérunt ſervi tui ſégetem meam igni? Et reſpondit Abſalom ad Joab: Miſi ad te óbſecrans ut veníres ad me, & mítterem te ad regem, & díceres ei: Quare veni de Geſſur? mélius mihi erat ibi eſſe; óbſecro ergo ut vídeam fáciem regis; quòd ſi memor eſt iniquitátis meæ, interfíciat me. Ingreſſus ítaque Joab ad regem, nuntiávit ei ómnia; vocatuſque eſt Abſalom, & intrávit ad regem, & adorávit ſuper fáciem terræ coram eo; oſculatuſque eſt rex Abſalom.

℟. Quò ibo, *pag.* 320.

LECTIO III. *Cap.* 15. 1.

Abſalom conciliat ſibi populum.

POſt hæc fecit ſibi Abſalom currus, & équites, & quinquaginta viros, qui præcéderent eum. Et manè conſurgens Abſalom, ſtabat juxta intróitum portæ, & omnem virum qui habébat negótium ut veníret ad regis judícium, vocábat Abſalom ad ſe, & dicébat: De qua civitáte es tu? Qui reſpondens, aiébat: Ex una tribu Iſraël ego ſum ſervus tuus. Reſpondebatque ei Abſalom: Videntur mihi ſermónes tui boni & juſti. Sed non eſt qui te áudiat conſtitútus à rege; dicebatque Abſalom: Quis me conſtítuat júdicem ſuper terram, ut ad me véniant omnes qui habent negótium, & juſtè júdicem? Sed & cùm accéderet ad eum homo ut ſalutáret illum, extendé-

bat manum ſuam, & apprehendens, oſculabátur eum. Faciebatque hoc omni Iſraël venienti ad judicium, ut audirétur à rege, & ſollicitábat corda virórum Iſraël.

℟. Lucerna, *pag.* 320.

CANON.

Ex Concílio Trevirenſi ſecundo.

An. 1549. *Tit.* 6.

NOn clamans ſed amans cantat in aure Dei; audit enim ille vocem cordis, ſine qua ſonum oris contemnit; quare videndum eſt, ut qui ſpíritu pſallunt, & mente pſallant.

FERIA SEXTA.

De libro ſecundo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 15. 7.

Abſalom conjurat adversùs patrem.

POſt quadraginta annos, dixit Abſalom ad regem David: Vadam, & reddam vota mea quæ vovi Dómino in Hebron. Vovens enim vovit ſervus tuus, cùm eſſet in Geſſur Syriæ, dicens: Si redúxerit me Dóminus in Jerúſalem, ſacrificábo Dómino. Dixitque ei rex David: Vade in pace. Et ſurrexit, & ábiit in Hebron. Miſit autem Abſalom exploratóres in univerſas tribus Iſraël, dicens: Statim ut audiéritis clangórem búccinæ, dícite: Regnávit Abſalom in Hebron. Porrò cum Abſalom iérunt ducenti viri de Jerúſalem vocáti, euntes ſimplici corde, & cauſam pénitùs ignorantes. Accersívitquoque Abſalom Achitophel Gilonítem conſiliárium David, de civitáte ſua Gilo. Cumque immoláret víctimas, facta eſt conjurátio válida, populuſque concurrens augebátur cum Abſalom.

℟. Cùm ignorémus, *p.* 321.

LECTIO II. *v.* 13.

David fugit à furore Abſalom.

VEnit ígitur núntius ad David, dicens: Toto corde univerſus Iſraël ſéquitur Abſalom. Et ait David ſervis ſuis, qui erant cum eo in Jerúſalem: Súrgite, fugiámus; neque enim erit nobis effúgium à fácie Abſalom. Egreſſus eſt ergo rex, & univerſa domus ejus pédibus ſuis; & derelíquit rex decem mulíeres concubínas ad cuſtodiendam domum. Dixit autem rex ad Ethaï Gethæum: Cur venis nobiſcum? Revértere, & hábita cum rege, quia peregrínus es, & egreſſus es de loco tuo. Herì veniſti, & hódiè compelléris nobiſcum égre-

di? Et reſpondit Ethaï regi, dicens: Vivit Dóminus, & vivit dóminus meus rex; quóniam in quocumque loco fúeris, dómine mi rex, ſive in morte, ſive in vita, ibi erit ſervus tuus. Et ait David Ethaï: Veni, & tranſi. Venit autem & Sadoc Sacerdos, & univerſi Levitæ cum eo, portantes Arcam fœderis Dei, & depoſuérunt Arcam Dei. Et dixit rex ad Sadoc: Reporta Arcam Dei in urbem. O Videns, revértere in civitátem in pace.

℟. Quis ſimilis, *pag.* 321.

LECTIO III. *v.* 31.

David mittit Chuſai in Jeruſalem.

NUntiátum eſt autem David, quòd & Achítophel eſſet in conjuratióne cum Abſalom, dixitque David: Infátua, quæſo, Dómine, consilium Achítophel. Cumque aſcénderet David ſummitátem montis, in quo adoratúrus erat Dóminum, ecce occurrit ei Chúſaï Arachítes, ſciſsâ veſte, & terrâ pleno cápite. Et dixit ei David: Si véneris mecum, eris mihi óneri: ſi autem in civitátem revertáris, & díxeris Abſalom: Servus tuus ſum, rex; ſicut fui ſervus patris tui, ſic ero ſervus tuus: diſſipábis consílium Achítophel. Habes autem tecum Sadoc & Abíathar Sacerdótes; & omne verbum quodcumque audíeris de domo regis, indicábis Sadoc & Abíathar Sacerdótibus. Sunt autem cum eis duo filii eórum, Achímaas filius Sadoc, & Jónathas filius Abíathar; & mittétis per eos ad me omne verbum quod audiéritis. Veniente ergo Chúſaï amíco David in civitátem, Abſalom quoque ingreſſus eſt Jerúſalem.

℟. Converti pedes meos, *p.* 322.

CANON.

Ex Concílio Trevirenſi ſecundo.

An. 1549. *Cap.* 6.

NUllus dum Canónicæ preces in templo públicè cantantur aut leguntur, áudeat privátim ibídem áliquid légere; ac ne horas quidem Canónicas absólvere; ſed cóncinat, ac unà cum frátribus Deum honoríficet. Contrárium qui fécerit, tamquam abſens habeátur.

SABBATO.

De libro ſecundo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 16. *v.* 5.

VEnit ergo rex David uſque ad Báhu-

rim; & ecce egrediebátur inde vir de cognatióne domûs Saül, nómine Séməï, filius Gera, procedebatque egrédiens, & maledicébat, mittebatque lápides contra David, & contra univerſos ſervos regis David; omnis autem pópulus, & univerſi bellatóres à dextro & à ſiniſtro látere regis incedébant. Ita autem loquebátur Séməï cùm maledíceret regi: Egrédere, egrédere vir sánguinum, & vir Bélial. Réddidit tibi Dóminus univerſum sánguinem domûs Saül; quóniam invaſiſti regnum pro eo, & dedit Dóminus regnum in manu Abſalom filii tui; & ecce premunt te mala tua, quóniam vir sánguinum es.

LECTIO II. *v. 9.*

Davidis patientia.

DIxit autem Abíſaï filius Sárviæ regi: Quare maledícit canis hic mórtuus dómino meo regi? Vadam, & amputábo caput ejus. Et ait rex: Quid mihi & vobis eſt filii Sárviæ? dimíttite eum, ut maledícat: Dóminus enim præcépit ei ut maledíceret David; & quis eſt qui áudeat dícere, quare ſic fécerit? Et ait rex Abíſaï, & univerſis ſervis ſuis: Ecce filius meus, qui egreſſus eſt de útero meo, quærit ánimam meam: quantò magis nunc filius Jémini? Dimíttite eum, ut maledícat juxta præceptum Dómini: ſi fortè reſpíciat Dóminus afflictiónem meam; & reddat mihi Dóminus bonum pro maledictióne hac hodierna. Ambulábat ítaque David & sócii ejus per viam cum eo. Séməï autem per jugum montis ex látere contra illum gradiebátur, maledícens, & mittens lápides adversùm eum, terramque ſpargens. Venit ítaque rex, & univerſus pópulus cum eo laſſus, & refocilláti ſunt ibi.

LECTIO III. *v. 15.*

Execranda conſilia Achitophel.

ABſalom autem & omnis pópulus ejus ingreſſi ſunt Jerúſalem, ſed & Achítophel cum eo. Cùm autem veniſſet Chúſaï Arachítes amícus David ad Abſalom, locútus eſt ad eum: Salve, rex; ſalve, rex. Ad quem Abſalom: Hæc eſt, inquit, grátia tua ad amícum tuum? Quare non iviſti cum amíco tuo? Reſponditque Chúſaï ad Abſalom: Nequáquam; quia illíus ero, quem elégit Dóminus, & omnis

pulus, & univer-
ël, & cum eo ma-
Dixit autem Abſa-
l Achítophel: Iní-
ſilium quid ágere
mus. Et ait Achito-
d Abſalom: In-
: ad concubínas
tui, quas dimíſit
odiendam domum:
audíerit omnis Iſ-
uòd fœdáveris pa-
tuum, roborentur
manus eórum.
ium autem Achí-
, quod dabat in
illis, quaſi ſi quis
eret Deum: ſic
nne consílium A-
hel, & cùm eſſet
avid, & cùm eſſet
bſalom.

; *A N O N.*
oncílio Senonenſi.
28. *Decret. morum.*
18.

Oras Canónicas di-
ſtúri cùm in choro
:, gravitátem ſer-
quam locus & offí-
expoſcunt: non
liis confabulantes,
lloquentes; aut lít-
ſeu ſcriptúras álias
es: & cùm pſal-
grátiâ ibídem con-
t, muta aut clau-
ia tenéte non de-
ed omnes, præſer-
i majóri funguntur
e, in Pſalmis, Hym-
: Cánticis Deo alá-
modulentur.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. a. Dóminus purgávit peccáta ipsius, & exaltávit in ætérnum cornu ejus. *Eccli.* 47. 13.

Oratio, infrà ad Laudes.

DOMINICA NONA
poſt Pentecoſten.

IN I. NOCTURNO.

De libro ſecundo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 17.
v. 1.

Achitophel contra David conſilia iniqua.

DIxit ergo Achítophel ad Abſalom: Elígam mihi duódecim míllia virórum, & conſurgens pérſequar David hâc nocte. Et írruens ſuper eum, (quippe qui laſſus eſt, & ſolútis mánibus,) percútiam eum: cumque fúgerit omnis pópulus qui cum eo eſt, percútiam regem deſolátum. Et redúcam univerſum pópulum, quómodò unus homo reverti ſolet: unum enim virum tu quæris; & omnis pópulus erit in pace. Placuítque ſermo ejus Abſalom, & cunctis majóribus natu Iſraël. Aït autem Abſalom: Vocáte Chúſaï Arachíten, & audiámus quid étiam ipſe dicat. Cumque veniſſet Chúſaï ad Abſalom, ait Abſalom ad eum: Hujuſcémodi ſermónem lo-

cútus eſt Achítophel : fácere debémus an non ? quod das consílium ? Et dixit Chúſaï ad Abſalom : Non eſt bonum consílium quod dedit Achítophel hâc vice. Sed hoc mihi vidétur rectum eſſe consílium : Congregétur ad te univerſus Iſraël, à Dan uſque Berſabée, quaſi aréna maris innumerábilis : & tu eris in médio eórum. Et irruémus ſuper eum in quocumque loco inventus fúerit : & operiémus eum, ſicut cádere ſolet ros ſuper terram ; & non relinquémus de viris qui cum eo ſunt, ne unum quidem.

℟. *j.* Quómodo miſerétur pater filiórum, * Miſertus eſt Dóminus timéntibus ſe : quóniam ipſe cognóvit figmentum noſtrum ; recordátus eſt quóniam pulvis ſumus. *Pſ.* 102. *v.* 13. 14. ℣. Qui dives eſt in miſericórdia. *Eph.* 24. * Miſertus eſt.

LECTIO II. *v.* 14.

Iniqua conſilia à Deo diſſipata.

DIxitque Abſalom, & omnes viri Iſraël : Mélius eſt consílium Chúſaï Arachítæ, consílio Achítophel. Dómini autem nutu diſſipátum eſt consílium Achítophel útile, ut in[...] ret Dóminus ſuper A[...] lom malum. Et ait [...] ſaï Sadoc & Abíatha[...] cerdótibus : Hoc & [...] modo consílium ded[...] chítophel Abſalom [...] ſenióribus Iſraël ; & tale & tale dedi c[...] lium. Nunc ergo [...] te citò, & nuntiáte [...] vid, dicentes : Ne [...] réris nocte hâc in [...] péſtribus deſerti, ſed [...] que dilatióne tranſg[...] re, ne fortè abſorb[...] rex, & omnis pó[...] qui cum eo eſt. Jón[...] autem & Achímaas [...] bant juxta fontem [...] gel : ábiit ancilla & [...] tiávit eis ; & illi p[...] cti ſunt, ut referre[...] regem David núnti[...] non enim póterant [...] ri, aut introíre ci[...] tem. Vidit autem quidam puer, & in[...] vit Abſalom : illi [...] cóncito gradu in[...] ſunt domum cuju[...] viri in Báhurim, qu[...] bébat púteum in [...] bulo ſuo, & deſce[...] runt in eum. Tulit a[...] múlier, & expandit [...] men ſuper os pútei, [...] ſiccans ptíſanas ; [...] látuit res.

℟. *ij.* In Deo l[...] bo ſermónes meos : Deo ſperávi ; non [...] bo quid fáciat mihi

v. 5. ℣. Caro
uis regnum Dei
: non poſſunt. 1.
5. *v.* 50. * In

o III. *v.* 22.
conſiliarius laqueo
e interimit.
xit ergo David, &
is pópulus qui cum
:, & tranſiérunt
em, donec dilu-
:; & ne unus qui-
siduus fuit, qui
ranſiſſet flúvium.
Achítophel videns
ion fuiſſet factum
im ſuum, ſtravit
ſuum, ſurrexitque
in domum ſuam &
átem ſuam: & diſ-
domo ſuâ, diſpén-
ériit, & ſepultus eſt
ulchro patris ſui.
autem venit in ca-
k Abſalom transí-
dánem, ipſe & om-
ri Iſraël cum eo.
ie veniſſet David in
, Sobi filius Naas
obath filiórum Am-
& Machir filius
el de Lódabar, &
lai Galaadítes de
im, obtulérunt ei
:ia, & tapétia &
ictilia, frumentum
deum, & farínam,
entam, & fabam,
item, & frixum ci-
t mel, & butyrum,
& pingues vítulos,
untque David, &
pópulo qui cum eo erat, ad veſcendum: ſuſpicáti enim ſunt, pópulum fame & ſiti fatigári in deſerto.

℟. *iij.* Rénuit conſolári ánima mea; * Memor fui Dei, & delectátus ſum. *Pſ.* 76. *v.* 4. ℣. Pláceo mihi in infirmitátibus meis. 2. *Cor.* 12. *v.* 10. * Memor. ℣. Glória. * Memor.

IN II. NOCTURNO.

De libro Eccleſiáſtici.

Lectio IV. *Cap.* 22. *v.* 28.

Debetur amico fidelitas. Oratio contra conſilia mala.

Fidem póſſide cum amíco in paupertáte illíus, ut & in bonis illíus lætéris. In témpore tribulatiónis illíus pérmane illi fidélis, ut & in hæreditáte illíus cohæres ſis. Amícum ſalutáre non confundar; à fácie illíus non me abſcondam: & ſi mala mihi evénerint per illum, ſuſtinébo. Omnis qui áudiet, cavébit ab eo. Quis dabit ori meo cuſtódiam, & ſuper lábia mea ſignáculum certum, ut non cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me? Dómine pater, & dominátor vitæ meæ, ne derelinquas me in conſílio eórum: nec ſinas me cádere in illis. Quis ſuperpónet in cogitátu meo flagella, & in

corde meo doctrinam ſapiéntiæ, ut ignoratiónibus eórum non parcant mihi, & non appáreant delicta eórum, & ne adincreſcant ignorántiæ meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccáta mea abundent, & íncidam in conſpectu adverſariórum meórum, & gáudeat ſuper me inimícus meus? Dómine pater, & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitátu illórum: extollentiam oculórum meórum ne déderis mihi, & omne deſidérium averte à me.

℞. *iv.* Dilexi teſtimónia tua, Dómine: * Confige timóre tuo carnes meas; à judíciis enim tuis tímui. *Pſ.* 118. *v.* 20. ℣. Scio quia non hábitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum. *Rom.* 7. *v.* 18. * Confige. ℣. Glória. * Confige.

Lectio V. *Cap.* 27. *v.* 28.

In dantem devolvitur iniquum conſilium.

Qui in altum mittit lápidem, ſuper caput ejus cadet: & plaga dolóſa, dolóſi dívidet vúlnera: & qui in fóveam fodit, íncidet in eam: & qui ſtátuit lápidem próximo, offendet in eo: & qui láqueum álii ponit, períbit in illo. Facienti nequíſſimum consílium, ſuper

ipſum devolvétur, [illegible] agnoſcet unde ad[illegible] illi. Illúſio, & im[illegible]rium ſuperbórum, [illegible] dicta ſicut leo inſidi[illegible] illi. Láqueo períbu[illegible] oblectantur caſu juſt[illegible] dolor autem consúm[illegible] los ántequam mori[illegible] Ira & furor, útraqu[illegible] crabilia ſunt, & vi[illegible] cátor cóntinens eri[illegible] rum. Qui vindicári[illegible] à Dómino invéniet [illegible] ctam, & peccáta [illegible] ſervans ſervábit. R[illegible] que próximo tuo n[illegible] te: & tunc depreca[illegible] bi peccáta ſolventu[illegible]

℞. *v.* Non ſecu[illegible] peccáta noſtra fecit [illegible] Dóminus; * Quó[illegible] ſecundùm altitúdin[illegible] à terra, corroborávi[illegible] ſericórdiam ſuam [illegible] timentes ſe. *Pſ.* 10[illegible] 10. 11. ℣. Salus De[illegible] ſtro, qui ſedet ſuper [illegible] num. *Apoc.* 7. *v*[illegible] * Quóniam. ℣. G[illegible] * Quóniam.

Lectio VI. *Cap*[illegible] *v.* 13.

Malorum conſilior[illegible] pericula.

Certamen feſtin[illegible] incendit ignem [illegible] lis feſtínans effundit [illegible] guinem: & lingua t[illegible] cans addúcit morten[illegible] ſuffláveris in ſcintil[illegible] quaſi ignis exardébi[illegible] ſi expúeris ſuper ill[illegible]

extingu[illegible]

ētur : útraque ex
ficiſcuntur. Suſur-
linguis maledictus:
enim turbábit pa-
bentes. Lingua tér-
tos commóvit, &
t illos de gente in
i: civitátes murá-
tûm deſtruxit, &
magnatórum effó-
irtútes populórum
t, & gentes fortes
t. Flagelli plaga li-
facit: plaga autem
comminuet oſſa.
cecidérunt in ore
, ſed non ſic quaſi
eriérunt per lin-
ſuam. Beátus qui
ſt à lingua nequam,
iracúndiam illíus
nsívit, & qui non
: jugum illíus, &
ulis ejus non eſt
. Jugum enim il-
ıgum férreum eſt:
ım illíus, vínculum
eſt. Mors illíus,
equíſſima : & úti-
iùs infernus quàm
erſeverántia illíus
rmanébit, ſed ob-
vias injuſtórum :
flamma ſua non
ret juſtos. Qui re-
ıt Deum, íncident
n, & exardébit in
non extinguétur;
ittétur in illos qua-
& quaſi pardus læ-
s. Sepi aures tuas
linguam nequam
ıdíre, & ori tuo
tiva. Cave.

fácito óſtia & ſeras.

℟. *vj.* Dómine Deus omnípotens, juſtæ & veræ ſunt viæ tuæ; * Quis non timébit te, Dómine, & magnificábit nomen tuum? *Apoc.* 15. *v.* 3. 4. ℣. Plenitúdo ſapiéntiæ eſt timére Deum, & plenitúdo à frúctibus illius. *Eccli.* 1. *v.* 20. * Quis non. ℣. Glória. * Quis non.

IN III. NOCTURNO.

De Epiſtola ſecunda beáti Pauli Apóſtoli ad Corinthios.

Lectio VII. *Cap.* 11. *v.* 3.

Pſeudo-Apoſtolorum mala conſilia.

Timeo ne ſicut ſerpens Hevam ſeduxit aſtútiâ ſuâ, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitáte quæ eſt in Chriſto. Nam ſi is qui venit, álium Chriſtum prædicat, quem non prædicávimus; aut álium ſpíritum accípitis, quem non accepiſtis; aut áliud Evangélium, quod non recepiſtis, rectè paterémini. Exíſtimo enim nihil me minus feciſſe à magnis Apóſtolis. Nam etſi impéritus ſermóne, ſed non ſciéntiâ: in ómnibus autem manifeſtáti ſumus vobis. Aut numquid peccátum feci, me ipſum humílians ut vos exaltémini; quóniam gratìs Evangé-

lium Dei evangelizávi vobis? Alias Eccléſias expoliávi, accípiens ſtipéndium ad miniſtérium veſtrum. Et cùm eſſem apud vos, & egérem, nulli oneróſus fui: nam quod mihi déerat, supplevérunt fratres qui venérunt à Macedónia: & in ómnibus ſine ónere me vobis ſervávi, & ſervábo.

℟. *vij.* Vidébo cœlos tuos, Dómine, ópera digitórum tuórum; lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti: * Quid eſt homo, quòd memor es ejus? *Pſ.* 8. *v.* 4. 5. ℣. Quæ eſt enim vita? vapor eſt ad módicum parens. *Jacob.* 4. *v.* 15. * Quid.

LECTIO VIII. *v.* 10.
Transfigurantur in Apoſtolos Chriſti.

EST véritas Chriſti in me, quóniam hæc gloriátio non infringétur in me in regiónibus Acháiæ. Quare? Quia non díligo vos? Deus ſcit. Quod autem fácio, & fáciam: ut ámputem occaſiónem eórum qui volunt occaſiónem, ut in quo gloriantur, inveniantur ſicut & nos. Nam ejúſmodi pſeudo-Apóſtoli, ſicut operárii súbdoli, transfigurantes ſe in Apóſtolos Chriſti. Et non mirum: ipſe enim ſátanas transfigúrat ſe in ángelum lucis. Non

eſt ergo magnum ſ[...] ſtri ejus transfig[...] velut miniſtri ju[...] quorum finis erit [...] dùm ópera ipsórum [...]

℟. *viij.* Quàm [...] lia ſunt ópera tua [...] mine! * Omnis ter[...] ret te & pſallat tibi [...] mum dicat nómin[...] *Pſ.* 65. 3. 4. ℣. Pater [...] qui es in cœlis, ſ[...] cétur nomen tuum. [...] 6. *v.* 9. * Omni[...] adóret.

Léctio ſancti Ev[...] ſecundùm Luc[...]

LECTIO IX. *Cap.* 1[...]
Flens Jeſus ſuper [...] ſalem.

IN illo témpore: [...] propinquávit Je[...] rúſalem, videns civ[...] flevit ſuper illam, [...] Quia ſi cognoviſſe[...] & quidem in hac d[...] quæ ad pacem tibi [...] autem abſcóndita [...] óculis tuis. Et réli[...]

Homília ſancti G[...] Papæ.

39. *in Evang. hab.* [...]
Conſtantinian[...]

QUia everſan[...] Jerúſalem nó[...] debémus ex rebus e[...] ribus introrsùs á [...] ſimilitúdinem tráh[...] que ex everſis ædifi[...] rietum, morum [...] timére. Videns er[...] vitátem, flevit ſu[...] lam, dicens: Qui[...]

s, & tu. Hoc ſe-
t, cùm peritúram
m eſſe nuntiávit.
otídie Redemptor
per electos ſuos
ullátenus ceſſat,
oſdam ex bona vi-
iores réprobos per-
consíderat. Plan-
n eos qui néſciunt
igantur, quia jux-
mónis verba: Læ-
ùm malè fécerint,
ant in rebus péſſi-
ui ſi damnatiónem
quæ eis ímminet,
lent, ſemetipſos
crymis electórum
ent. Bene autem
e ánimæ ſenténtia
bditur, cónvenit:
em in hac die tua,
pacem tibi, nunc
abſcóndita ſunt ab
uis. Suam hìc diem
nima perverſa, quæ
orio gaudet in tém-
Qui ea quæ adſunt,
em ſunt; quia dum
is temporálibus læ-
dum honóribus ex-
r, dum in carnis
áte resólvitur, dum
ventúræ pœnæ for-
: terrétur, pacem
n die ſua, quæ grave
ntiónis ſuæ ſcánda-
die habébit aliéna.
im affligenda eſt,
ſti lætabuntur: &
quæ modò ei ad
ſunt, tunc in ama-
nem rixæ vertentur;

quia rixári ſecum incípiet, cur damnatiónem quam pátitur, non expávit, cur à proſpiciendis malis ſequéntibus óculos mentis clauſit.

℟. *ix.* Quibus jurávit Deus non introire in réquiem ipsíus, niſi illis qui incréduli fuérunt? * Timeámus ergo, † Ne fortè relictâ pollicitatióne introeundi in réquiem ejus, exiſtimétur áliquis deeſſe. *Hebr.* 8. *v.* 18. ℣. In timóre Dómini fidúcia fortitúdinis; timor Dómini fons vitæ. *Prov.* 14. *v.* 26. 27. * Timeámus. ℣. Glória. † Ne fortè.

Ad Benedict. *Ant.* 8. G. Cœpit Jeſus ejícere vendentes in templo, & ementes. *Luc.* 19. 45.

Orémus. *Oratio.*

PAteant aures miſericórdiæ tuæ, Dómine, précibus ſupplicántium; & ut peténtibus deſideráta concédas, fac eos quæ tibi ſunt plácita, poſtuláre; Per.

C A N O N.

Ex Statútis Synodálibus Diœcéſis Carcaſſonenſis.

An. 1297. *Cap. ultimo.*

VOlumus & ordinámus quòd quicumque non vénerint ad Miſſam in Eccléſia ſua parochiáli in die Domínica, ſi tamen majóres ſint qua-

tuórdecim annis, & non audíerint Miſſam ex íntegro, ſupponantur Eccleſiáſtico interdicto; ita ut ipſis denegentur Eccleſiáſtica Sacramenta, & mórtuis Eccleſiáſtica ſepultúra.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Erat Jeſus docens quotídie in templo, & non inveniébant quid fácerent illi; omnis enim pópulus ſuſpenſus erat, áudiens illum. *Luc.* 19. 47. 48.

FERIA SECUNDA.

De libro ſecundo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 18. 1.

Abſalom victus.

COnſideráto David pópulo ſuo, conſtítuit ſuper eos tribúnos & centurióne, & dedit pópuli tértiam partem ſub manu Joab, & tértiam partem ſub manu Abíſaï filii Sárviæ fratris Joab, & tértiam partem ſub manu Ethaï, qui erat de Geth, dixitque rex ad pópulum: Egrédiar & ego vobiſcum. Et reſpondit pópulus: Non exíbis: ſive enim fugérimus, non magnópere ad eos de nobis pertinébit; ſive média pars cecíderit è nobis, non ſatis curábunt; quia tu unus pro decem míllibus computáris: mélius eſt ígitur ut ſis nobis in urbe præſídio. Ad quos rex ait: Quod vobis vidétur rectum, hoc fáciam. Stetit ergo rex juxta portam: egrediebaturque pópulus per turmas ſuas, centéni, & milléni. Et præcépit rex Joab, & Abíſaï & Ethaï, dicens: Serváte mihi púerum Abſalom. Et omnis pópulus audiébat præcipiéntem regem cunctis princípibus pro Abſalom. Itaque egreſſus eſt pópulus in campum contra Iſraël, & factum eſt prælium in ſaltu Ephraïm. Et cæſus eſt ibi pópulus Iſraël ab exércitu David, factaque eſt plaga magna in die illa, viginti míllium.

℟. Quómodo, *pag.* 334.

LECTIO II. *v.* 8.

Abſalom pendens è quercu.

FUit autem ibi prælium diſperſum ſuper fáciem omnis terræ, & multò plures erant, quos ſaltus conſúmpſerat de pópulo, quàm hi quos voráverat gládius in die illa. Accidit autem ut occúrreret Abſalom ſervis David, ſedens mulo: cumque ingreſſus fuiſſet mulus ſubter condenſam quercum & magnam, adhæſit caput ejus quércui: & illo ſuſpenſo inter cœlum & terram, mulus, cui inſéderat, pertranſívit. Vidit autem hoc quíſpiam, & nuntiávit Joab,

Vidi Abſalom pen-
e quercu. Et ait
iro qui nuntiáve-
Si vidiſti, quare
nfodiſti eum cum
& ego dediſſem ti-
m argenti ſiclos,
n bálteum : Qui
d Joab : Si appén-
n mánibus meis
rgénteos, nequá-
nitterem manum
n filium regis: au-
us enim nobis præ-
r tibi, & Abíſaï,
ï, dicens : Custo-
hi púerum Abſa-
ed & ſi feciſſem
ánimam meam au-
, nequáquam hoc
atére potuiſſet, &
s ex adverſo.
n Deo, *p.* 334.
IO III. *v.* 14.
lom transfoſſus.
: Joab : Non ſicut
i vis, ſed aggré-
m coram te. Tulit
es lánceas in manu
: infixit eas in cor-
alom : cumque ad-
lpitáret hærens in
, cucurrérunt de-
nes armigeri Joab,
utientes interfecé-
m. Cécinit autem
úccinâ, & retinuit
m, ne perſequeré-
ientem Iſraël, vo-
ircere multitúdini.
:runt Abſalom, &
:runt eum in ſaltu,
eam grandem, & cōportavérunt ſuper eum acervum lápidum magnū nimis : omnis autem Iſraël fugit in tabernácula ſua. Porrò Abſalom eréxerat ſibi, cùm adhuc víveret, títulum, qui eſt in Valle regis: díxerat enim: Non hábeo filium, & hoc erit monumentum nóminis mei. Vocavitque títulum nómine ſuo, & appellátur Manus Abſalom, uſque ad hanc diem. Achímaas autem filius Sadoc, ait: Curram, & nuntiábo regi, quia judícium fécerit ei Dóminus de manu inimicórum ejus. Ad quem Joab dixit : Non eris núntius in hac die, ſed nuntiábis in ália: hódiè nolo te nuntiáre, filius enim regis eſt mórtuus. Tu autem, Dómine.

℟. Rénuit, *pag.* 335.

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi primo.

An. 1565. *part.* 2. *tit.* 51.

IN choro cantus & ſoni graves ſint, pii, ac diſtincti, & dómui Dei ac divínis láudibus accommodáti ; ut ſimul & verba intelligantur, & ad pietátem auditóres excitentur. Cantóres, ubi fíeri poteſt, Clérici ſint : omninò autem in choro clericálibus véſtibus & ſuperpellíceo utantur.

FERIA TERTIA.
De libro ſecundo Regum.
LECTIO I. *Cap.* 18. 21.
Currunt duo nuntii ad regem.

AIt Joab Chuſi : Vade, & núntia regi quæ vidiſti. Adorávit Chuſi Joab, & cucurrit. Rurſus autem Achímaas filius Sadoc dixit ad Joab : Quid ímpedit ſi étiam ego curram poſt Chuſi ? Dixitque ei Joab : Quid vis cúrrere, fili mi ? non eris boni núntii bájulus. Qui reſpondit : Quid enim ſi cucúrrero ? Et ait ei : Curre. Currens ergo Achímaas per viam compéndii, transívit Chuſi. David autem ſedébat inter duas portas : ſpeculátor verò, qui erat in faſtígio portæ ſuper murum, élevans óculos, vidit hóminem currentem ſolum. Et exclámans indicávit regi : dixitque rex : Si ſolus eſt, bonus eſt núntius in ore ejus. Properante autem illo, & accedente própiùs, vidit ſpeculátor hóminem álterum currentem, & vocíferans in cúlmine, ait : Appáret mihi alter homo currens ſolus. Dixitque rex : Et iſte bonus eſt núntius. Speculátor autem, Contemplor, ait, curſum prióris, quaſi curſum Achímaas filii Sadoc. Et ait rex : Vir bonus eſt : & núntium portans b[...] venit.

℟. Dilexi, *pag*[...]

LECTIO II.
Mors Abſalom annuntiatu[...]

CLamans autem [...]maas, dixit [...]gem : Salve rex. [...]rans regem coram [...]nus in terram, a[...]nedictus Dóminu[s] [...]tuus, qui conclúſi[t] [...]nes qui levavéru[nt] [...]nus ſuas contra d[...] meum regem. Et [...] Eſtne pax púer[o] [...]lom ? Dixitque Ac[...] Vidi tumultum m[...] cùm mítteret Joa[b] [...] tuus, ô rex, me [...]tuum : néſcio áli[...] quem rex : Tran[...] & ſta hìc. Cum [...] tranſiſſet, & ſtar[...] páruit Chuſi : & [...] ait : Bonum appor[...]tium, dómine [...] judicávit enim pr[...] minus hódiè de m[...]nium qui ſurrexér[unt] [...]tra te. Dixit auten[...] Chuſi : Eſtne pa[x] Abſalom ? Cui reſ[...] Chuſi : Fiant, in[...] cut puer, inimíci [...] mei regis, & univ[...] conſurgunt adver[...] in malum. Con[...] ítaque rex, aſce[...] náculum portæ, [...] Et ſic loquebátur, Fili mi Abſalom, [...]

fili mi! quis mihi tríbuat ut ego móriar pro te, Abſalom fili mi, fili mi Abſalom? Tu autem.

℟. Non ſecundùm. 336.

Lectio III. *Cap.* 19. 1.

Monente Joab, David ſe dat populo conſpiciendum.

NUntiátum eſt autem Joab quòd rex fleret & lugéret fílium ſuum. Ingreſſus ergo Joab ad regem in domum, dixit: Confudiſti hódiè vultus ómnium ſervórum tuórum, qui ſalvam fecérunt ánimam tuam, & ánimam filiórum tuórum, & filiárum tuárum, & ánimam uxórum tuárum, & ánimam concubinárum tuárum. Díligis odientes te, & ódio habes diligentes te: & oſtendiſti hódiè, quia non curas de dúcibus tuis, & de ſervis tuis: & verè cognóvi modò, quia ſi Abſalom víveret, & omnes nos occubuiſſémus, tunc placéret tibi. Nunc ígitur ſurge, & procéde, & álloquens ſatisfac ſervis tuis: juro enim tibi per Dóminum, quòd ſi non exíeris, ne unus quidem remansúrus ſit tecum nocte hâc: & pejus erit hoc tibi, quàm ómnia mala, quæ venérunt ſuper te, ab adoleſcéntia tua uſque in præſens. Surrexit ergo rex & ſedit in porta; & omni pópulo nuntiátum eſt quòd rex ſedéret in porta, venitque univerſa multitúdo coram rege.

℟. Dómine Deus. 337.

CANON.

Ex Concilio Bituricenſi. *An.* 1584. *tit.* 14.

CAthólica Eccléſia cœleſtem & triumphantem imitáta, Choros Angelórum réferens, rectè & ſanctè púeros choriſtas in Templis & Eccléſiis conſtituit, qui aſsíduis cántibus chorum Eccléſiæ éxcitent. Et non tantùm voce, ſed étiam compóſitis móribus, & hábitu, & littérulis, pro captu ætátis, ornátos eſſe oportet.

FERIA QUARTA.

De libro ſecundo Regum.

Lectio I. *Cap.* 19. 9.

David reducitur in Jeruſalem.

OMnis pópulus certábat in cunctis tríbubus Iſraël, dicens: Rex liberávit nos de manu inimicórum noſtrórum, ipſe ſalvávit nos de manu Philiſthinórum: & nunc fugit de terra propter Abſalom. Abſalom autem, quem únximus ſuper nos, mórtuus eſt in bello: úſquequò ſilétis, & non redúcitis regem? Rex verò David miſit ad Sadoc & Abiathar Sacerdótes, dicens: Loquímini ad majóres natu Juda, dicentes:

Cur venítis noviſſimi ad reducendum regem in domum ſuam? (Sermo autem omnis Iſraël pervénerat ad regem in domo ejus.) Fratres mei vos, os meum & caro mea vos; quare noviſſimi redúcitis regem? Et Amaſæ dicite: Nonne os meum, & caro mea es? Hæc fáciat mihi Deus, & hæc addat, ſi non magiſter milítiæ fúeris coram me omni témpore pro Joab. Et inclinávit cor ómnium virórum Juda, quaſi viri unius: miſeruntque ad regem, dicentes: Revértere tu, & omnes ſervi tui. Et reverſus eſt rex, & venit uſque ad Jordánem, & omnis Juda venit uſque in Gálgalam, ut occúrreret regi, & tradúceret eum Jordánem.

℟. Vidébo cœlos. 338.

LECTIO II. *v.* 16.

Semeï precanti rex ignoſcit.

FEſtinávit autem Semeï filius Gera filii Jémini de Bahúrim, & deſcendit cum viris Juda in occurſum regis David, cum mille viris de Bénjamin, & Siba puer de domo Saül: & quindecim filii ejus, ac viginti ſervi erant cum eo: & irrumpentes Jordánem, ante regem tranſiérunt vada, ut tradúcerent domum regis, & fácerent juxta juſſiónem ejus: Sémeï autem filius Gera proſtrátus coram rege, cùm jam tranſiſſet Jordánem, dixit ad eum: Ne réputes mihi, dómine mi, iniquitátem, neque memíneris injuriárum ſervi tui in die quâ egreſſus es, dómine mi rex, de Jerúſalem; neque ponas, rex, in corde tuo. Agnoſco enim ſervus tuus peccátum meum; & idcircò hódiè primus veni de omni domo Joſeph, deſcendíque in occurſum dómini mei regis. Reſpondens verò Abíſaï filius Sárviæ, dixit: Numquid pro his verbis non occidétur Sémëï, quia maledixit chriſto Dómini? Et ait David: Quid mihi & vobis, filii Sárviæ? cur efficímini mihi hódiè in ſatan? ergone hódiè interficiétur vir in Iſraël? an ignóro hódiè me factum regem ſuper Iſraël? Et ait rex Sémeï: Non moriéris. Juravitque ei.

℟. Quàm, *pag.* 338.

LECTIO III. *v.* 31.

Regem ſalutat Berzellaï.

BErzéllaï quoque Galaadítes, deſcendens de Rógelim, traduxit regem Jordánem, parátus étiam ultra flúvium próſequi eum. Erat autem Berzéllaï Galaadítes ſenex valdè, id eſt, octogená-

tios, & ipſe præbuit alimenta regi, cùm morarétur in caſtris: fuit quippe vir dives nimis. Dixit itaque rex ad Berzéllaï: Veni mecum, ut requieſcas ſecúrus mecum in Jerúſalem. Et ait Berzéllaï ad regem: Octogenárius ſum hódie: non indígeo hâc viciſſitúdine; ſed óbſecro ut revertátur ſervus tuus, & móriar in civitáte mea, & ſepéliar juxta ſepulchrum patris mei & matris meæ. Eſt autem ſervus tuus Chámaam; ipſe vadat tecum, dómine mi rex, & fac ei quidquid tibi bonum videátur. Cumque tranſiſſet univerſus pópulus & rex Jordánem, oſculátus eſt rex Berzéllaï, & benedixit: & ille reverſus eſt in locum ſuum. Transívit ergo rex in Gálgalam, & Chámaam cum eo.

℟. Quibus jurávit, *p.* 339.

CANON.

Ex Concílio Burdigalenſi.

An. 1683. *tit.* 5.

AB omni Eccleſiáſtico cantu, quævis múſica laſcívum quidpiam, & vulgáres cantilénas, aut levitátem ſimileſque inéptias réferens, omninò arceátur: ſed gravis ubíque ſit & divínis láudibus accommodáta, ut eâ circumſtántium fidélium ánimi ad majórem pietátem, devotiónem ac religiónem exardeſcant.

FERIA QUINTA.

De libro ſecundo Regum.

LECTIO I. *Cap.* 20. 1.

Seba facit rebellionem.

ACcidit ut eſſet vir Bélial, nómine Seba, filius Bochri, vir Jemíneus; & cécinit búccinâ, & ait: Non eſt nobis pars in David, neque hæréditas in filio Iſai: revértere in tabernácula tua, Iſraël. Et ſeparátus eſt omnis Iſraël à David, ſecutuſque eſt Seba filium Bochri: viri autem Juda adhæſérunt regi ſuo à Jordáne uſque Jerúſalem. Dixit autem rex Amaſæ: Cónvoca mihi omnes viros Juda in diem tértium, & tu adeſto præſens. Abiit ergo Amaſa ut convocáret Judam, & morátus eſt extra plácitum quod ei conſtitúerat rex. Ait autem David ad Abíſaï: Nunc magis afflictúrus eſt nos Seba filius Bochri quàm Abſalom: tolle ígitur ſervos dómini tui, & perſéquere eum, ne fortè invéniat civitátes munítas, & effúgiat nos. Egreſſi ſunt ergo cum eo viri Joab, Cérethi quoque & Phélethi: & omnes robuſti exiérunt de Jerúſalem ad perſequendum Se-

ba filium Bochri. Tu autem.

℟. Quómodo. 334.

LECTIO II. *v.* 8.

Amaſa occiditur.

CUmque illi eſſent juxta lápidē grandem qui eſt in Gábaon, Amaſa véniens occurrit eis. Porrò Joab veſtítus erat túnicâ ſtrictâ ad mensúram hábitûs ſui, & déſuper accinctus gládio dependente uſque ad ília, in vagína, qui fabricátus levi motu égredi póterat, & percútere. Dixit ítaque Joab ad Amaſam: Salve, mi frater. Et ténuit manu déxterâ mentum Amaſæ, quaſi óſculans eum. Porrò Amaſa non obſervávit gládium quem habébat Joab, qui percuſſit eum in látere, & effúdit inteſtína ejus in terram, nec ſecundum vulnus appóſuit, & mórtuus eſt. Joab autem & Abíſaï frater ejus perſecúti ſunt Seba filium Bochri. Intéreà quidam viri, cùm ſtetiſſent juxta cadáver Amaſæ, de sóciis Joab, dixérunt: Ecce qui eſſe vóluit pro Joab comes David. Amaſa autem conſperſus sánguine jacébat in média via. Amóto ergo illo, tranſíbat omnis vir ſequens Joab ad perſequendum Seba filium Bochri.

℟. In Deo, *pag.* 334.

LECTIO III. *v*

Mors Seba.

POrrò Seba tran
per omnes tribu
raël in Abelam &
máacha : omneſque
electi congregáti fu
ad eum. Venérunt ita
& oppugnábant eu
Abela & in Beth
cha, & circumded
munitiónibus civitá
& obſeſſa eſt urbs
nis autem turba, qu
cum Joab, moliebár
ſtrúere muros. Et
clamávit múlier sápie
civitáte: Audíte, a
dícite Joab: Approp
huc, & loquar t
Qui cùm acceſſiſſ
eam, ait illi: Tu es
Et ille reſpondit:
Rurſumque illa, Se
inquit, dicebátur i
ri provérbio: Qui
rogant, intérrogent
la: & ſic perfici
Nonne ego ſum qu
póndeo veritátem i
raël, & tu quæris ſ
tere civitátem, &
tere matrem in Iſ
Quare præcípitas h
tátem Dómini? Re
denique Joab, ait
ſit, abſit hoc à me
præcípito, neque
lior. Non ſic ſe
res; ſed homo de
Ephraïm Seba, fili
chri cognómine, l
manum ſuam cont

gem David : trádite illum ſolum, & recedémus à civitáte. Et ait múlier ad Joab : Ecce caput ejus mittétur ad te per murum. Ingreſſa eſt ergo ad omnem pópulum, & locúta eſt eis ſapienter : qui abſciſſum caput Seba filii Bochri projecérunt ad Joab ; & ille cécinit tubâ, & receſſérunt ab urbe, unuſquiſque in tabernácula ſua : Joab autem reverſus eſt Jeruſalem ad regem.

℟. Rénuit, *pag.* 335.

CANON.

Ex Concílio Venético.

An. 465. *Can.* 14.

CLéricus quem intra muros civitátis ſuæ manére conſtiterit, & à Matutínis Hymnis ſine probábili excuſatióne ægritúdinis inventus fúerit defuiſſe, ſeptem diébus à communióne habeátur extráneus.

FERIA SEXTA.

De libro ſecundo Regum.

Lectio I. *Cap.* 21. 1.

Fames in pœnam perfidiæ adversùs Gabaonitas.

FActa eſt fames in diébus David tribus annis júgiter : & consúluit David oráculum Dómini. Dixitque Dóminus : Propter Saül, & domum ejus ſánguinum, quia occídit Gabaoníτas. Dixit ergo David ad Gabaonítas : Quid fáciam vobis ? & quod erit veſtri piáculum, ut benedicátis hæreditáti Dómini ? Dixeruntque ei Gabaonítæ : Non eſt nobis ſuper argento & auro quæſtio, ſed contra Saül, & contra domum ejus. Dentur nobis ſeptem viri de filiis ejus, ut crucifigámus eos Dómino in Gábaa Saül, quondam electi Dómini. Et ait rex : Ego dabo. Et dedit eos in manus Gabaonitárum : qui crucifixérunt eos in monte coram Dómino.

℟. Dilexi, *pag.* 336.

Lectio II. *v.* 10.

Pietas Reſpha.

TOllens autem Reſpha filia Aia cilícium, ſubſtrávit ſibi ſupra petram, ab inítio meſſis, donec ſtilláret aqua ſuper eos de cœlo : & non dimíſit aves laceráre eos per diem, neque béſtias per noctem. Et nuntiáta ſunt David quæ fécerat Reſpha, filia Aía, concubína Saül. Et ábiit David, & tulit oſſa Saül, & oſſa Jónathæ filii ejus, à viris Jabes Gálaad : qui furáti fúerant ea de pláτea Bethſan, in qua ſuſpénderant eos Philiſthiim, cùm interfeciſſent Saül in Gélboë : & aſportávit inde oſſa Saül, & oſſa Jónathæ fílii ejus : & colligentes oſſa eórum qui

LECTIO III. *v.* 17.

Scripta eſt manu Dei.

AD fuſcinulas quoque & phíalas & thuríbula, ex auro puríſſimo, & leúnculos áureos, pro qualitáte mensúræ pondus diſtribuit in leúnculum & leúnculum; ſimíliter & in leónes argénteos diverſum argenti pondus ſeparávit: altári autem in quo adolétur incenſum, aurum puríſſimum dedit; ut ex ipſo fieret ſimilitúdo quadrígæ chérubim, extendéntium alas, & velántium arcam fœderis Dómini. Omnia, inquit, invenérunt ſcripta manu Dómini ad me, ut intellígerẽ univerſa ópera exempláris. Dixit quoque David Salomóni filio ſuo: Viríliter age, & confortáre, & fac: ne tímeas, & ne páveas; Dóminus enim Deus meus tecum erit, & non dimittet te, nec derelinquet, donec perfícias omne opus miniſtérii domûs Dómini. Ecce diviſiónes Sacerdótum & Levitárum, in omne miniſtérium domûs Dómini aſſiſtunt tibi & paráti ſunt, & novérunt tam príncipes quàm pópulus fácere ómnia præcepta tua.

℟. *iij.* Bonum faciéntes non deficiámus; témpore enim ſuo metémus non deficientes; * Ergo dum tempus habémus; † Operémur bonum. *Gal.* 6. *v.* 9. 10. ℣. Breves dies hóminis ſunt. *Job.* 14. *v.* 5. * Ergo. ℣. Glória. † Operémur.

IN II. NOCTURNO.

Sermo Davídis Prophétæ ad Salomónem, & ad Príncipes Iſraël.

LECTIO IV. I. *Paral. c.* 22. *v.* 7.

Salomon ædificaturus Templum.

FIli mi, voluntátis meæ fuit ut ædificárẽ domũ nómini Dñi Dei mei. Sed factus eſt ſermo Dñi ad me, dicens: Multum ſánguinem effudiſti, & plúrima bella bellaſti: non póteris ædificáre domum nómini meo, tanto effúſo ſánguine coram me. Fílius qui naſcétur tibi, erit vir quietíſſimus: fáciam enim eum requiéſcere ab ómnibus inimícis ſuis per circúitum; & ob hanc cauſam Pacíficus vocábitur, & pacem & ótium dabo in Iſraël cunctis diébus ejus. Ipſe ædificábit domum nómini meo, & ipſe erit mihi in filium: & ego ero illi in patrem: firmabóque ſólium regni ejus ſuper Iſraël in ætérnum. Nunc ergo, fili mi, ſit Dóminus tecum, & proſperáre, & ædifica domum Dómino Deo tuo, ſicut locútus eſt de te. Det quo-

ominus prudén-
ſum, ut régere
l, & cuſtodire
mini Dei tui.
n proficere pó-
ſtodieris man-
icia, quæ præ-
inus Móyſi ut
aël: confortá-
ter age, ne tí-
ie páveas.
i ſpíritu víví-
tu & ambulé-
Non efficiámur
iæ cúpidi, ín-
vocantes, ín-
dentes. *Gal.* 5.
Mélior eſt pá-
forti; & qui
ánimo ſuo,
e úrbiũ. *Prov.*
* Non.
O V. *v.* 15.
r Iſraëlitæ ad
ricam.
quoque plúri-
artífices, láto-
mentários, ar-
lignórum, &
tium ad facien-
rudentíſſimos,
argento & ære
cujus non eſt
urge ígitur, &
it Dóminus te-
cépit quoque
tis princípibus
adjuvárent Sa-
fílium ſuum:
nquiens, quòd
Deus veſter vo-
, & déderit vo-
n per circúitum,

& tradíderit omnes inimícos veſtros in manus veſtras, & ſubjecta ſit terra coram Dómino, & coram pópulo ejus. Præbéte ígitur corda veſtra & ánimas veſtras, ut quærátis Dóminum Deum veſtrum: & conſúrgite, & ædificáte ſanctuárium Dómino Deo, ut introducátur arca fœderis Dómini, & vaſa Dómino conſecráta, in domum quæ ædificátur nómini Dómini.

℟. *v.* Benedictus es, Dómine, Deus Iſraël patris noſtri: * Tua eſt, Dómine, magnificéntia, & poténtia, & glória. 1. *Par.* 29. *v.* 10. ℣. Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. 1. *Cor.* 1. *v.* 31. * Tua.

LECTIO VI. *Cap.* 28. *v.* 2.

Templum domus Dei.

Audite me, fratres mei, & pópulus meus: Cogitávi ut ædificárem domum in qua requiéſceret arca fœderis Dómini, & ſcabellum pedum Dei noſtri: & ad ædificandum, ómnia præparávi. Deus autem dixit mihi: Non ædificábis domum nómini meo, eò quòd ſis vir bellátor, & sánguinem fúderis. Sed elégit Dóminus Deus Iſraël me de univerſa domo patris mei, ut eſſem rex

ſuper Iſraël in ſempiternum: de Juda enim elégit príncipes: porrò de domo Juda, domum patris mei: & de filiis patris mei, plácuit ei ut me elígeret regem ſuper cunctum Iſraël. Sed & de filiis meis (filios enim mihi multos dedit Dóminus) elégit Salomónem filium meum, ut ſedéret in throno regni Dómini ſuper Iſraël; dixitque mihi: Sálomon filius tuus ædificábit domum meam & átria mea: ipſum enim elégi mihi in filium, & ego ero ei in patrem; & firmábo regnum ejus uſque in æternum, ſi perſeveráverit fácere præcepta mea, & judícia, ſicut & hódiè. Nunc ergo coram univerſo cœtu Iſraël, audiente Deo noſtro, cuſtodíte, & perquírite cuncta mandáta Dómini Dei noſtri: ut poſſideátis terram bonam, & relinquátis eam filiis veſtris poſt vos uſque in ſempiternum.

℟. vj. Bonitátem feciſti cum ſervo tuo, Dómine, ſecundùm verbum tuum: * Bonitátem & diſciplínam & ſciéntiam doce me, † Quia mandátis tuis crédidi. *Pſal.* 118. *v.* 65. ℣. Credo, Dómine, ádjuva incredulitátem meam. *Marc.* 9. *v.* 23. * Bonitátem. ℣. Glória Patri & Filio. † Quia.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola prima beáti Petri Apóſtoli.

LECTIO VII. *Cap.* 2. *v.* 4.

Fideles ſunt domus ſpiritualis.

AD Chriſtum accedentes lápidem vivum, ab homínibus quidem reprobátum, à Deo autem electum & honorificátum, & ipſi tamquam lápides vivi ſuperædificámini domus ſpirituális, ſacerdótium ſanctum, offerre ſpirituáles hóſtias, acceptábiles Deo per Jeſum Chriſtū; propter quod cóntinet Scriptúra, Ecce pono in Sion lápidem ſummum, anguláren, electum, pretióſum; & qui crediderit in eum, non confundétur.

℟. vij. Dómine, quid eſt homo, quia innotuiſti ei? aut filius hóminis, quia réputas eum? * Homo vanitáti símilis factus eſt; dies ejus ſicut umbra prætéreunt. *Pſ.* 143. *v.* 3. 4. ℣. Quid eſt homo, Dómine, quòd memor es ejus? *Hebr.* 2. 6. * Homo.

LECTIO VIII. *Cap.* 2. *v.* 7.

Fideles regale Sacerdotium.

VObis ígitur honor credéntibus, non credéntibus autem lapis quem reprobavérunt ædificantes, hic factus eſt in ca

put ánguli, & lapis offenſiónis & petra ſcándali, his qui offendunt verbo, nec credunt, in quo & póſiti ſunt. Vos autem genus electum, regále Sacerdótium, gens ſancta, pópulus acquiſitiónis, ut virtútes annuntiétis ejus qui de ténebris vos vocávit in admirábile lumen ſuum; qui aliquandò non pópulus, nunc autem pópulus Dei.

℟. viij. Dómine Deus noſter, * Poſſedérunt nos dómini abſque te; tantùm in te recordémur nóminis tui. *Iſ.* 26. *v.* 13. ℣. Dómine, adauge nobis fidem. *Luc.* 17. 15. * Poſſedérunt.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO IX. *c.* 18. *v.* 9.

Superbus condemnatus, humilis juſtificatus.

IN illo témpore; Dixit Jeſus ad quoſdam, qui in ſe confidébant tamquam juſti, & aſpernabantur cæteros, parábolam iſtam: Duo hómines aſcendérunt in templū ut orárent: unus Phariſæus, & alter Publicánus. Et réliqua.

Homilía ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

En. 2. *in Pſ.* 31. §. 10. 11.

QUi vult fortis eſſe, velut præsúmens de ſe & jactans mérita ſua, qualiacumque illa ſint, erit ſímilis Phariſæo illi, qui quod à Deo ſe dicébat accípere, ſuperbè tamen jactábat. Grátias, inquit, tibi. Atténdite, fratres mei, quale genus ſupérbiæ commendet Deus: verè quale poteſt ſubintráre juſto hómini, quale poteſt ſubrípere étiam bonæ ſpei viro. Grátias tibi, dicébat. Ergo, cùm dicébat, Grátias tibi, fatebátur ab illo ſe accepiſſe, quod habébat. Quid enim habes quod non accepiſti? Ergo, Grátias tibi ago, dixit: Grátias tibi ago, quia non ſum ſicut cæteri hómines, raptóres, injuſti, adúlteri, ſicut & publicánus iſte. Unde ergo ſuperbus? Non quia de bonis ſuis Deo grátias agébat, ſed quia ſuper álterum ſe de ipſis bonis extollébat... Unde ſuperbus? Quia ſpernébat cæteros. Unde probas? In ipſis verbis. Quómodo? Phariſæus, inquit, ille contempſit de longè ſtantem, cui Deus confitenti propinquábat. Publicánus, inquit, de longinquo ſtabat: ſed Deus ad illum de longinquo non ſtabat. Quare Deus ab illo de longinquo non ſtabat? quia álio loco dícitur: Prope eſt Dóminus his qui obtrivérunt cor. Publicánus de lon-

ginquo ſtabat, & neque volébat ad cœlum óculos ſuos leváre, ſed percutiébat pectus ſuum. Tónſio péctoris, obrrítio cordis. Quid dicébat tundens pectus? Deus, propítius eſto mihi peccatóri. Et quid ſenténtiæ Dóminus? Amen dico vobis: deſcendit juſtificátus de Templo publicánus ille, magis quàm ille Phariſæus.

℞. *ix.* Humílium & manſuetórum ſemper tibi plácuit deprecátio, Deus cœlórum, Creátor aquárum, & Dóminus totíus creatúræ; * Exaudi me deprecantem, & de tua miſericórdia præſumentem. *Judith.* 9. *v.* 16. 17. ℣. Deus, propítius eſto mihi peccatóri. *Luc.* 18. *v.* 13. * Exaudi. ℣. Glória. * Exaudi.

Ad Benedict. *Ant.* 2. D. Publicánus à longè ſtans, percutiébat pectus ſuum, dicens: Deus, propítius eſto mihi peccatóri. *Luc.* 18. *v.* 13.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui omnipoténtiam tuam, parcendo máximè & miſerando manifeſtas: multíplica ſuper nos miſericórdiam tuam; ut, ad tua promiſſa currentes, cœléſtium bonórum fácias eſſe conſortes; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

CANO

Ex Statútis Syn
Diœcéſis Garcaſſ
Anno 1315. C

CUm vétera St
colendis feſti
bus Domínicis, r
ſerventur à plúrib
pter negligéntiam
rum; præcípimus
túte ſanctæ obe
Sacerdótibus par
bus, & mandámu
parochiános ſuos
delinquentes ad
tant, vel nómi
rum; ut táliter c
tur quòd ſint cæte
plum.

Ad Magníſic. A
Omnis qui ſe exal
miliábitur: & qu
míliat, exaltábit
18. 14.

Oratio, ut ſup

FERIA SEC

Incipit liber t
Regum.

LECTIO I. *Cap.*
Abiſag Sunam

ET rex David ſ
habebatque æ
rimos dies: cum
rirétur véſtibus,
leſiébat. Dixérun
ſervi ſui: Quærá
mino noſtro reg
céntulam vírgin
ſtet coram rege,
eum, dormiatqu
ſuo, & calefácia
num noſtrum reg
ſiérunt ígitur adol

lam ſpecióſam in ómnibus finibus Iſraël, & invenérunt Abiſag Sunamítidem, & adduxérunt eam ad regem. Erat autem puella pulchra nimis, dormiebatque cum rege, & miniſtrábat ei; rex verò non cognóvit eam. Adónias autem filius Haggith elevabátur, dicens: Ego regnábo. Fecitque ſibi currus & équites, & quinquaginta viros qui curreṛent ante eum. Nec corrípuit eum pater ſuus aliquándò, dicens: Quare hoc feciſti? Erat autem & ipſe pulcher valdè, ſecundus natu poſt Abſalom.

℟. Concupiſcit, *pag.* 351.

LECTIO II. *v.* 7.

Conſilium Nathan.

ET ſermo ei cum Joab filio Sárviæ, & cum Abíathar Sacerdóte, qui adjuvábant partes Adóniæ. Sadoc verò Sacerdos, & Banáias filius Joiadæ, & Nathan prophéta, & Séměï & Rei, & robur exércitûs David, non erat cum Adónia. Immolátis ergo Adónias aniétibus & vítulis, & univerſis pinguibus, juxta lápidem Zóheleth, qui erat vicínus fonti Rogel, vocávit univerſos fratres ſuos filios regis, & omnes viros Juda ſervos regis: Nathan autem prophétam, & Banáiam, & robuſtos quoſque, & Salomónem fratrem ſuum, non vocávit. Dixit ítaque Nathan ad Bethſabée matrem Salomónis: Num audiſti, quòd regnáverit Adónias filius Haggith, & dóminus noſter David hoc ignórat? Nunc ergo veni, áccipe consilium à me, & ſalva ánimam tuam, filiíque tui Salomónis. Vade, & ingrédere ad regem David, & dic ei: Nonne tu, dómine mi rex, juraſti mihi ancillæ tuæ, dicens: Sálomon filius tuus regnábit poſt me, & ipſe ſedébit in sólio meo? quare ergo regnat Adónias? Et adhuc ibi te loquente cum rege, ego véniã poſt te, & complébo ſermones tuos.

℟. Duo, *pag.* 351.

LECTIO III. *v.* 15.

Bethſabee cum Rege.

INgreſſa eſt ítaque Bethſabée ad regem in cubículum: rex autem ſenúerat nimis, & Abiſag Sunamitis miniſtrábat ei. Inclinávit ſe Bethſabée, & adorávit regem. Ad quam rex, Quid tibi, inquit, vis? Quæ reſpondens, ait: Dómine mi, tu juraſti per Dóminum Deum tuũ ancillæ tuæ: Sálomon fílius tuus regnábit poſt me, & ipſe ſedébit in só-

búccinâ, & dixit omnis pópulus : Vivat rex Sálomon. Et aſcendit univerſa multitúdo poſt eum, & pópulus canéntium tíbiis, & lætántium gáudio magno, & insónuit terra à clamóre eórum. Audívit autem Adónias, & omnes qui invitáti fúerant ab eo, jamque convívium finítum erat : ſed & Joab, audítâ voce tubæ, ait : Quid ſibi vult clamor civitátis tumultuantis ? Adhuc illo loquente, Jónathas filius Abíathar Sacerdótis venit : cui dixit Adónias : Ingrédere, quia vir fortis es, & bona núntians.

℟. Dómine, *pag.* 354.

LECTIO II. *v.* 45.

Rem refert Jonathas.

RESpondítque Jónathas Adóniæ : Nequáquam : Dóminus enim noſter rex David regem conſtítuit Salomónem ; miſitque cum eo Sadoc Sacerdótem, & Nathan prophétam, & Banáiam filium Joíadæ, & Cérethi & Phélethi, & impoſuérunt eum ſuper mulam regis. Unxerúntque eum Sadoc Sacerdos & Nathan prophéta regem in Gihon : & aſcendérunt inde lætantes, & insónuit cívitas. Hæc eſt vox, quam audiſtis. Sed & Sálomon ſedet ſuper sólium regni. Et ingreſſi ſervi regis benedixérunt dómino noſtro regi David, dicentes : Amplíficet Deus nomen Salomónis ſuper nomen tuum, & magníficet thronum ejus ſuper thronum tuum. Et adorávit rex in léctulo ſuo : Et locútus eſt : Benedíctus Dóminus Deus Iſraël, qui dedit hódie ſedentem in sólio meo, vidéntibus óculis meis.

℟. Dómine Deus. 355.

LECTIO III. *v.* 49.

Omnes territi.

TErriti ſunt ergo, & ſurrexérunt omnes qui invitáti fúerant ab Adónia, & ivit unuſquiſque in viam ſuam. Adónias autem timens Salomónem, ſurrexit, & ábiit, tenuítque cornu altáris. Et nuntiavérunt Salomóni, dicentes : Ecce Adónias timens regem Salomónem, ténuit cornu altáris, dicens : Juret mihi rex Sálomon hódie, quòd non interfíciat ſervum ſuum gládio. Dixítque Sálomon : Si fúerit vir bonus, non cadet ne unus quidem capillus ejus in terram : ſin autem malum inventum fúerit in eo, moriétur. Miſit ergo rex Sálomon, & eduxit eum ab altári : & ingreſſus adorávit regem Salomónem ; dixítque ei Sálomon :

Vade in domum

ſumílium, p. 356.

A N O N.

ıcílio Bituricenſi.

34. tit. 34. Can. 9.

ıónici convenien-
. ad Capítula, pri-
aſtent de celebra-
ivíni Offiˇii, &
ıque defectus de-
:ium córrigant:
temporálibus ne-
tátuant.

A QUINTA.

ro tértio Regum.

I. Cap. 2. v. 1.

epta Davidis.

propinquavérunt
urem dies David
rétur, præcepitque
ni filio ſuo, di-
go ingrédior viam
e terræ: confor-
: eſto vir. Et ob-
uſtódias Dómini
, ut ámbules in
s, ut cuſtódias cæ-
ıs ejus, & præcepta
judícia, & teſti-
ſicut ſcriptum eſt
Móyſi: ut intél-
uiverſa quæ facis,
cumque te vérte-
cónfirmet Dómi-
nónes ſuos, quos
eſt de me, di-
i cuſtodíerint filii
ſuas, & ambulá-
orain me in veri-
ı omni corde ſuo
ımni ánima ſua,
ferétur tibi vir de
ſtro. Carc.

ſólio Iſraël. Tu quoque noſti quæ fécerit mihi Joab filius Sárviæ, quæ fécerit duóbus principibus exércitûs Iſraël, Abner filio Ner, & Amaſæ filio Jether: quos occídit, & effúdit sánguinem belli in pace, & póſuit cruórem prælii in bálteo ſuo, qui erat circa lumbos ejus, & in calceamento ſuo, quod erat in pédibus ejus. Fácies ergo juxta ſapiéntiam tuam; & non dedúces canítiem ejus pacíficè ad ínferos.

℟. Concupiſcit, pag. 351.

LECTIO II. v. 7.

Mors Davidis.

SEd & filiis Berzéllai Galaaditis reddes grátiam, eruntque comedentes in menſa tua: occurrérunt enim mihi quando fugiébam a fácie Abſalom fratris tui. Habes quoque apud te Sémei filium Gera filii Jémini de Báhurim, qui maledixit mihi maledictióne péſſimâ, quando ibam ad Caſtra: ſed quia deſcendit mihi in occurſum cùm transírem Jordánem, & jurávi ei per Dóminum, dicens: Non te interfíciam gládio. Tu noli pati eum eſſe innóxium. Vir autem ſápiens es, ut ſcias quæ fácies ei, deduceſque canos ejus cum ſán-

ginta tribus. Sálomon autem ſedit ſuper thronum David patris ſui, & firmátum eſt regnum ejus nimis.

℟. Duo, *pag.* 351.

LECTIO III. *v.* 13.

Adonias apud matrem Salomonis.

ET ingreſſus eſt Adónias filius Haggith ad Bethſabée matrem Salomónis. Quæ dixit ei: Pacificuſne eſt ingreſſus tuus? Qui reſpondit: Pacíficus. Addiditque: Sermo mihi eſt ad te. Cui ait: Lóquere. Et ille: Tu, inquit, noſti, quia meum erat regnum, & me præpoſúerat omnis Iſraël ſibi in regem: ſed tranſlátum eſt regnum, & factum eſt fratris mei: à Dómino enim conſtitútum eſt ei. Nunc ergo petitiónem unam precor a te; ne

OBtinéntibus
thedrálibus
Collegiátis, Dign
canonicátus, præ
aut portiónes, n
vigóre cujúſlibet
aut conſuetúdinis
tres menſes ab
Ecclésiis, quólibe
abeſſe: ſalvis ni
nus eárum Eccl
conſtitutiónibus,
gius ſervítii tem
quírunt.

FERIA SEX

De libro tértio

LECTIO I. *Cap.*

Bethſabee apud
nem.

VEnit ergo Be
ad regem S
nem, ut loquer
pro Adónia; &
rex in occurſum
adoravitque eam
dit ſuper thronum
poſituſque eſt thro

: avertam fáciem
Quæ ait : Detur
unamítis Adóniæ
o uxor. Reſpon-
ex Sálomon, &
tri ſuæ : Quare
Abiſag Sunamí-
dóniæ ? Póſtula
gnum : ipſe eſt
ater meus major
: habet Abíathar
em, & Joab fi-
rviæ. Jurávit ita-
Sálomon per Dó-
, dicens : Hæc fá-
i Deus, & hæc
quia contra áni-
uam locútus eſt
; verbum hoc. Et
it Dóminus, qui
: me, & collocá-
ſuper ſólium Da-
ris mei, & qui
hi domum, ſicut
eſt, quia hódie
r Adónias.
i ſpíritu, *pag.*

IO II. *v.* 25.
thar & Joab.
ſit rex Sálomon
er manum Banáiæ
iadæ, qui inter-
m, & mórtuus
íathar quoque Sa-
dixit rex : Vade
thoth ad agrum
équidem vir mor-
ſed hódie te non
iam, quia portaſti
Dómini Dei co-
avid patre meo,
nuiſti labórem in
ómnibus in quibus laborávit pater meus. Ejécit ergo Salomon Abiathar, ut non eſſet Sacerdos Dómini, ut implerétur ſermo Dómini, quem locútus eſt ſuper domum Heli in Silo. Venit autem núntius ad Joab, quòd Joab declinaſſet poſt Adóniam, & poſt Salomónem non declinaſſet : fugit ergo Joab in tabernáculum Dómini, & apprehendit cornu altáris. Nuntiatumque eſt regi Salomóni, quòd fugiſſet Joab in tabernáculum Dómini, & eſſet juxta altáre, miſitque Sálomon Banáiam filium Joiadæ, dicens : Vade, intérfice eum.

℟. Benedictus es, Dómine, *pag.* 353.

LECTIO III. *v.* 30.
Joab interfectus.

ET venit Banáias ad tabernáculum Dómini, & dixit ei : Hæc dicit rex : Egrédere. Qui ait : Non egrédiar, ſed hîc móriar. Renuntiávit Banáias regi ſermónem, dicens : Hæc locútus eſt Joab, & hæc reſpondit mihi. Dixitque ei rex : Fac ſicut locútus eſt : & intérfice eum, & ſépeli, & amovébis ſánguinem innocentem, qui effúſus eſt à Joab, à me, & à domo patris mei. Et red-

det Dóminus sánguinem ejus ſuper caput ejus, quia interfécit duos viros juſtos, melioreſque ſe; & occídit eos gládio, patre meo David ignorante, Abner filium Ner príncipem milítiæ Iſraël, & Amaſam filium Jether, príncipem exércitûs Juda: & revertétur ſanguis illórum in caput Joab, & in caput séminis ejus in ſempiternum. David autem & sémini ejus, & dómui, & throno illíus, ſit pax uſque in æternum à Dómino. Aſcendit ítaque Banáias filius Joíadæ, & aggreſſus eum interfécit; ſepultuſque eſt in domo ſua in deſerto. Et conſtítuit rex Banáiam filium Joíadæ pro eo ſuper exércitum, & Sadoc Sacerdótem póſuit pro Abíathar.

℟. Bonitátem, *pag.* 354.

CANON.

Ex Concílio Turonenſi. *An.* 1583. *de Capitulis & Canonicis.*

Divínis Officiis peractis, Canónicos, præſertim Eccleſiarum Cathedrálium, qui Epiſcopi conſiliórum nómine decorantur, oportet libros præſertim ſacros légere, non verò huc & illuc diſcúrrere & vagári, aut déſides eſſe: multùm enim reipúblicæ Chriſti tereſt, ut ſint in viri docti qui cæ juſtítiam & pietát vítent & erúdiant

SABBAT

De libro tértio I

Lectio I. *Cap.* 2.

Præceptum datum

Miſit quoque vocávit Sém xitque ei; Ædífi domum in Jerúſal hábita ibi; & noi diéris inde huc a luc. Quâcumque die egreſſus fúer transíeris torrent dron, ſcito te inte dum; ſanguis tu ſuper caput tuum. que Sémëi regi: ſermo; ſicut locú dóminus meus re: fáciet ſervus tuus. távit itaque Sémei rúſalem diébus Factum eſt auten annos tres, ut fi ſervi Sémeï ad Ac lium Máacha regen nuntiatumque eſt quòd ſervi ejus iſ Geth. Et ſurrexit & ſtravit áſinum ivitque ad Achis i ad requirendum ſuos, & adduxit Geth.

Lectio II. *v.*

Interficitur.

Nuntiátum eſt Salomóni, q

ſet Sémeï in Geth de Jerúſalem, & rediiſſet. Et mittens vocávit eum, dixitque illi: Nonne teſtificátus ſum tibi per Dóminum, & prædixi tibi: Quâcumque die egreſſus, ieris huc & illuc, ſcito te eſſe moritúrum? Et reſpondiſti mihi: Bonus ſermo quem audivi. Quare ergo non cuſtodiſti jusjurandum Dómini, & præceptum quod præcéperam tibi? Dixitque rex ad Sémeï: Tu noſti omne malum, cujus tibi cónſcium eſt cor tuum, quod feciſti David patri meo: réddidit Dóminus malítiam tuam in caput tuum. Et rex Sálomon benedíctus, & thronus David erit ſtábilis coram Dómino uſque in ſempitérnum. Juſſit itaque rex Banáiæ filio Joíadæ; qui egreſſus, percuſſit eum, & mórtuus eſt. Tu autem.

LECTIO III. *Cap. 3. v. 1.*

Deſponſatur Salomon.

CONfirmátum eſt ígitur regnum in manu Salomónis, & affinitáte conjúnctus eſt Pharaóni regi Ægypti: accépit namque filiam ejus, & adduxit in civitátem David, donec compléret ædíficans domum ſuam & domum Dómini, & murum Jerúſalem per circúitum. Attamen pópulus immolábat in excelſis: non enim ædificátum erat templum nómini Dómini uſque in diem illum. Diléxit autem Sálomon Dóminum, ámbulans in præceptis David patris ſui, excepto quòd in excelſis immolábat, & accendébat thymíama. Abiit itaque in Gábaon, ut immoláret ibi: illud quippe erat excelſum máximum: mille hóſtias in holocauſtum óbtulit Sálomon ſuper altáre illud in Gábaon. Tu autem, Dómine, miſerére noſtri.

CANON.

Ex Concílio Remenſi.
An. 1583. *de Capitulis & Canonicis, num.* 12.

PAcis ubique ſint amantes Canónici, nec cum Epíſcopis animosè contendant, vel ſuperbè reſpóndeant; ſed illis honórem & reveréntiam, cum ſumma modéſtia exhíbeant: & ſi quæ lites inter ſe ſuboríri cœperint, utríque amícè compónant.

Ad Magnífic. *Ant.* 8. *G.* Poſt David ſurrexit filius ſensátus, & propter illum dejécit omnem poténtiam inimicórum. *Eccli.* 47. 14.

Oratio, infrà ad Laudes.

A[...]minus Salomoni per sómnium nocte, dicens. Póſtula quod vis ut dem tibi. Et ait Sálomon: Tu feciſti cum ſervo tuo David patre meo miſericórdiam magnam, ſicut ambulávit in conſpectu tuo in veritáte, & juſtítia, & recto corde tecum: cuſtodiſti ei miſericórdiam tuam grandem, & dediſti ei fílium ſedentem ſuper thronum ejus ſicut eſt hódie. Et nunc, Dómine Deus, tu regnáre feciſti ſervum tuum pro David patre meo: ego autem ſum puer párvulus, & ignórans egreſſum & intróitum meum. Et ſervus tuus in médio eſt pópuli quem elegiſti, pópuli infiníti, qui numerári & ſupputári non poteſt præ multitúdine. Dabis ergo ſervo tuo cor dócile, ut

℣. Sermo tuus
eſt. *Joan.* 17. *v.* 1
rige me.

LECTIO II.

Concedit D

ET dixit Dóm
lomóni: Qu
laſti verbum hoc
petiſti tibi dies
nec divítias, au
inimicórum tuó
poſtulaſti tibi ſa
ad diſcernendu
cium: ecce fec
cundùm ſermón
& dedi tibi co
& intélligens, i
ut nullus ante t
tuî fúerit, nec p
rectúrus ſit. Sed
quæ non poſtula
tibi: divítias ſ
glóriam, ut ne
ſímilis tuî in
cunctis retrò d
autem ambuláve
meis, & cuſtod
cepta mea &

fœderis Dómini, & óbtulit holocauſta, & fecit víctimas pacíficas, & grande convivium univerſis ſámulis ſuis.

℟. ij. Dómine, ad te confúgi: * Doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu. *Pſal.* 142. *v.* 9. ℣. Pater, non mea volunras, ſed tua fiat. *Luc.* 22. *v.* 42. * Doce me.

Lectio III. *Cap.* 4. *v.* 25.

Sapientia Salomonis.

HAbitabatque Juda & Iſraël abſque timóre ullo, unuſquiſque ſub vite ſua & ſub ficu ſua, à Dan uſque Berſabée, cunctis diébus Salomónis. Et habébat Sálomon quadraginta míllia præſépia equórum currílium, & duódecim míllia equéſtrium. Nutriebántque eos ſupradicti regis præfecti; ſed & neceſſária menſæ regis Salomónis, cum ingenti cura præbébant in témpore ſuo. Hórdeum quoque & páleas equórum & jumentórum deferébant in locum ubi erat rex, juxta conſtitútum ſibi. Dedit quoque Deus ſapiéntiam Salomóni, & prudéntiam multam nimis, & latitúdinem cordis, quaſi arénam quæ eſt in líttore maris. Et præcedébat ſapiéntia Salomónis ſapiéntiam ómnium Orientálium & Ægyptiórum, & erat ſapiéntior cunctis homínibus: ſapiéntior Ethan Ezrahítâ, & Heman, & Chalcol, & Dorda, fíliis Mahol: & erat nominátus in univerſis géntibus per circúitum. Locútus eſt quoque Sálomon tria míllia parábolas; & fuérunt cármina ejus quinque & mille.

℟. iij. Deus cœlórum, Creátor aquárum, & Dóminus totíus creatúræ, * Da verbum in ore meo, & in corde meo † Consílium corróbora. *Judith.* 9. 17. 18. ℣. Magiſter bone, quid fáciam ut vitam ætérnam percípiam? *Marc.* 10. *v.* 17. * Da verbum. ℣. Glória Patri. † Consílium.

IN II. NOCTURNO.

De libro Sapiéntiæ.

Lectio IV. *Cap.* 7. *v.* 7.

Salomon ſapientiam præpoſuit regno.

OPtávi, & datus eſt mihi ſenſus; & invocávi, & venit in me ſpíritus ſapiéntiæ: & præpóſui illam regnis & ſédibus, & divítias nihil eſſe duxi in comparatióne illíus. Nec comparávi illi lápidem pretióſum: quóniam omne aurum in comparatióne illíus aréna eſt exígua, & tamquam

lutum æſtimábitur argentum in conſpectu illíus. Super ſalútem & ſpéciem dilexi illã, & propóſui pro luce habére illam : quóniam inextinguíbile eſt lumen illíus. Venérunt autem mihi ómnia bona páriter cum illa, & innumerábilis honeſtas per manus illíus. Et lætátus ſum in ómnibus : quóniam antecedébat me iſta ſapiéntia, & ignorábam quóniam horum ómnium mater eſt. Quam ſine fictióne dídici, & ſine invídia commúnico, & honeſtátem illíus non abſcondo. Infinítus enim theſaurus eſt homínibus : quo qui uſi ſunt, partícipes facti ſunt amicítiæ Dei, propter diſciplínæ dona commendáti.

℟. iv. Omnia mandáta tua æquitas, Dómine : * Fiat manus tua ut ſalvet me, quóniam mandáta tua elégi. *Pſal.* 118. *v.* 172. 173. ℣. Quid me oportet fácere ut ſalvus fiam? *Act.* 16. *v.* 30. * Fiat.

De libro Eccleſiáſtici.

Lectio V. *Cap.* 47. *v.* 15.

Salomon pacificus.

SAlomon imperávit in diébus pacis, cui ſubjécit Deus omnes hoſtes, ut cónderet domum in nómine ſuo, & paráret ſanctitátem in ſempitérnum. Quemádmodũ eruditus es in juventúte tua! Et implétus es, quaſi flumen, ſapiéntiâ; & terram retexit ánima tua. Et replеſti in comparatiónibus ænígmata : ad ínſulas longè divulgátum eſt nomen tuũ, & dilectus es in pace tua. In cantilénis & provérbiis, & comparatiónibus, & interpretatiónibus, miratæ ſunt terræ, & in nómine Dómini Dei, cui eſt cognómen, Deus Iſraël. Collegiſti quaſi aurichalcum aurum, & ut plumbum compleſti argentum.

℟. v. Manus tuæ, Dómine, fecérunt me, & plaſmavérunt me; * Da mihi intellectum, & diſcam mandáta tua. *Pſal.* 118. *v.* 73. ℣. Jeſu, Fili David, miſerére mei. *Luc.* 18. *v.* 38. * Da mihi.

Lectio VI. *v.* 21.

Salomonis peccatum & pœna.

INclinaſti fémora tua muliéribus : poteſtátem habuiſti in córpore tuo. Dediſti máculam in glória tua, & profanáſti ſemen tuum indúcere iracúndiam ad líberos tuos, & incitári ſtultítiam tuam, ut fáceres impérium bipartítum, & ex Ephraïm imperáre impérium d[...]

rum. Deus autem non derelinquet miſericórdiam ſuam, & non corrumpet nec delébit ópera ſua, neque perdet à ſtirpe nepótes electi ſui; & ſemen ejus qui díligit Dóminum, non corrumpet. Dedit autem réliquum Jacob, & David de ipſa ſtirpe. Et finem hábuit Sálomon cum pátribus ſuis. Et derelíquit poſt ſe de ſémine ſuo, gentis ſtultítiam, & imminútum à prudéntia, Róboam, qui avertit gentem consílio ſuo: & Jeróboam filium Nabat, qui peccáre fecit Iſraël, & dedit viam peccandi Ephraïm, & plúrima redundavérunt peccáta ipsórum.

℟. vj. Ecce concupívi mandáta tua, Dómine; * In æquitáte tua vivífica me: † Et véniat ſuper me miſericórdia tua. Pſ. 118. v. 40. 41. ℣. Dómine, jube me ad te veníre; Dómine, ſalvum me fac. Matth. 14. v. 28. 30. * In æquitáte. ℣. Glória. † Et véniat.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola prima beáti Pauli Apóſtoli ad Timótheum.

LECTIO VII. Cap. 2. 1.

Pro regibus orandum.

Obſecro primùm ómnium fíeri obſecratiónes, oratiónes, poſtulatiónes, gratiárum actiónes pro ómnibus homínibus, pro régibus & ómnibus qui in ſublimitáte ſunt, ut quiétam & tranquillam vitam agámus, in omni pietáte & caſtitáte. Hoc enim bonum eſt & acceptum coram Salvatóre noſtro Deo, qui omnes hómines vult ſalvos fieri, & ad agnitiónem veritátis veníre.

℟. vij. Signátum eſt ſuper nos lumen vultûs tui, Dómine; * Dediſti lætítiam in corde meo. Pſ. 4. v. 7. ℣. Propter hoc lætátum eſt cor meũ, & exultávit lingua mea. Act. 2. v. 26 * Dediſti.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Titum.

LECTIO VIII. Cap. 3. v. 1.

Principibus obediendum.

Admone illos princípibus & poteſtátibus ſúbditos eſſe, dicto obedíre, ad omne opus bonum parátos eſſe: néminem blaſphemáre, non litigióſos eſſe, ſed modeſtos, omnem oſtendentes manſuetúdinem ad omnes hómines. Erámus enim aliquando & nos inſipientes, incréduli, errantes, ſervientes deſidériis & voluptátibus váriis, in malítia & invídia agentes, odíbiles,

odientes ínvicem. Cùm autem benígnitas & humánitas appáruit Salvatóris noſtri Dei, non ex opéribus juſtitiæ, quæ fécimus nos, ſed ſecundùm ſuam miſericórdiam ſalvos nos fecit, per lavácrum regeneratiónis & renovatiónis Spíritûs Sancti, quem effúdit in nos abundè per Jeſum Chriſtum Salvatórem noſtrum.

℟. *viij.* Magnus es tu, & fáciens mirabília, tu es Deus ſolus: * Deduc me, Dómine, in via tua, & ingrédiar in veritáte tua. *Pſ.* 85. *v.* 10. 11. ℣. Ego ipſe mente ſérvio legi Dei; carne autem, legi peccáti. *Rom.* 7. *v.* 25. * Deduc.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Marcum.

LECTIO IX. *Cap.* 7. *v.* 1.

Surdus & mutus.

IN illo témpore; Exiens Jeſus de finibus Tyri, venit per Sidónem ad mare Galilææ inter médios fines Decapóleos. Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ Preſbyteri.

Inter Homilias æſtivales de Tempore.

SUſpíciens Jeſus in cœlum, ingémuit, & ait illi: Ephphéta, quod eſt, Adaperíre; & ſtatim apertæ ſunt aures ejus, & ſolútum eſt vínculum linguæ ejus. Rectè ſanatúrus ægrótum Dóminus, ſúſpicit in cœlum, & ingémuit; ut ubi nobis ſperanda ſalus, & quâ compunctiónis vel lacrymárum ſit devotióne quærenda ac petenda, ſigníficet. Suſpíciens in cœlum, ingémuit; quia nos, quos ad cœléſtia poſſidénda creávit, longè in terréſtria dejectos eſſe dóluit. Suſpíciens in cœlum, ingémuit; ut nobis, qui à cœléſtibus gáudiis per terréna oblectaménta diſcéſſimus, ad hæc per gémitus & ſuſpíria inſinuáret eſſe redeúndum. Quod autem ait, Ephphéta, id eſt, Adaperíre, propter aures dicit ſanándas, quas súrditas diútina cláuſerat, ſed ad audiéndum jam tactus patefécit ipsíus. Unde, credo, mos increbúerit Eccléſiæ, ut ſacerdótes illíus his quos percipiendis baptiſmi ſacraméntis præparant, priùs inter cætera conſecratiónis exórdia de ſalíva oris ſui nares tangant & aures, dicentes, Ephphéta; ut, abjectis delectatiónibus nóxiis, ſolum Chriſti ſemper amplectántur odórem, & relicto audítu linguæ nequam, áudiant verba Chriſti.

℟. *ix.* Vivífica me,

Dómine, & cuſtódiam ſermónes tuos; * Revéla óculos meos, † Et conſiderábo mirabília de lege tua. *Pſ.* 118. *v.* 17. 18. ℣. Dómine, quid me vis fácere? *Act.* 9. *v.* 6. * Revéla. ℣. Glória. † Et conſiderábo.

Ad Benedict. *Ant.* 3. a. Suſpíciens Jeſus in cœlum, ingémuit, & ait ſurdo: Ephphéta: quod eſt adaperíre; & ſtatim apertæ ſunt aures ejus, & ſolútum eſt vínculum linguæ ejus, & loquebátur rectè. *Marc.* 7. *v.* 34. 35.

Orémus. *Oratio.*

OMnípotens ſempitérne Deus, qui abundántiâ pietátis tuæ, & mérita súpplicum excédis & vota: effunde ſuper nos miſericórdiam tuam; ut dimittas quæ conſciéntia métuit, & adjícias quod orátio non præsúmit; Per Dóminum noſtrum.

CANON.

Ex Concílio Rotomagenſi. *An.* 1581. *Tit. de Curat. Offic. n.* 22.

PRohibémus in Eccléſiis quæ ſimul Collegiátæ ſunt & Parochiáles eâdem horâ cantári Miſſas Canonicórum & Parœcianórum; ſed, ſub pœna excommunicatiónis, ſtari in his judício Epíſcopi.

Ad Magnif. *Ant.* 5. C. Admirabantur, dicentes: Benè ómnia fecit; & ſurdos fecit audire, & mutos loqui. *Marc.* 7. *v.* 37.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

FERIA SECUNDA.

De libro tértio Regum.

LECTIO I. *Cap.* 3. 16.

Lis meretricum.

VEnérunt duæ mulíeres meretrices ad regem, ſteteruntque coram eo; quarum una ait: Obſecro, mi Dómine, ego & múlier hæc habitabámus in domo una, & péperi apud eam in cubículo. Tértiâ autem die poſtquàm ego péperi, péperit & hæc: & erámus ſimul, nulluſque álius nobiſcum in domo, exceptis nobis duábus. Mórtuus eſt autem filius mulíeris hujus nocte; dórmiens quippe oppreſſit eum. Et conſurgens intempeſtæ noctis ſilentio, tulit filium meum de látere meo ancillæ tuæ dormientis, & collocávit in ſinu ſuo: ſuum autem filium, qui erat mórtuus, póſuit in ſinu meo. Cumque ſurrexiſſem manè ut darem lac filio meo, appáruit mórtuus: quem diligéntiùs íntuens clarâ luce, deprehendi non eſſe meum quem genúeram. Reſponditque áltera mú-

lier : Non eſt ita ut dicis ; ſed filius tuus mórtuus eſt, meus autem vivit. E contrário illa dicébat : Mentíris ; filius quippe meus vivit, & filius tuus mórtuus eſt. Atque in hunc modum contendébant coram rege.

℟. Vias tuas, *pag.* 366.

LECTIO II. *v.* 23.

Reſponſio Salomonis.

TUnc rex ait : Hæc dicit, Filius meus vivit, & filius tuus mórtuus eſt. Et iſta reſpondit : Non ; ſed filius tuus mórtuus eſt, meus autem vivit. Dixit ergo rex : Afferte mihi gládium. Cumque attuliſſent gládium coram rege, Divídite, inquit, infantem vivum in duas partes, & date dimídiam partem uni, & dimídiam partem álteri. Dixit autem múlier, cujus filius erat vivus, ad regem : (commóta ſunt quippe víſcera ejus ſuper filio ſuo :) Obſecro, dómine, date illi infantem vivum, & nolíte interficere eum. E contrário illa dicébat : Nec mihi, nec tibi ſit ; ſed dividátur. Reſpondit rex, & ait : Date huic infantem vivum, & non occidátur ; hæc eſt enim mater ejus. Audivit itaque omnis Iſraël judícium quod judicaſſet rex, & timuérunt regem, videntes ſapiéntiam Dei eſſe in eo ad faciendum judícium.

℟. Dómine, ad te, *pag.* 367.

LECTIO III. *Cap.* 4. *v.* 1.

Principes Salomonis.

ERat autem rex Sálomon regnans ſuper omnem Iſraël : & hi príncipes quos habébat : Azarías filius Sadoc Sacerdótis : Elihoreph & Ahía filii Siſa ſcribæ : Jóſaphat filius Ahílud à commentáriis : Banáias filius Jóiadæ ſuper exércitum : Sadoc autem & Abíathar Sacerdótes : Azarías filius Nathan, ſuper eos qui aſſiſtébant regi : Zabud filius Nathan, Sacerdos, amícus regis : & Ahíſar præpóſitus domûs : & Adoníram filius Abda ſuper tribúta.

℟. Deus cœlórum, *pag.* 367.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

An. 816. *lib.* 1. *Cap.* 145.

CAnónici amóri Chriſti nihil præpónant : charitátem non derelinquant.... próprio Epíſcopo ſecundùm Canónicam inſtitutiónem obtémperent. Senióres ſpirituáliter juniores díligant : junióres ſenióribus obſéquium di-

gnum exhibeant : doctióres minùs doctis nequáquam ſe præferant, ſed magis eos cum charitáte ædificent : neque hi qui nobilitáte géneris, aut virtútum donis pollent, cæteris ſe túmidè ſuperextollant.

FERIA TERTIA.

De libro tértio Regum.

LECTIO I. *Cap.* 4. *v.* 7.

Præfecti Salomonis.

HAbébat autem Sálomon duódecim præfectos ſuper omnem Iſraël, qui præbébant annónam regi & dómui ejus: per ſíngulos enim menſes in anno, ſínguli neceſſária miniſtrábant. Et hæc nómina eórum : Benhur, in monte Ephraïm : Bendécar, in Macces, & in Salébim, & in Béthſames, & in Elon, & in Béthanan : Bénheſed in Arúboth : ipsíus erat Socho, & omnis terra Epher. Benabínadab, cujus omnis Nephathdor, Tapheth fíliam Salomónis habébat uxórem. Bana fílius Ahílud regébat Thanac & Mageddo, & univerſam Bethſan, quæ eſt juxta Sárthana ſubter Iézraël à Bethſan uſque Abelméhula è regióne Iécmaan. Béngaber in Ramoth Gálaad; habébat Avóthjair fílii Manaſſe in Gálaad : ipſe præerat in omni regióne Argob, quæ eſt in Baſan, ſexaginta civitátibus magnis atque murátis, quæ habébant ſeras æreas.

℟. Omnia *pag.* 368.

LECTIO II. *v.* 14.

Salomonis potentia.

ABínadab fílius Addo præerat in Mánaïm. Achímaas in Néphthali : ſed & ipſe habébat Báſemath fíliam Salomónis in conjúgio. Báana fílius Huſi in Aſer, & in Baloth. Jóſaphat fílius Pháruë, in Iſſachar. Sémëi fílius Ela, in Bénjamin. Gaber fílius Uri, in terra Gálaad, in terra Sehon regis Amorrhæi, & Og regis Baſan, ſuper ómnia quæ erant in illa terra. Juda & Iſraël innumerábiles, ſicut aréna maris in multitúdine : comedentes, & bibentes, atque lætantes. Sálomon autem erat in ditióne ſua, habens ómnia regna à flúmine terræ Philiſthiim uſque ad términum Ægypti : offeréntium ſibi múnera, & ſerviéntium ei cunctis diébus vitæ ejus.

℟. Manus tuæ, *pag.* 368.

LECTIO III. *v.* 22.

Cibus Salomonis.

ERat autem cibus Salomónis per dies ſíngulos, triginta cori ſi-

CANON.

Ex Concilio Colonienſi.
An. 1536. *part.* 2. *c.* 6.

MUlto jam ex témpore pio ánimo deſiderámus repurgári Breviária : nam cùm olim à ſanctis Pátribus inſtitútum ſit, ut ſolæ Scriptúræ ſacræ in Eccléſia recitarentur; neſcímus quâ incúriâ accíderit, ut in eárum locum ſuccéſſerint ália cum iis neútiquã comparanda, atque ínterim hiſtóriæ Sanctórum tàm incultæ & tam negligenti judício conſcriptæ, ut nec autoritátem habére videantur, nec gravitátem.

FERIA QUINTA.

De libro ſecundo Paralipómenon.

LECTIO I. *Cap.* 9. *v.* 10.
Aurum de Ophir.

SEd & ſervi Hiram cum ſervis Salomónis attulérunt aurum de Ophir, & ligna thyina, & gemmas pretioſiſſimas : de quibus fecit rex, de lignis ſcílicet thyinis, gradus in domo Dómini & in domo régia, cítharas quoque & pſaltéria cantóribus : numquam viſa ſunt in terra Juda ligna tália. Erat autem pondus auri quod afferebátur Salomóni per ſíngulos annos, ſexcenta ſexaginta ſex talenta auri : exceptâ eâ ſummâ, quam legáti diverſárum géntium gotiatóres afferre verant, omneſqu Arábiæ, & sátrapa rum, qui compo aurum & argentun móni. Fecit ígitur lomon ducentas ha reas de ſumma ſe rum aureórum, qui gulis haſtis expen tur : trecenta quoq ta áurea trecentór reórum quibus te tur ſíngula ſcuta : que ea rex in armai rio quod erat cónſit more.

℟. Vias tuas. 3

LECTIO II. *v.*
Magnificentia Salo

FEcit quoque r lium ebúrneum de, & veſtívit illu mundíſſimo. Sex gradus quibus aſce tur ad sólium, & lum áureum, & bra duo altrínſecùs, & leónes ſtantes jux chíola, ſed & ália decim leúnculos ſuper ſex gradus e que parte : non fu sólium in univerſi nis. Omnia quoqu convívii regis erai rea, & vaſa domûs Líbani ex auro purí Argentum enim in bus illis pro níhilo tabátur. Síquidem regis ibant in Tharſ

ſervis Hiram ſemel in annis tribus : & deferébant inde aurum & argentum, & ebur, & símias, & pavos. Magnificátus eſt ígitur Sálomon ſuper omnes reges terræ præ divítiis & glória.

℟. Dómine. 367.

LECTIO III. *v.* 23.

Munera accepta.

OMneſque reges terrárum deſiderábant vidére fáciem Salomónis, ut audírent ſapiéntiam quam déderat Deus in corde ejus : & deferébant ei múnera, vaſa argéntea & áurea, & veſtes, & arma, & arómata, equos & mulos per ſíngulos annos. Hábuit quoque Sálomon quadraginta míllia equórum in ſtábulis, & cúrruum equitumque duódecim míllia, conſtituitque eos in úrbibus quadrigárum, & ubi erat rex in Jerúſalem. Exércuit étiam poteſtátem ſuper cunctos reges, à flúmine Euphráte uſque ad terram Philiſthinórum, & uſque ad términos Ægypti. Tantámque cópiam præbuit argenti in Jerúſalem quaſi lápidum : & cedrórum tantam multitúdinem, velut ſycomorórũ, quæ gignuntur in campéſtribus. Adducebantur autem ei equi de Ægypto cunctiſque regiónibus.

℟. Deus cœlórum. 367.

CANON.

Ex Concílio Remenſi.

An. 1583. *tit.* 3.

NE cui precum multitúdo aut prolíxitas tædium géneret .... póterunt Epíſcopi, adhíbito Canonicórum & aliórum grávium virórum judício, preces ad eum modum redúcere, ut & Eccléſiæ dignitáti reſpóndeant, & fácilè ab ómnibus exolvi piéque decantári poſſint.

FERIA SEXTA.

De libro tértio Regum.

LECTIO I. *Cap.* 6. *v.* 1.

Deſcriptio templi, & ejus partium.

FActum eſt quadringentéſimo & octogéſimo anno egreſſiónis filiórum Iſraël de terra Ægypti, in anno quarto, menſe Zio, (ipſe eſt menſis ſecundus,) regni Salomónis ſuper Iſraël, ædificári cœpit domus Dómino. Domus autem quam ædificábat rex Sálomon Dómino, habébat ſexaginta cúbitos in longitúdine, & viginti cúbitos in latitúdine, & triginta cúbitos in altitúdine. Et pórticus erat ante templum viginti cubitórum longitúdinis, juxta mensúram latitúdinis templi : & habébat decem cúbitos latitúdinis ante

faciem templi. Fecitque in templo feneſtras oblíquas. Domus autem cùm ædificarétur, de lapídibus dolátis atque perfectis ædificáta eſt: & mállleus, & ſecúris, & omne ferramentum, non ſunt audíta in domo cùm ædificarétur. Et ædificávit domum, & conſummávit eam: texit quoque domum laqueáribus cédrinis. Et ædificávit tabulátum ſuper omnem domum quinque cúbitis altitúdinis, & opéruit domum lignis cédrinis.

℟. Omnia mandáta. 368.

LECTIO II. *v.* 14.

Deſcriptio Oraculi.

IGitur ædificávit Sálomon domum, & conſummávit eam. Et fecit interiórem domum Oráculi in Sanctum Sanctórum. Oráculum autem in médio domûs, in interióri parte fécerat, ut póneret ibi Arcam fœderis Dómini. Porrò Oráculum habébat viginti cúbitos longitúdinis, & viginti cúbitos latitúdinis, & viginti cúbitos altitúdinis; & opéruit illud atque veſtívit auro puríſſimo, ſed & altáre veſtívit cedro. Domum quoque ante Oráculum opéruit auro puríſſimo, & affixit láminas clavis áureis. Nihilque erat in templo quod non auro tegerétur: ſed & totum altáre Oráculi texit auro. Et fecit in Oráculo duos Chérubim de lignis olivárum, decem cubitórum altitúdinis. Poſuitque Chérubim in médio templi interióris: extendébant autem alas ſuas Chérubim, & tangébat ala una paríetem, & ala Cherub ſecundi tangébat paríetem álterum: alæ autem álteræ in média parte templi ſe ínvicem contingébant. Texit quoque Chérubim auro.

℟. Manus tuæ. 368.

LECTIO III. *v.* 29.

Magnificus templi ornatus.

OMnes paríetes templi per circúitum ſculpſit váriis cælatúris & torno: & fecit in eis Chérubim, & palmas, & pictúras várias, quaſi prominentes de paríete & egredientes. Sed & pavimentum domûs texit auro intrínſecùs & extrínſecùs. Et in ingreſſu Oráculi fecit oſtíola de lignis olivárum, poſteſque angulórum quinque. Et duo óſtia de lignis olivárum: & ſculpſit in eis pictúram Chérubim, & palmárum ſpécies, & anáglypha valdè prominéntia: & texit ea auro, & opéruit tàm Chérubim quàm palmas, & cætera, auro. Fecitque in

introitu templi poſtes de lignis olivárum quadrangulátos: & duo óſtia de lignis abiegnis altrínſecus: & utrumque óſtium duplex erat, & ſe invicem tenens aperiebátur. Et ſculpſit Chérubim, & palmas, & cælatúras valdè eminentes: operuitque ómnia lâminis áureis ópere quadro ad régulam. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Ecce concupívi. 369.

CANON.

Ex Concílio Remenſi.

An. 1564. *Congreg.* 3.

A Primæva Breviárii inſtitutióne, id antíqui Patres voluiſſe videntur, ut síngulis hebdómadis totum Pſaltérium recitarétur.

SABBATO.

De libro tértio Regum.

Lectio I. *Cap.* 7. *v.* 1.

Palatium Salomonis.

DOmum autem ſuam ædificávit Sálomon trédecim annis, & ad perfectum uſque perduxit. Ædificávit quoque domum ſaltûs Líbani centum cubitórum longitúdinis, & quinquaginta cubitórum latitúdinis, & triginta cubitórum altitúdinis; & quátuor deambulácra inter columnas cédrinas: ligna quippe cédrina excíderat in columnas. Pórticum quoque ſólii, in qua tribúnal eſt, fecit; & texit lignis cédrinis à pavimento uſque ad ſummitátem. Et domúncula, in qua ſedebátur ad judicandum, erat in média pórticu, ſímili ópere. Omnia lapídibus pretióſis, qui ad normam quamdam atque menſúram tàm intrínſecùs quàm extrínſecùs ſerráti erant: à fundamento uſque ad ſummitátem parietum, & extrínſecùs uſque ad átriũ majus. Et átrium majus rotundum, trium órdinum de lapídibus ſectis, & uníus órdinis de doláta cedro; necnon & in átrio domûs Dómini interióri, & in pórticu domûs.

Lectio II. *v.* 13.

Vaſa ad uſum templi.

MIſit quoque rex Sálomon, & tulit Hiram de Tyro, filium mulíeris víduæ de tribu Néphthali, patre Tyrio, artíficem ærárium, & plenum ſapiéntiâ, & intelligéntiâ, & doctrínâ, ad faciendum omne opus ex ære. Qui cùm veniſſet ad regem Salomónem, fecit omne opus ejus. Fecit mare fúſile decem cubitórum à lábio uſque ad lábium, rotundum in circúitu: quinque cubitórum altitúdo ejus, & reſtícula triginta cubitórum cingébat illud per circúi-

tum. Fecit quoque decem lúteres æneos : quadraginta batos capiébat luter unus, eratque quátuor cubitórum : síngulos quoque lúteres per síngulas, id eſt, decem baſes, póſuit. Fecit ergo Hiram lebétes, & ſcutras, & hámulas, & perfécit omne opus regis Salomónis in templo Dómini. Omnia vaſa quæ fecit Hiram regi Salomóni in domo Dómini, de aurichalco erant. Et póſuit Sálomon ómnia vaſa : propter multitúdinem autem nímiam non erat pondus æris.

LECTIO III. *v.* 48.

Supellectilia aurea.

FEcitque Sálomon ómnia vaſa in domo Dómini : altáre áureum, & menſam, ſuper quam ponerentur Panes propoſitiónis, áuream : & candelábra áurea, quinque ad déxteram, & quinque ad ſiniſtram, contra Oráculum, ex auro puro : & quaſi lilii flores, & lucernas déſuper áureas, & fórcipes áureos, & hydrias, & fuſcínulas, & phíalas, & mortaríola, & thuríbula, de auro puríſſimo : & cárdines oſtiórum domûs interióris Sancti ſanctórum, & oſtiórum domûs templi, ex auro erant. Et perfécit omne opus quod faciébat Sálomon in domo Dómini, & íntulit quæ ſanctificáverat David pater ſuus, argentum & aurum, & vaſa, repoſuitque in theſauris domûs Dómini.

CANON.

Ex Concílio Narbonenſi.

An. 589. *Can.* 2.

HOc definítum eſt, ut in pſallendis ordínibus, per quemque pſalmum, glória dicátur omnipotenti Deo : per majóres verò Pſalmos, prout fúerint prolíxiùs, pauſatiónes fiant, & per quamque pauſatiónem glória Trinitátis Dómino decantétur.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Intulit Sálomon ómnia quæ vóverat David pater ſuus, argentum, & aurum, & univerſa vaſa póſuit in theſauris domûs Dei. 2. *Paral.* 5. *v.* 1.

Oratio, infrà ad Laudes.

DOMINICA XII. poſt Pentecoſten.

IN I. NOCTURNO.

De libro tértio Regum.

LECTIO I. *Cap.* 8. *v.* 1.

Arca fœderis tranſlata in templum.

TUnc congregáti ſunt omnes majóres natu Iſraël cum princípibus tríbuum, & duces familiárum filiórum Iſraël, ad regem Salo-

in Jeruſalem : ut
t Arcam fœderis
, de Civitáte Da-
eſt, de Sion. Con-
: ad regem Salo-
univerſus Iſraël
ſe Ethanim , in
die, ipſe eſt men-
mus. Venerunt-
ĉti ſenes de Iſ-
: tulérunt Arcam
:es. Et portavé-
:am Dómini, &
ulum fœderis, &
vaſa ſanĉtuárii ,
it in tabernáculo :
ant ea Sacerdótes
e. Rex autem Sá-
& omnis multi-
aël, quæ convé-
eum, gradiebá-
illo ante Arcam,
iolábant oves &
ſque æſtimatióne
ro. Et intulérunt
es Arcam fœde-
ini in locum ſuũ,
ulum templi, in
ſanĉtórum, ſub-
Chérubim. Fa-
t autem , cùm
Sacerdótes de
io , nébula im-
omum Dómini,
óterant Sacerdó-
, & miniſtráre
nébulam : implé-
im glória Dómini
Dómini.
Date magnificén-
o noſtro ; * Dei
ſunt ópera , &
iæ ejus judícia.

Deut. 32. 3. 4. ℣. Deo & Patri noſtro glória in ſécula ſeculórum. *Phil.* 4. *v.* 20. * Dei.

LECTIO II. *v.* 22.
Oratio & ſacrificia Salomonis.

TUnc ait Sálomon : Dóminus dixit ut habitáret in nébula. Ædíficans ædificávi domum in habitáculum tuum , firmíſſimum sólium tuum in ſempitérnum. Stetit autem Sálomon ante altáre Dómini in conſpeĉtu eccléſiæ Iſraël , & expandit manus ſuas in cœlum, & ait : Dómine Deus Iſraël, non eſt símilis tuî Deus in cœlo déſuper, & ſuper terram deorſum : qui cuſtódis paĉtum & miſericórdiam ſervis tuis , qui ambulábant coram te in toto corde ſuo. Factum eſt autem, cùm compleſſet Sálomon orans Dóminum , omnem oratiónem & deprecatiónem hanc, ſurrexit de conſpeĉtu altáris Dómini : utrumque enim genu in terram fixerat, & manus expánderat in cœlum. Stetit ergo, & benedixit omni eccléſiæ Iſraël.

℟. *ij.* Tu es Deus meus ; * Aperiantur, quæſo, óculi tui, & aures tuæ intentæ ſint ad oratiónem quæ fit in loco iſto. 2. *Par.* 6. *v.* 40. ℣. Ut juſtificéris

in ſermónibus tuis, & vincas cùm judicáris. *Rom.* 3. *v.* 4. * Aperiantur.

LECTIO III. *v.* 64.

Salomon inſtituit feſtivitatem conſecrationis templi.

IN die illa ſanctificávit rex médium átrii, quod erat ante domum Dómini: fecit quippe holocauſtum ibi, & ſacrificium; & ádipem pacificórum, quóniam altáre æreum, quod erat coram Dómino, minus erat, & cápere non póterat holocauſtum, & ſacrificium, & ádipem pacificórum. Fecit ergo Sálomon in témpore illo feſtivitátem célebrem, & omnis Iſraël cum eo, multitúdo magna ab intróitu Emath, uſque ad rivum Ægypti, coram Dómino Deo noſtro, ſeptem diébus, & ſeptem diébus, id eſt, quatuórdecim diébus. Et in die octáva dimíſit pópulos, qui benedicentes regi, profecti ſunt in tabernácula ſua lætantes, & álacri corde ſuper ómnibus bonis, quæ fécerat Dóminus David ſervo ſuo, & Iſraël pópulo ſuo.

℟. *iij.* Nos pópulus tuus, Dómine, & oves páſcuæ tuæ; * Confitébimur tibi in ſéculum: † In generatiónem & generatiónem annuntiábimus laudem tuam. *Pſ.* 78. 13. ℣. Deus & Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti. 1. *Cor.* 1. *v.* 2. * Confitébimur. ℣. Glória. † In generatiónem.

IN II. NOCTURNO.

Orátio Salomónis in dedicatióne templi.

LECTIO IV. *lib.* 2. *Paral. Cap.* 6. *v.* 16.

Ad quem finem templum.

DOmine Deus Iſraël, imple ſervo tuo patri meo David, quæcumque locútus es, dicens: Non deficiet ex te vir coram me, qui ſédeat ſuper thronum Iſraël: ita tamen ſi cuſtodíerint filii tui vias ſuas, & ambuláverint in lege mea, ſicut & tu ambulaſti coram me. Et nunc, Dómine Deus Iſraël, firmétur ſermo tuus quem locútus es ſervo tuo David. Ergone credíbile eſt ut hábitet Deus cum homínibus ſuper terram? Si cœlum & cœli cœlórum non te cápiunt, quantò magis domus iſta, quam ædificávi? Sed ad hoc tantùm facta eſt, ut reſpícias orationem ſervi tui, & obſecratiónem ejus, Dómine Deus meus; & audias preces quas fundit fámulus tuus coram te: ut apérias óculos tuos ſuper domum iſtam diébus

nóctibus, ſuper locum quo pollícitus es ut invocarétur nomen tuum, ut exaudíres oratiónem quam ſervus tuus orat in te, & exáudias preces fámuli tui, & pópuli tui Iſraël. Quicumque oráverit in loco iſto, exaudi de habitáculo tuo, id eſt, de cœlis, & propitiáre.

℟. *iv.* Dómine, quis dicet tibi: Quid fecíſti? aut quis ſtabit contra judícium tuum? * Cùm ergo ſis juſtus, juſtè ómnia diſpónis. *Sap.* 12. *v.* 12. 15. ℣. Juſtus es, Dómine, qui es, & qui eras, ſanctus. *Apoc.* 16. *v.* 5. * Cùm ergo.

Lectio V. *v.* 24.

Deus exaudit in templo.

Si ſuperátus fúerit pópulus tuus Iſraël ab inimícis, (peccábunt enim tibi;) & converſi égerint pœniténtiam, & obſecráverint nomen tuum, & fúerint deprecáti in loco iſto: tu exáudies de cœlo, & propitiáre peccáto pópuli tui Iſraël, & reduc eos in terram, quam dediſti eis, & pátribus eórum. Si clauſo cœlo, plúvia non flúxerit propter peccáta pópuli, & deprecáti te fúerint in loco iſto, & confeſſi nómini tuo, & converſi à peccátis ſuis, cùm eos afflíxeris: exaudi de cœlo, Dómine, & dimitte peccata ſervis tuis & pópuli tui Iſraël, & doce eos viam bonam, per quam ingrediantur; & da plúviam terræ, quam dediſti pópulo tuo ad poſſidendum. Fames ſi orta fúerit in terra, & peſtiléntia, ærúgo, & aurúgo, & locuſta, & bruchus; & hoſtes, vaſtátis regiónibus, portas obſéderint civitátis, omniſque plaga & infirmitas préſſerit: ſi quis de pópulo tuo Iſraël fúerit deprecátus, cognoſcens plagam & infirmitátem ſuam, & expánderit manus ſuas in domo hac: tu exáudies de cœlo, de ſublími ſcílicet habitáculo tuo; & propitiáre, & redde unicuique ſecundùm vias ſuas, quas noſti eum habére in corde ſuo: (tu enim ſolus noſti corda filiórum hóminum.) Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. *v.* Virtus tua, Dómine, juſtítiæ inítium eſt: * Et ob hoc quòd ómnium Dóminus es, ómnibus te párcere facis. *Sap.* 12. *v.* 16. ℣. Accepiſti virtútem tuam magnam, & regnaſti. *Apoc.* 11. *v.* 17. * Et ob hoc quòd ómnium.

Lectio VI. *v.* 36.

Arca in templo.

Si autem peccáverint tibi, (neque enim eſt

homo qui non peccet,) & irátus fúeris eis, & tradíderis hóſtibus, & captívos dúxerint eos in terram longinquam, vel certè quæ juxta eſt; & converſi in corde ſuo, in terra ad quam captívi ducti fúerant, égerint pœniténtiam, & deprecáti te fúerint in terra captivitátis ſuæ, dicentes: Peccávimus, iníquè fécimus, injuſtè égimus; & reverſi fúerint ad te in toto corde ſuo, & in tota ánima ſua, in terra captivitátis ſuæ, ad quam ducti ſunt, adorábunt te contra viam terræ ſuæ, quam dediſti pátribus eórum, & urbis quam elegiſti, & domûs quam ædificávi nómini tuo, tu exáudies de cœlo, hoc eſt de firmo habitáculo tuo, preces eórum, & fácias judícium, & dimittas pópulo tuo, quamvis peccatóri. Tu es enim Deus meus; aperiantur, quæſo, óculi tui, & aures tuæ intentæ ſint ad oratiónem quæ fit in loco iſto. Nunc ígitur conſurge, Dómine Deus, in réquiem tuam, tu & arca fortitúdinis tuæ: ſacerdótes tui, Dómine Deus, induantur ſalútem, & ſancti tui læténtur in bonis. Dómine Deus, ne avérteris fáciem chriſti tui: meménto miſericordiárum David ſervi tui. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. *vj.* Qui facis miſericórdiam tuam in míllibus, * Fortíſſime, magne, & potens, † Dóminus exercítuum nomen tibi. *Jer.* 32. *v.* 18. ℣. Quis non timébit te, Dómine, & magnificábit nomen tuum? *Apoc.* 16. *v.* 4. * Fortíſſime. ℣. Glória. † Dóminus.

IN III. NOCTURNO.

Sermo ſancti Stéphani Proto-Mártyris.

Lectio VII. *Act. Cap.* 7. *v.* 44.

Salomonis Templum.

TAbernáculum teſtimónii fuit cum pátribus noſtris in deſerto, ſicut diſpóſuit illis Deus, loquens ad Móyſen, ut fáceret illud ſecundùm formam quam víderat. Quod & induxérunt, ſuſcipientes patres noſtri cum Jeſu in poſſeſſiónem géntium, quas expulit Deus à fácie patrum noſtrórum, uſque in diébus David, qui invénit grátiam ante Deum, & pétiit ut inveníret tabernáculum Deo Jacob. Sálomon autem ædificávit illi domum. Sed non Excelſus in manufactis hábitat, ſicut Prophéta dicit: Cœlum mihi ſedes eſt; terra autem ſcabellum pedum meórum

1. Quam domum
›itis mihi , dicit
us ? aut quis locus
iónis meæ eſt? non-
ıus mea fecit hæc
? Durâ cervíce, &
ncíſis córdibus &
, vos ſemper Spi-
ncto resiſtitis: ſi-
es veſtri,ita & vos.
ÿ. Qui te odérunt,
unt caput; erubeſ-
conturbentur : &
ant quia nomen
minus; * Tu ſolus
us in omni terra.
82. v. 3. 10. 19.
tæ & veræ ſunt
, Rex ſeculórum.
15. 3. * Tu ſolus.
iſtola beáti Pauli
toli ab Hebræos.
) VIII. Cap. 9. v. 1.
naculi ſignificatio.
buit quidem &
rius teſtamentum,
itiónes, cultúræ, &
a ſeculáre. Taber-
n enim factum eſt
1, in quo erant
ıbra, & menſa,
oſítio panum, quæ
Sancta. Poſt vela-
a autem ſecundum,
culum, quod díci-
ncta Sanctórum :
habens thuribu-
t arcam teſtamen-
mtectam ex omni
uro, in qua urna
abens manna, &
aron, quæ fron-
, & tabulæ teſta-
ſtiva. Carc.

menti; ſuperque eam erant Chérubim glóriæ obumbrántia propitiatórium : de quibus non eſt modò dicendum per ſíngula. His verò ita compóſitis, in prióri quidem tabernáculo ſemper introíbant Sacerdótes, ſacrificiórum officia conſummantes : in ſecundo autem ſemel in anno ſolus póntifex, non ſine ſánguine, quem offert pro ſua & pópuli ignorántia : hoc ſignificante Spíritu ſancto, nondum propalátam eſſe ſanctórum viam adhuc prióre tabernáculo habente ſtatum. Quæ parábola eſt témporis inſtantis, juxta quam múnera & hóſtiæ offeruntur, quæ non poſſunt juxta conſciéntiam perfectum fácere ſervientem ſolúmmodò in cibis & in pótibus, & váriis baptiſmátibus, & juſtítiis carnis uſque ad tempus correctiónis impóſitis.

℟. viij. Quam bonus Iſraël Deus, * His qui recto ſunt corde! Pſ. 72. v. 1. ℣. Voluntas Dei bona & benéplacens & perfecta. Rom. 12. v. 2. * His qui.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio IX. Cap. 10. 23.
Samaritanus.

In illo témpore; Converſus Jeſus ad diſci-

pulos ſuos, dixit: Beáti óculi qui vident quæ vos vidétis: dico enim vobis, quòd multi prophétæ & reges voluérunt vidére quæ vos vidétis, & non vidérunt. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 171. *de verb. Apoſt.*

TOtum genus humánum eſt homo ille qui jacébat in via ſemivívus à latrónibus relictus, quem contempſit tránſiens Sacerdos & Levítes, & acceſſit ad eum curandum eíque opitulandum tránſiens Samaritánus. Tránſiit Sacerdos, útique génere próximus: prætériit jacentem. Tránſiit Levítes, & hic génere próximus: jacentem étiam ipſe contempſit. Tránſiit Samaritánus, génere longinquus, misericórdiâ próximus: fecitque quod noſtis. In quo Samaritáno vóluit ſe intélligi Dóminus noſter Jeſus Chriſtus. Quid tam longinquum, quid tam remótum, quàm Deus ab homínibus, immortális à mortálibus, juſtus à peccatóribus? Non loco longè, ſed diſſimilitúdine. Cùm ergo longè à nobis eſſet immortális & juſtus, tamquam à mortálibus & peccatóribus; deſcendit ad nos, ut fieret nobis próximus ille longinquus. Et quid fecit... ut eſſet próximus nobis? Duo attende: Juſtus eſt, immortális eſt. In tuis malis una eſt culpa, áltera eſt pœna: culpa eſt quòd injuſtus es; pœna eſt quòd mortális es. Ille ut eſſet próximus, ſuſcépit pœnam tuam; non ſuſcépit culpam tuam. Non factus eſt ille peccátor, quod tu; ſed factus eſt mortális, quod tu. Manens juſtus, factus eſt mortális ſuſcipiendo pœnam, & non ſuſcipiendo culpam; & culpam delévit & pœnam.

℟. *ix.* Ei qui potens eſt ómnia fácere ſuperabundanter quàm pétimus aut intellígimus, * Ipſi glória in Eccléſia & in Chriſto Jeſu † In omnes generatiónes. *Eph.* 3. *v.* 20. 21. ℣. Poteſtas ejus, poteſtas ſempiterna, & regnum ejus in generatiónem & generatiónem. *Dan.* 4. *v.* 31. * Ipſi glória. ℣. Glória. † In omnes.

Ad Bened. *Ant.* 8. G. Homo quidam deſcendébat ab Jeruſalem in Jéricho, & íncidit in latrónes, qui étiam deſpoliavérunt eum: & plagis impóſitis, abiérunt ſemivívo relicto. *Luc.* 10. 30.

Orémus. *Oratio.*

OMnipotens & miſéricors Deus, de cu-

ere venit, ut tibi
bus tuis dignè &
liter ſerviátur: tri-
eſumus, nobis, ut
niſſiónes tuas ſine
me currámus; Per
um.

A N O N.
ncílio Burdigalenſi.
ı 1583. *tit.* 5.
chi vetus illud de-
um idéntidem de-
it, quo, propó-
xcommunicatiónis
, præcípitur, ne
ibus contínuis Do-
, à Parochiális
celebratióne abſit.
ıt accurátiùs adhuc
tur, ſciſcitentur
ſárii à pœniténti-
a huic officio ſatiſ-
t; & peccáti gra-
a, ut ab eo in pó-
arceantur, ipſis
ant.

Magníf. *Ant.* 1. f.
tánus quidam iter
, venit ſecùs eum;
ns eum, miſeri-
motus eſt. *Luc.* 10.

o, ut ſuprà ad Lau-

A SECUNDA.
ro tértio Regum.
IO I. *Cap.* 10. 1.
Regina Saba.
& regína Saba,
ítâ famâ Salomó-
nómine Dómini,
tentáre eum in
átibus. Et dócuit eam Sálomon ómnia vérba quæ proposúerat: non fuit ſermo qui regem poſſet latére, & non reſpondéret ei. Dixitque ad regem: Verus eſt ſermo quem audívi in terra mea ſuper ſermónibus tuis & ſuper ſapiéntia tua: & non credébam narrántibus mihi, donec ipſa veni, & vidi óculis meis, probávi quòd média pars mihi nuntiáta non fúerit: major eſt ſapiéntia & ópera tua, quàm rumor quem audívi. Beáti viri tui, & beáti ſervi tui, qui ſtant coram te ſemper, & áudiunt ſapiéntiam tuam. Rex autem Sálomon dedit regínæ Saba ómnia quæ vóluit & petívit ab eo: exceptis his, quæ ultrò obtúlerat ei múnere régio. Quæ reverſa eſt, & ábiit in terram ſuam cum ſervis ſuis.

℟. Date, *p.* 381.

LECTIO II. *Cap.* 11. 1.
Lapſus Salomonis.

REx autem Sálomon adamávit mulíeres alienígenas multas, filiam quoque Pharaónis, & Moabítidas, & Ammonítidas, Idumæas, & Sidónias, & Hethæas. Fueruntque ei uxóres quaſi regínæ ſeptingentæ, & concubínæ trecentæ: & avertérunt mulíeres cor ejus. Tunc ædificávit Sá-

quæ adolebant thura, & immolábant diis ſuis. Dixit ítaque Dóminus Salomóni: Diſrumpens ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſervo tuo. Verúmtamen in diébus tuis non fáciam propter David patrem tuum: de manu filii tui ſcindam illud, nec totum regnum áuferam, ſed tribum unam dabo filio tuo, propter David ſervum meum, & Jerúſalem quam elégi.

℟. Tu es Deus, *p.* 381.

LECTIO III. *v.* 29.

Decem tribus ſecutura Jeroboam. Mors Salomonis.

Factum eſt in témpore illo, ut Jeróboam egrederétur de Jerúſalem, & inveníret eum Ahías Silonítes Prophéta in via, opertus pállio novo: erant autē duo tantùm in agro. Apprehendenſque Ahías

Ægyptum ad Sela Ægypti, & fuit in to uſque ad morte mónis. Dies autem regnávit Sálomon ſalem ſuper omn raël, quadragin ſunt. Dormivitqu mon cum pátrib & ſepultus eſt in David patris ſui, vitque Róboam fi pro eo.

℟. Nos pópulus.

CANO

Ex Concílio Trid

Seſſ. 25. *de purga*

Curent Epíſco délium vivórum frágia, Miſſárum ſacrificia, oratióne móſynæ, aliaque ópera, quæ à fi pro áliis fidélibus ctis fieri conſuev ſecundùm Eccléſia túra piè & devótè & quæ pro illis e

IA TERTIA. | eum regem ſuper omnem
ꝛro tértio Regum. | Iſraël, nec ſecútus eſt
ↄ I. *Cap.* 12. 1. | quiſquam dómum David
oam Rex Juda. | prætér tribum Juda ſolam.
nit autem Róboam | Ædificávit autem Jeró-
ı Sichem: illuc e- | boam Sichem in monte
ıngregátus erat om- | Ephraïm, & habitávit ibi:
aël ad conſtituen- | & egreſſus inde ædificávit
um regem. Venit | Phánuël. Dixitque Jeró-
:róboam, & omnis | boam in corde ſuo: Nunc
ido Iſraël, & lo- | revertétur regnum ad do-
nt ad Róboam, di- | mum David. Et excogi-
: Imminue páulu- | táto consílio fecit duos
: império patris tui | vítulos áureos, & dixit
no. Qui ait eis: Ite | eis: Nolíte ultrà aſcén-
ad tértium diem, | dere in Jerúſalem: ecce
rtímini ad me. Ve- | dii tui, Iſraël, qui te edu-
;o Jeróboam, & | xérunt de terra Ægypti.
pópulus ad Róboã | Poſuitque unum in Be-
tiâ. Reſponditque | thel, & álterum in Dan.
pulo dura, dereli- | Et ecce vir Dei venit de
ınsílio ſeniórum, | Juda in ſermóne Dómini
:i déderant; & lo- | in Bethel, Jeróboam ſtan-
eſt eis ſecundùm | te ſuper altáre, & thus ja-
um júvenum. Vi- | ciente. Et exclamávit:
aque pópulus quòd | Altáre, altáre: Ecce fi-
et eos audíre rex, | lius naſcétur dómui Da-
n tabernácula ſua. | vid, Josías nómine, &
filios autem Iſraël, | immolábit ſuper te ſacer-
ıque habitábant in | dótes excelsórum. Hoc
ibus Juda, regnávit | erit ſignum, quòd locútus
.m. | eſt Dóminus: Ecce altáre
Dómine, quis, *p.* | ſcindétur, & effundétur
| cinis qui in eo eſt. Altáre
o II. *Cap.* 12. 20. | quoque ſciſſum eſt, & ef-
& 13. 1. | fúſus eſt cinis de altári.
boam rex Iſraël. | Abiit ergo (vir Dei) per
tum eſt autem cùm | áliam viam, & non eſt
liſſet omnis Iſraël, | reverſus per iter quo vé-
reverſus eſſet Jeró- | nerat in Bethel. Tu au-
, misérunt, & vo- | tem, Dómine, miſerére
nt eum congregáto | noſtrî.
& conſtituérunt | ℟. Virtus tua. 383.

LECTIO III. *v.* 11.

Mors inobedientis Propheta.

PRophétes autem quidam ſenex habitábat in Bethel, ad quem venérunt filii ſui, & narravérunt ei ómnia ópera quæ fécerat vir Dei illâ die in Bethel: & verba quæ locútus fúerat ad regem, narravérunt patri ſuo. Et dixit eis pater eórum: Per quam viam ábiit? Oſtendérunt ei filii ſui viam per quam abíerat vir Dei qui vénerat de Juda. Et ábiit poſt virum Dei, & reduxit ſecum: comédit ergo panem in domo ejus, & bibit aquam. Cumque comediſſet & bibiſſet, ſtravit áſinum ſuum Prophétæ quem redúxerat. Qui cùm abiiſſet, invénit eum leo in via, & occídit, & erat cadáver ejus projectum in itínere: áſinus autem ſtabat juxta illum, & leo ſtabat juxta cadáver. Quod cùm audiſſet Prophéta ille qui redúxerat eum de via, ait: Vir Dei eſt, qui inobédiens fuit ori Dómini. Tulit ergo Prophétes cadáver viri Dei; & póſuit illud ſuper áſinum, & reverſus íntulit in civitátem, ut plángeret eum. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℞. Qui facis. 384.

CANON.

Ex Concílio Bituricenſi. *An.* 1584. *tit.* 16. *Can.* 18.

IN Eccléſiis, in quibus plura & vária anniverſária conſtitúta ſunt, ita ut ad ea celebranda tempus ſufficere non poſſit abſque diminutióne divíni quotidiáni Officii; ſtátuit hæc Synodus, ut Epíſcopi autoritáte ejúſmodi anniverſária ad certum modum reducantur, & certis diébus celebranda præſcribantur; commemoratióne tamen ſemper hábitâ eórum qui legáta & anniverſária relíquerint.

FERIA QUARTA.

De libro tértio Regum.

LECTIO I. *Cap.* 14. 1.

Ahias conſultus à Jeroboam.

IN témpore illo ægrotávit Abia filius Jeróboam. Dixitque Jeróboam uxóri ſuæ: Surge, & commúta hábitum, & vade in Silo, ubi eſt Ahías prophéta. At ille non póterat vidére, quia caligáverant óculi ejus præ ſenectúte. Audívit Ahías ſónitum pedum ejus introeuntis per óſtium, & ait: Ingrédere, uxor Jeróboam; quare áliam te eſſe símulas? vade & dic Jeróboam: Hæc dicit Dóminus Deus Iſraël: Mul-

quias domûs Je-
, ſicut mundári
ius uſque ad pu-
ii mórtui fúerint
oam in civitáte,
it eos canes; qui
ıórtui fúerint in
orábunt eos aves
uia Dóminus lo-
. Tu ígitur ſurge,
n domum tuam:
› intróitu pedum
in urbem, mo-
ier. Surrexit íta-
r Jeróboam, &
venit in Therſa:
illa ingrederétur
ımûs, puer mór-
Dies autem qui-
ávit Jeróboam,
uo anni ſunt: &
: cum pátribus
gnavitque Nadab
ıs pro eo.
ii te odérunt, *pag.*

io II. *v.* 21.
Roboam & populi ejus.

› Róboam filius
mónis regnávit in
uadraginta & u-
ni erat Róboam
iáre cœpiſſet, de-
ſeptem annos re-
a Jerúſalem civi-
am elégit Dómi-
: póneret nomen
i, ex ómnibus
Iſraël. Nomen
atris ejus Naáma
tis. Et fecit Ju-
m coram Dómi-
no, & irritavérunt eum ſuper ómnibus quæ fécerant patres eórum in peccátis ſuis quæ peccavérunt. Ædificavérunt enim & ipſi ſibi aras, & ſtátuas, & lucos ſuper omnem collem excelſum, & ſubter omnem árborem frondóſam: ſed & effemináti fuérunt in terra, feceruntque omnes abominatiónes Géntium, quas attrívit Dóminus ante fáciem filiórum Iſraël.

℟. Quàm bonus, *pag.* 385.

De libro ſecundo Paralipómenon.

LECTIO III. *Cap.* 12. *v.* 2.

Roboam traditus regi Seſac.

ANno quinto regni Róboam, aſcendit Seſac rex Ægypti in Jerúſalem: cepitque civitátes munitíſſimas in Juda, & venit uſque in Jerúſalem. Semeías autem prophéta ingreſſus eſt ad Róboam, & príncipes Juda qui congregáti fúerant in Jerúſalem fugientes Seſac, dixitque ad eos: Hæc dicit Dóminus: Vos reliquiſtis me, & ego relíqui vos in manu Seſac. Conſternatíque príncipes Iſraël & rex dixérunt: Juſtus eſt Dóminus. Cumque vidiſſet Dóminus quòd humiliáti eſſent, factus eſt ſer-

mo Dómini ad Semeíam dicens : Quia humiliáti ſunt, non diſperdam eos, dabóque eis pauxillum auxílii, & non ſtillábit furor meus ſuper Jerúſalem per manum Seſac. Verúmtamen ſérvient ei, ut ſciant diſtántiam ſervitútis meæ & ſervitútis regni terrárum. Receſſit ítaque Seſac rex Ægypti ab Jerúſalem, ſublátis theſauris domûs Dómini & domûs regis, omniaque ſecum tulit, & clypeos áureos quos fécerat Sálomon, pro quibus fecit rex æneos. Confortátus eſt ergo rex Róboam in Jerúſalem. Fecit autem malum, & non præparávit cor ſuum ut quæreret Dóminum. Et dormívit Róboam cum pátribus ſuis, ſepultuſque eſt in civitáte David. Et regnávit Abia fílius ejus pro eo.

℟. Ei qui potens eſt, *p.* 386.

CANON.

Ex Concílio Cabillonenſi ſecundo.

An. 813. *Can.* 6.

IMputátur quibuſdam frátribus, eò quòd avarítiæ causâ homínibus perſuádeant, ut abrenuntiantes ſéculo res ſuas Eccléſiæ cónferant: quod pénitùs ab ómnium méntibus eradicandum eſt. Animárum quippe ſalútem inquirére Sacerdos, non lucra terréna debet: quóniam fidéles ad res ſuas dandas non ſunt cogendi, neque circumveniendi; oblátio quippe ſpontánea eſſe debet.

FERIA QUINTA.

De libro ſecundo Paralipómenon.

Lectio I. *Cap.* 13. *v.* 1. *Abia ſecundus rex Juda.*

ANno octávo décimo regis Jeróboam, regnávit Abia ſuper Judam. Tribus annis regnávit in Jerúſalem, & erat bellum inter Abiam & Jeróboam. Stetit ergo Abia ſuper montem Sémeron qui erat in Ephraïm, & ait : Audi, Jeróboam & omnis Iſraël. Num ignorátis quòd Dóminus Deus Iſraël déderit regnum David ſuper Iſraël in ſempiternum, ipſi & filiis ejus in pactum ſalis ? Nunc ergo vos dícitis quòd reſíſtere poſſítis regno Dómini, quod póſſidet per filios David, habetiſque grandem pópuli multitúdinem, atque vítulos áureos quos fecit vobis Jeróboam in deos. Et ejeciſtis ſacerdótes Dómini, filios Aaron, atque Levítas. Hæc illo loquente, Jeróboam retrò moliebátur insídias. Cumque ex adverſo hóſtium ſtaret, ignorantem Judam

nbiébat exércitu.
enſque Judas vi-
áre bellum ex ad-
& poſt tergum, &
it ad Dóminum;
rdótes tubis cáne-
érunt: omneſque
la vociferáti ſunt;
illis clamántibus,
uit Deus Jeróboam,
em Iſraël qui ſta-
adverſo Abia &
Humiliatíque ſunt
aël in témpore il-
hementíſſimè con-
filii Juda, eò quòd
nt in Dño Deo
ſuórum. Nec vá-
rà resíſtere Jeró-
in diébus Abia,
ercuſſit Dóminus,
tuus eſt.

ate, *p.* 381.

IO II. *Cap.* 14.
v. 1.

ertius rex Juda.

rmívit autem Abia
im pátribus ſuis, &
unt eum in civitá-
d: regnavitque Aſa
us pro eo, in cujus
quiévit terra annis
Fecit autem Aſa
onum & plácitum
conſpectu Dei ſui:
ertit altária pere-
ltûs, & excelſa; &
it ſtátuas, lucoſque
. Ædificávit quo-
es munítas in Ju-
ia quiétus erat, &
mpóribus ejus bel-
xérunt, pacem Dó-
mino largiente. Hábuit autem Aſa in exércitu ſuo portántium ſcuta & haſtas de Juda trecenta míllia, de Bénjamin verò ſcutariórum & ſagittariórum ducenta octoginta míllia, omnes iſti viri fortíſſimi. Egreſſus eſt autem contra eos Zara Æthiops cum exércitu ſuo, décies centéna míllia & cúrribus trecentis: & venit uſque Maréſa. Porrò Aſa perrexit óbviam ei, & inſtruxit áciem ad bellum in valle Séphata, quæ eſt juxta Maréſa, & invocávit Dóminum Deum. Extérruit ítaque Dóminus Æthíopes coram Aſa & Juda; fugeruntque Æthíopes. Et perſecútus eſt eos Aſa, & pópulus qui cum eo erat, uſque Gérara: & ruérunt Æthíopes uſque ad interneciónem.

℟. Tu es Deus, *pag.* 381.

Lectio III. *Cap.* 15. *v.* 1.

Azaria verbis motus rex Aſa idola deſtruit.

Azarías autem fílius Oded, facto in ſe Spíritu Dei, egreſſus eſt in occurſum Aſa, & dixit ei: Audíte me, Aſa & omnis Juda & Bénjamin: Dóminus vobiſcum, quia fuiſtis cum eo. Si quæſiéritis eum, invenié-

tis : ſi autem dereliquéritis eum, derelinquet vos. Quod cùm audiſſet Aſa, confortátus eſt, & ábſtulit idóla de omni terra Juda, & de Bénjamin, & ex úrbibus, quas céperat, montis Ephraïm, & dedicávit altáre Dñi quod erat ante pórticum Dómini. Congregavitque univerſum Judam & Bénjamin, & ádvenas cum eis de Ephraïm, & de Manaſſe, & de Símeon. Et intrávit ex more ad corroborandum fœdus, ut quærerent Dóminum Deum patrum ſuórum in toto corde & in tota ánima ſua. Si quis autem, inquit, non quæsierit Dóminum Deum Iſraël, moriátur, à minimo uſque ad máximum, a viro uſque ad mulíerem. Juraveruntque Dómino voce magnâ in júbilo, & in clangóre tubæ, & in sónitu buccinárum. Excelſa autem derelicta ſunt in Iſraël : áttamen cor Aſa erat perfectum cunctis diébus ejus. Eaque quæ vóverat pater ſuus & ipſe, íntulit in domum Dómini argentum & aurum, vaſorumque diverſam ſupelléctilem. Bellum verò non fuit uſque ad trigéſimum quintum annum regni Aſa.

℟. Nos pópulus, *pag.* 382.

CANON.

Ex Concílio Lugdunenſi ſecundo œcuménico.

An. 1274. *Cap.* 25.

Sit ad Ecclésias húmilis ac devótus ingreſſus : ceſſent in illis vana, & multò fórtiùs fœda & profána collóquia : ceſſent confabulatiónes quælibet.

FERIA SEXTA.

De libro ſecundo Paralipómenon.

Lectio I. *Cap.* 16. *v.* 1.

Aſa increpatus ab Hanani.

Anno autem trigéſimo ſexto regni Aſa, aſcendit Baáſa rex Iſraël in Judam, & muro circúmdabat Rama, ut nullus tutè poſſet égredi & íngredi de regno Aſa. Prótulit ergo Aſa argentum & aurum de theſauris domûs Dñi & de theſauris regis, miſitque ad Bénadad regem Syriæ qui habitábat in Damaſco dicens : Fœdus inter me & te eſt, pater quoque meus & pater tuus habuére concórdiam : quamobrem miſi tibi argentum & aurum, ut rupto fœdere quod habes cum Baáſa rege Iſraël, fácias eum à me recédere. In témpore illo venit Hanáni prophéta ad Aſa regem Juda, & dixit ei : Quia habuiſti fidúciam in rege Syriæ, & non in Dómino Deo tuo, idcirco

eò evâſit Syriæ regis exército de manu tua. Stultè igitur egiſti, & propter hoc ex præſenti témpore adversùm te bella conſurgent. Iratuſque Aſa adversùs Videntem, juſſit eum mitti in nervum. Ægrotávit étiam Aſa anno trigéſimo nono regni ſui dolóre pedum vehementíſſimo; & nec in infirmitáte ſua quæsívit Dóminum, ſed magis in medicórum arte confiſus eſt. Dormivitque cum pátribus ſuis; & mórtuus eſt anno quadragéſimo primo regni ſui. Et ſepeliérunt eum in ſepulchro ſuo quod fóderat ſibi in civitáte David. Regnávit autem Jóſaphat filius ejus pro eo, & inváluit contra Iſraël.

℟. Dómine, quis. 383.

De libro tértio Regum.

LECTIO II. *Cap.* 15. *v.* 25.

Nadab ſecundus rex Iſraël.

NAdab verò filius Jeróboam regnávit ſuper Iſraël anno ſecundo Aſa regis Juda: regnavitque ſuper Iſraël duóbus annis. Et fecit quod malum eſt in conſpectu Dómini, & ambulávit in viis patris ſui, & in peccátis ejus quibus peccáre fecit Iſraël. Inſidiátus eſt autem ei Baáſa filius Ahíæ de domo Iſſachar, & percuſſit eum in Gébbethon, quæ eſt urbs Philiſthinórum: síquidem Nadab & omnis Iſraël obſidébant Gébbethon. Interfécit ergo illum Baáſa in anno tértio Aſa regis Juda, & regnávit pro eo. Cumque regnaſſet, percuſſit omnem domum Jeróboam; non dimiſit ne unam quidem ánimam de ſémine ejus, donec deléret eum.

℟. Virtus tua. 383.

LECTIO III. *c.* 15. *v.* 33. *& c.* 16. *v.* 1.

Baaſa tertius rex Iſraël.

ANno tértio Aſa regis Juda, regnávit Baáſa filius Ahíæ, ſuper omnem Iſraël in Therſa, viginti quátuor annis. Et fecit malum coram Dómino, ambulavitque in via Jeróboam, & in peccátis ejus quibus peccáre fecit Iſraël. Factus eſt autem ſermo Dómini ad Jehu filium Hanáni contra Baáſa, dicens: Pro eo quòd exaltávi te de púlvere, & póſui te ducem ſuper pópulum meum Iſraël, tu autem ambulaſti in via Jeróboam, & peccáre feciſti pópulum meũ Iſraël, ut me irritáres in peccátis eórum: ecce ego démetam poſterióra Baáſa, & poſterióra domûs ejus; & fáciam domum tuam ſicut domum Jeróboam filii Nabat. Qui

mórtuus fúerit de Baáſa in civitáte, cómedent eum canes: & qui mórtuus fúerit ex eo in regióne, cómedent eum vólucres cœli. Dormívit ergo Baáſa cum pátribus ſuis, ſepultuſque eſt in Therſa: & regnávit Ela fílius ejus pro eo.

℟. Qui facis. 384.

CANON.

Ex Concílio Senonenſi. *An.* 1528. *c.* 15. *decr. mor.*

CEſſent in Eccléſiis quæcumque poſſunt divínum perturbáre offícium, aut óculos divínæ Majeſtátis offéndere: ne, ubi peccatórum eſt vénia poſtulanda, ibi peccandi detur occáſio, aut deprehendantur peccáta committi.

SABBATO.

De libro tértio Regum.

Lectio I. *Cap.* 16. *v.* 8.

Ela quartus rex Iſraël.

ANno vigéſimo ſexto Aſa regis Juda, regnávit Ela fílius Baáſa ſuper Iſraël in Therſa duóbus annis. Et rebellávit contra eum ſervus ſuus Zambri, dux médiæ partis équitum: erat autem Ela in Therſa bibens & temulentus, in domo Arſa præfecti Therſa. Irruens ergo Zambri, percuſſit & occídit eum anno vigéſimo ſéptimo Aſa regis Juda, & regnávit pro eo. Cumque regnaſſet & ſediſſet ſuper ſólium ejus, percuſſit omnem domum Baáſa, & non derelíquit ex ea mingentem ad paríetem, & propinquos & amícos ejus. Delevítque Zambri omnem domum Baáſa, juxta verbum Dómini quod locútus fúerat ad Baáſa in manu Jehu prophétæ, propter univérſa peccáta Baáſa & peccáta Ela fílii ejus, qui peccavérunt & peccáre fecérunt Iſraël, provocantes Dóminum Deum Iſraël in vanitátibus ſuis. Réliqua autem ſermónum Ela, & ómnia quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in libro verbórum diérum regum Iſraël?

Lectio II. *v.* 15.

Zambri quintus rex.

ANno vigéſimo ſéptimo Aſa regis Juda regnávit Zambri ſeptem diébus in Therſa: porro exércitus obſidébat Gébbethon urbem Philiſthinórum. Cumque audiſſet rebellaſſe Zambri & occidiſſe regem, fecit ſibi regem omnis Iſraël Amri, qui erat princeps milítiæ ſuper Iſraël in die illa in caſtris. Aſcendit ergo Amri, & omnis Iſraël cum eo de Gébbethon, & obſidébant Therſa. Videns au-

ımbri quòd expu-
ı eſſet cívitas, in-
eſt palátium,& ſuc-
ſe cum domo ré-
mórtuus eſt in pec-
is, quæ peccáverat
malum coram Dó-
& ámbulans in via
am, & in peccáto
o fecit peccáre Iſ-
.éliqua autem ſer-
ı Zambri, & inſi-
ejus, & tyránni-
ıonne hæc ſcripta
ı libro verbórum
: regum Iſraël?
r I O III. *v.* 21.
mri ſextus rex.
nc divíſus eſt pó-
ılus Iſraël in duas
: média pars pópu-
ebátur Thebni fi-
ineth, ut conſti-
um regem: & mé-
's Amri. Præváluit
pópulus qui erat
nri, pópulo qui ſe-
ır Thebni filium
; mortuuſque eſt
i, & regnávit Am-
ıo trigéſimo primo
gis Juda, regnávit
uper Iſraël duóde-
nis: in Therſa re-
ſex annis. Emitque
n Samaríæ à So-
ıóbus talentis ar-
& ædificávit eum,
vit nomen civitá-
ım extrúxerat, nó-
mer dómini mon-
maríam. Fecit au-
ari malum in conſ-

pectu Dómini, & operátus eſt néquiter ſuper omnes qui fuérunt ante eum. Ambulavitque in omni via Jeróboam filii Nabat, & in peccátis ejus quibus peccáre fécerat Iſraël, ut irritáret Dóminum Deum Iſraël in vanitátibus ſuis.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

An. 816. *lib.* 1. *c.* 131.

SEcundùm Dñi ſenténtiam, domus ejus domus oratiónis vocanda eſt; omnes ígitur ab otióſis ſermocinatiónibus audítum páriter caſtígent & linguam, & in Eccléſia cum timóre & veneratióne ſtantes, aut orent, aut cantent, aut legant, aut áudiant.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Non erat cor Abiam perfectum cum Dómino Deo ſuo, ſicut cor David patris ejus; ſed propter David dedit ei Dóminus Deus ſuus lucernam in Jerúſalem. 3. *Reg.* 15. 3. 4.

Oratio, infrà ad Laudes.

DOMINICA XIII. poſt Pentecoſten.

IN I. NOCTURNO.

De libro tértio Regum.

LECTIO I. *c.* 16. *v.* 28.

Achab ſeptimus rex Iſraël.

DOrmívit Amri cum pátribus ſuis, & ſepultus eſt in Samaría; regnavitque A-

chab filius ejus pro eo. Achab verò filius Amri regnávit ſuper Iſraël anno trigéſimo octávo Aſa regis Juda. Et regnávit Achab filius Amri ſuper Iſraël in Samaría viginti & duóbus annis. Et fecit Achab filius Amri malum in conſpectu Dómini, ſuper omnes qui fuérunt ante eum. Nec ſuffécit ei ut ambuláret in peccátis Jeróboam filii Nabat: ínſuper duxit uxórem Jézabel filiam Ethbaal regis Sidoniórum. Et ábiit, & ſervívit Baal, & adorávit eum. Et póſuit aram Baal in templo Baal, quod ædificáverat in Samaría, & plantávit lucum: & áddidit Achab in ópere ſuo, irrítans Dóminum Deum Iſraël, ſuper omnes reges Iſraël qui fuérunt ante eum. In diébus ejus ædificávit Hiel de Bethel, Jéricho: in Abiram primitívo ſuo fundávit eam, & in Segub noviſſimo ſuo póſuit portas ejus: juxta verbum Dómini quod locútus fúerat in manu Jóſue filii Nun.

℟. *j.* Dómine, Dómine rex omnípotens, * In ditióne enim tua cuncta ſunt póſita. *Eſther.* 13. 9. ℣. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. *Matt.* 6. 10. * In ditióne.

LECTIO II. *Cap.* 17. *v.* 1.

Propter ſcelus Iſraël Elias propheta claudit cœlum.

ET dixit Elías Theſbítes de habitatóribus Gálaad ad Achab: Vivit Dóminus Deus Iſraël, in cujus conſpectu ſto, ſi erit annis his ros & plúvia, niſi juxta oris mei verba. Et factum eſt verbum Dómini ad eum dicens: Recéde hinc, & vade contra Orientem, & abſcóndere in torrente Carith, qui eſt contra Jordánem; & ibi de torrente bibes: corviſque præcépi ut paſcant te ibi. Abiit ergo, & fecit juxta verbum Dómini: cumque abiiſſet, ſedit in torrente Carith, qui eſt contra Jordánem. Corvi quoque deferébant ei panē & carnes mane, ſimíliter panem & carnes véſperi, & bibébat de torrente. Poſt dies autem ſiccátus eſt torrens: non enim plúerat ſuper terram. Factus eſt ergo ſermo Dómini ad eum, dicens: Surge, & vade in Sarepta Sidoniórum, & manébis ibi: præcépi enim ibi mulíeri víduæ ut paſcat te. Surrexit, & ábiit in Sarepta. Cumque veniſſet ad portam civitátis, appáruit ei múlier vídua cólligens ligna, & vocávit eam, di-

ei: Da mihi páu-
aquæ in vaſe ut bi-
Cumque illa pérge-
afferret, clamávit
:rgum ejus, dicens:
mihi, óbſecro, &
lam panis in manu

℟. *ij.* Deus noſter ma-
fortis & terríbilis,
iens pactum & mi-
rdiam; * Ne aver-
ácie tua omnem la-
ı qui invénit nos. 2.
9. 32. ℣. Unuſquiſ-
ntátur, à concupiſ-
ſua abſtractus & il-
Jac. 1. 14. * Ne
s.

TIO III. *v.* 15.

Eliæ virtus.

Jæ ábiit, & fecit
uxta verbum Elíæ:
aédit ipſe, & illa,
nus ejus: & ex illa
dria farínæ non de-
& lécythus ólei non
ninútus, juxta ver-
)ómini quod locú-
:rat in manu Elíæ.
n eſt autem poſt
egrotávit filius mu-
natris famíliâs, &
inguor fortiſſimus,
non remanéret in
itus. Dixit ergo ad
: Quid mihi & ti-
r Dei? ingreſſus es
ut rememorarentur
:átes meæ, & in-
res filium meum?
ad eam Elías: Da
ilium tuum. Tulit-
que eum de ſinu ejus, & portávit in cœnáculum ubi ipſe manébat, & póſuit ſuper léctulum ſuum. Et clamávit ad Dóminum, & dixit: Dómine Deus meus, etiamne víduam, apud quam ego utcumque ſuſtentor, afflixiſti ut interficeres filium ejus? Et expandit ſe, atque menſus eſt ſuper púerum tribus vícibus, & clamávit ad Dóminum, & ait: Dñe Deus meus, revertátur, óbſecro, ánima púeri hujus in víſcera ejus. Et exaudívit Dóminus vocem Elíæ; & reverſa eſt ánima púeri intra eum, & revixit.

℟. *iij.* Tu ipſe es Deus noſter, * Qui cónteris bella ab inítio; † Et Dóminus nomen eſt tibi. *Jud.* 9. 10. ℣. Dignus es, Dómine Deus noſter, accípere glóriam & honórem. *Apoc.* 4. 11. * Qui cónteris. ℣. Glória. † Et Dóminus.

IN II. NOCTURNO.

De libro Eccleſiáſtici.

LECTIO IV. *Cap.* 36. *v.* 1.

Oratio ut ad cultum Dei veri congregentur tribus Jacob.

MIſerére noſtrî, Deus ómnium, & réſpice nos, & oſtende nobis lucem miſeratiónum tuárum; & immitte timó-

rem tuum ſuper gentes quæ non exquiſiérunt te, ut cognoſcant quia non eſt Deus niſi tu, & enarrent magnália tua. Alleva manum tuam ſuper gentes aliénas, ut vídeant poténtiam tuam. Sicut enim in conſpectu eórum ſanctificátus es in nobis, ſic in conſpectu noſtro magnificáberis in eis, ut cognoſcant te, ſicut & nos cognóvimus, quóniam non eſt Deus præter te, Dómine. Innova ſigna, & immúta mirabília. Glorífica manum & bráchium dextrum. Excita furórem, & effúnde iram. Tolle adversárium, & afflíge inimícum. Feſtína tempus & memento finis, ut enarrent mirabília tua. In ira flammæ devorétur qui ſalvátur: & qui péſſimant plebem tuam, invéniant perditiónem. Cóntere caput príncipum inimicórum, dicéntium: Non eſt álius præter nos. Cóngrega omnes tribus Jacob, ut cognoſcant quia non eſt Deus niſi tu, & enarrent magnália tua: & hæreditábis eos ſicut ab inítio.

℟. *iv.* Noſſe te, Deus, conſummáta juſtítia eſt; * Et ſcire juſtítiam & virtútem tuam, radix eſt immortalitátis. *Sap.* 15. 3. ℣. Hæc eſt autem vita ætérna ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. *Joan.* 17. 3. * Et ſcire.

LECTIO V. *v.* 14.

Ut ſuſcitentur prædicationes Prophetarum.

Miſerére plebi tuæ, ſuper quam invocátum eſt nomen tuum: & Iſraël quem coæquaſti primogénito tuo. Miſerére civitáti ſanctificatiónis tuæ Jerúſalem, civitáti requiéi tuæ. Reple Sion inenarrabílibus verbis tuis & glóriâ tuâ pópulum tuum. Da teſtimónium his qui ab inítio creatúræ tuæ ſunt, & súſcita prædicatiónes quas locúti ſunt in nómine tuo prophétæ prióres. Da mercédem ſuſtinéntibus te, ut prophétæ tui fidéles inveniantur: & exaudi oratiónes ſervórum tuórum, ſecundùm benedictiónem Aaron de pópulo tuo; & dírige nos in viam juſtítiæ: & ſciant omnes qui hábitant terram, quia tu es Deus conſpector ſeculórum.

℟. *v.* Tu, Deus noſter, * Suávis & verus es, pátiens, & in miſericórdia diſpónis ómnia. *Sap.* 15. 1. ℣. Panem noſtrum ſuperſubſtantiálem da nobis hódie. *Matth.* 6. 11. * Suávis & verus es, pátiens.

rIO VI. *Cap.* 48.
v. 1.
Eliæ laudes.
rexit Elías prophé-
quaſi ignis; & ver-
ipsíus quaſi fácula
ıt. Qui induxit in
ımem, & irritantes
invídiâ ſuâ pauci
ınt: non enim pó-
ſuſtinére præcepta
ıi. Verbo Dómini
uit cœlum, & de-
.e cœlo ignem ter.
ıplificátus eſt Elías
ıbílibus ſuis. Et quis
ſimíliter ſic gloriári
Qui ſuſtuliſti mór-
ıb ínferis de ſorte
in verbo Dómini
Qui dejeciſti reges
ıíciem, & confre-
cilè poténtiam ip-
& glorióſos de le-
ı. Qui audis in Si-
cium, & in Horeb
defenſiónis. Qui
reges ad pœnitén-
& prophétas facis
óres poſt te. Qui
s es in túrbine ig-
curru equórum ig-
ı. Qui ſcriptus es
:iis témporum le-
ıcúndiam Dómini:
áre cor patris ad
, & reſtitúere tribus
Beáti ſunt qui te
ıt, & in amicítia
coráti ſunt. Nam
â vívimus tantùm;
ıortem autem non
e nomen noſtrum.

℟. *vj.* Anima mea exultábit in Dómino, & delectábitur ſuper ſalutári ſuo: * Omnia oſſa mea dicent: † Dómine, quis ſímilis tibi? *Pſ.* 34. 9. 10. ℣. Quia unus dies apud Dóminum ſicut mille anni, & mille anni ſicut unus dies. 2. *Petr.* 3. 8. * Omnia. ℣. Glória. † Dómine.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola cathólica beáti Jacóbi Apóſtoli.

LECTIO VII. *Cap.* 5. *v.* 13.

Virtus orationis.

TRiſtátur áliquis veſtrûm? oret. Æquo ánimo eſt? pſallat. Infirmátur quis in vobis? indúcat preſbyteros Eccléſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum óleo in nómine Dómini: & orátio fidei ſalvábit infirmum; & alleviábit eum Dóminus; & ſi in peccátis ſit, remittentur ei. Confitémini ergo altérutrum peccáta veſtra, & oráte pro ínvicem, ut ſalvémini; multùm enim valet deprecátio juſti aſsídua.

℟. *vij.* Memento, Dómine, * Et oſtende te nobis in témpore tribulatiónis noſtræ, & da mihi fidúciam, Dómine rex deórum. *Eſth.* 14. 12. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem, ſed líbera nos à

malo. *Matth.* 6. 12. * Et ne nos indúcas.

LECTIO VIII. *v.* 17.

Exemplum orationis in Elia.

ELías homo erat símilis nobis paſsíbilis: & oratióne orávit ut non plúeret ſuper terram, & non pluit annos tres & menſes ſex. Et rursùm orávit, & cœlum dedit plúviam, & terra dedit fructum ſuũ. Fratres mei, ſi quis ex vobis erráverit à veritáte, & convérterit quis eum; ſcire debet quóniam qui converti fécerit peccatórem ab erróre viæ ſuæ, ſalvábit ánimam ejus à morte, & opériet multitúdinem peccatórum.

℟. *viij.* Non eſt álius Deus quàm tu, cui cura eſt de ómnibus, * Ut oſtendas quóniam non injuſtè júdicas judícium. *Sap.* 12. 13. ℣. Dimitte nobis débita noſtra, ſicut & nos dimíttimus debitóribus noſtris. *Matth.* 6. 12. * Ut oſtendas.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO IX. *Cap.* 17. *v.* 11.

Decem leproſi.

IN illo témpore: Dum iret Jeſus in Jerúſalem, transíbat per médiam Samaríam & Galilæam: & cùm ingrederétur quoddam caſtellum, occurrérunt ei decem viri leproſi. Et réliqua.

Homilia ſancti Bernardi Abbatis.

Ser. 27. *de Diverſ. contra vitium ingratitudinis.*

NOnne decem mundáti ſunt? & novem ubi ſunt? Meminiſtis, credo, verba Salvatóris hæc eſſe, novem illórum ingratitúdinem arguentis. Bene ſiquidem oraſſe, obſecraſſe, poſtulaſſe leguntur, qui levavérunt vocem, dicentes: Jeſu Fili David, miſerére nobis. Sed défuit eis quarta, quam adjécit Apóſtolus, gratiárum áctio; quóniam non rediérunt, nec egérunt grátias Deo. Multos quoque vidémus uſque hódie ſatis importúnè petentes quod ſibi deeſſe cognóverint; ſed paucos ádmodum nóvimus, qui dignas ſuper acceptis benefíciis grátias ágere videantur. Nec reprehenſíbile eſt quòd inſtanter pétimus; ſed planè petitióni negat effectum, quòd invenímur ingráti. Et fortè hoc étiam cleméntiæ eſſe vidétur, ingrátis negáre quod póſtulant: ne contingat nobis ut tantò grávius de ingratitúdine judicémur, quantò magis accumulátis benefíciis ingráti probábimur extitiſſe. Ergo miſericórdiæ res

ac parte ſubtráhe-
:icórdiam, quem-
m iræ & indigna-
iiſericórdiam ex-
eam ſanè de qua
ɔhétam ipſe Pater
ɔrdiárum lóquitur,
Miſereámur ím-
non diſcet fácere
a.
. Non in multitú-
: virtus tua, Dó-
neque in equórum
voluntas tua eſt;
ſuperbi ab inítio
int tibi: ſed humí-
& manſuetórum
er tibi plácuit de-
. *Judith.* 9. 16.
:ondiſti hæc à ſa-
s, & revelaſti ea
. *Matth.* 11. 25.
ſuperbi. ℣. Gló-
emper.
nedict. *Ant.* 7. a.
unt vocem, dicen-
i præceptor, miſe-
tri. *Luc.* 17. 13.
ius. *Oratio.*
.nípotens ſempi-
rne Deus, da no-
., ſpei & charitá-
ientum: & ut me-
áſſequi quod pro-
fac nos amáre
:æcipis; Per Dó-
noſtrum.

A N O N.

ncílio Tolosáno.
1229. *Cap.* 25.
iimus, ut . . . dó-
us & dómina cu-
domûs, domínicis

& feſtivis diébus teneantur ad Eccléſiam veníre auditúri ibidem ex íntegro prædicatiónem & divínum offícium, nec inde receſsúri, donec miſſa compleátur omninò . . . Quòd ſi alter ipsórum abſens fúerit, alter ſaltem teneátur veníre.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Factum eſt dum irent, mundáti ſunt: unus autem ex illis, ut vidit quia mundátus eſt, regreſſus eſt cum magna voce magníficans Deum. *Luc.* 17. 14. 15.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

FERIA SECUNDA.

De libro tértio Regum.

LECTIO I. *Cap.* 18. *v.* 5.

Elias occurrit Abdiæ.

POſt dies multos dixit Achab ad Abdíam: Vade in terram ad univerſos fontes aquárum & in cunctas valles, ſi fortè poſsímus inveníre herbam. Cumque eſſet Abdias in via, Elías occurrit ei: qui cùm cognoviſſet eum, cécidit ſuper fáciem ſuam, & ait: Num tu es, dómine mi, Elías? Cui ille reſpondit: Ego. Vade, & dic dómino tuo: Adeſt Elías. Et ille: Quid peccávi, inquit? Cùm recéſſero à te, Spíritus Dómini aſportábit

te in locum quem ego ignóro. Et dixit Elías: Vivit Dóminus exercítuum, ante cujus vultum ſto, quia hódiè apparébo ei. Abiit ergo Abdias in occurſum Achab, & indicávit ei: venitque Achab in occurſum Elíæ. Et cùm vidiſſet eum, ait: Tune es ille qui conturbas Iſraël? Et ille ait: Non ego turbávi Iſraël, ſed tu & domus patris tui, qui dereliquiſtis mandáta Dñi, & ſecúti eſtis Báalim. Verùtamen nunc mitte, & cóngrega ad me univerſum Iſraël in monte Carméli, & prophétas Baal quadringentos quinquaginta, prophetaſque lucórum quadringentos qui cómedunt de menſa Jézabel. Miſit Achab ad omnes filios Iſraël, & congregávit prophétas in monte Carméli.

℟. Dómine, *p.* 398.

LECTIO II. *v.* 21.

Elias provocat prophetas Baal.

ACcédens autem Elías ad omnem pópulum, ait: Uſquequò claudicátis in duas partes? ſi Dóminus eſt Deus, ſequímini illum: ſi autem Baal, ſequímini illum. Et non reſpondit ei pópulus verbum. Et ait rursùs Elías ad pópulum: Ego remanſi prophéta Dómini ſolus: prophétæ autem Baal quadringenti & quinquaginta viri ſunt. Dentur nobis duo boves, & illi éligant ſibi bovem unum, & in fruſta cædentes ponant ſuper ligna, ignem autem non ſuppónant: & ego fáciam bovem álterum, & impónam ſuper ligna, ignem autem non ſuppónam. Invocáte nómina deórum veſtrórum, & ego invocábo nomen Dómini mei; & Deus qui exaudíerit per ignem, ipſe ſit Deus. Reſpondens omnis pópulus, ait: Optima propoſítio. Dixit ergo Elías prophétis Baal: Elígite vobis bovem unum, & fácite primi quia vos plures eſtis: & invocáte nómina deórum veſtrórum, ignemque non ſupponátis. Qui cùm tuliſſent bovem quem déderat eis, fecérunt; & invocábant nomen Baal de mane uſque ad merídiem, dicentes: Baal, exaudi nos. Et non erat vox, nec qui reſpondéret.

℟. Deus noſter, *pag.* 399.

LECTIO III. *v.* 29.

Sacrificium Eliæ.

POſtquàm autem tránſiit merídies, & illis prophetántibus vénerat tempus quo ſacrificium offerri ſolet, nec audiebátur vox, nec áliquis

, nec atten-
s ; dixit Elías
 : Veníte ad
duódecim lá-
ædificávit de
áre in nómi-
i ; fecitque
 quaſi per
iculas in cir-
, & compó-
diviſitque per
vem , & pó-
igna , & ait :
tuor hydrias
fundite ſuper
a & ſuper li-
cùm feciſſent
cérunt tértiò ;
t aquæ circum
foſſa aquædu-
 eſt. Cumque
s eſſet ut of-
ocauſtum , ac-
as prophéta ,
i me , Dómi-
me : ut diſ-
 iſte , quia tu
s Deus. Céci-
ignis Dómini
holocauſtum ,
: lápides , púl-
ue , & aquam
in aquæductu
Quod cùm vi-
s pópulus , cé-
ciem ſuam , &
ninus ipſe eſt
minus ipſe eſt
autem , Dómi-
ére noſtri.
 grátias.
ipſe es , *pag.*

CANON.

Ex Concílio Burdigalenſi. *An.* 1583. *Tit. de Parochis.*

Parochi qui in partem ſollicitúdinis & gubernatiónis Eccleſiárum ab Epíſcopis vocantur, diligenter múneri ſuo atténdere debent, non ignári præcípuas offícii ſui eſſe partes, pópulum in Dei lege ac voluntáte inſtrúere, Sacramentis Eccleſiáſticis refícere, atque communíre, ſacras ad Deum pro eo preces fúndere, & laudábilis vitæ exemplo viam ſalútis demonſtráre.

FERIA TERTIA.

De libro tértio Regum.

Lectio I. *Cap.* 18. 41.

Elias cælum aperit.

Ait Elías ad Achab : Aſcende, cómede & bibe ; quia ſonus multæ plùviæ eſt. Aſcendit Achab, ut coméderet & bíberet : Elías autem aſcendit in vérticem Carméli, & pronus in terram póſuit fáciem ſuam inter génua ſua. Et dixit ad púerum ſuum : Aſcende, & próſpice contra mare. Qui cùm aſcendiſſet, & contemplátus eſſet, ait : Non eſt quidquam. Et rursùm ait illi : Revértere ſeptem vícibus. In ſéptima autem vice, ecce nubécula parva quaſi ve-

ſtígium hóminis aſcendébat de mari. Qui ait: Aſcende, & dic Achab: Junge currum tuum, & deſcende, ne óccupet te plúvia. Cumque ſe vérteret huc atque illuc, ecce cœli contenebráti ſunt, & nubes, & ventus, & facta eſt plúvia grandis. Aſcendens itaque Achab ábiit in Jézrael: & manus Dómini facta eſt ſuper Elíam, accinctiſque lumbis currébat ante Achab, donec veníret in Jézrael.

℟. Noſſe te, *p.* 400.

LECTIO II. *Cap.* 19. *v.* 1.

Elias fugiens Jezabel.

NUntiávit autem Achab Jézabel ómnia quæ fécerat Elías, & quómodò occidiſſet univerſos prophétas gládio. Miſitque Jézabel núntium ad Elíam, dicens: Hæc mihi fáciant dii, & hæc addant, niſi hâc horâ cras poſúero ánimam tuam ſicut ánimam uníus ex illis. Tímuit ergo Elías; & ſurgens, ábiit quocumque eum ferébat volúntas: venitque in Berſabée Juda, & dimíſit ibi púerum ſuum, & perrexit in deſertum, viam uníus diéi. Cumque veniſſet, & ſedéret ſubter unam juníperum, petívit ánimæ ſuæ ut moreré-

tur, & ait: Suffi[cit mihi,] Dómine; tolle [ánimam] meam: neque e[nim me]lior ſum, quà[m patres] mei. Projecitque [ſe, &] obdormívit in u[mbra ju]níperi: & ecce [Angelus] Dómini tétigit e[um, &] dixit illi: Surge [&] [co]mede. Reſpexit [, & ecce] ad caput ſuum [ſubcine]rícius panis, & va[s aquæ:] comédit ergo & [bibit,] & rursùm obd[ormívit.] Reverſúſque eſt [Angelus] Dómini ſecundò, [& té]tigit eum, dixitq[ue illi:] Surge, cómede: [grandis] enim tibi reſtat v[ia. Qui] cùm ſurrexiſſet [, comé]dit & bibit, & [ambulá]vit in fortitúdine [cibi il]líus, quadraginta [diébus] & quadraginta n[óctibus,] uſque ad monte[m Dei] Horeb.

℟. Tu, Deus,

LECTIO III.

Elias mittitur ad [...] *dos reges: ſibi* [...] *Eliſeum.*

AIt Dóminus a[d eum:] Vade, & r[evértere] in viam tuam pe[r deſer]tum in Damaſcum[: cúm]que pervéneris ill[uc, un]ges Házael rege[m ſuper] Syriam, & Jehu [fílium] Namſi unges rege[m ſuper] Iſraël: Eliſéum a[utem fí]lium Saphat, qu[i eſt de] Abelmeula, ung[es pro]phétam pro te. E[...]

: fúgerit glá-
zael, occídet
; & quicúmque
dium Jehu, in-
um Eliſéus. Et
ım mihi in Iſ-
m míllia viró-
rum génua non
váta ante Baal,
os quod non
eum óſculans
Profectus ergo
ıs, réperit Eli-
m Saphat, aran-
duódecim jugis
: ipſe in duóde-
s boum aránti-
erat: cumque
Elías ad eum,
ium ſuum ſuper
ıi ſtatim relíctis
urrit poſt Elíam,
Oſculer, oro,
eum & matrem
& ſic ſequar te.
ei: Vade, &
; quod enim
ıt, feci tibi. Re-
ıtem ab eo, tu-
ɔum, & mactá-
, & in arátro
ɔxit carnes, &
ulo, & come-
conſurgenſque
c ſecútus eſt E-
: miniſtrábat ei.
ıma mea, *pag.*

A N O N.
ílio Narbonenſi.
509. *Canon* 32.
lent Párochi ſu-
regem ſuam, &

paráti ſemper ſint, ne per illórum negligéntiam, aut párvuli ſine Baptiſmo, aut adulti ſine Sacramento Pœniténtiæ, Communiónis, & Extrémæ-Unctiónis moriantur; infirmos ſæpiùs víſitent & conſolentur, ac de ſalúte ánimæ móneant.

FERIA QUARTA.

De libro tértio Regum.

LECTIO I. *Cap.* 20. *v.* 1.

Syri cæduntur à pueris principum Iſraël.

Porrò Bénadad rex Syriæ, congregávit omnem exércitum ſuum, & triginta duos reges ſecum, & equos, & currus; & aſcendens pugnábat contra Samaríam, & obſidébat eam. Et ecce Prophéta unus accédens ad Achab regem Iſraël, ait ei: Hæc dicit Dóminus. Certè vidiſti omnem multitúdinem hanc nímiam? Ecce ego tradam eam in manu tua hódie; ut ſcias, quia ego ſum Dóminus. Et ait Achab: Per quem? Dixitque ei: Hæc dicit Dóminus: Per pediſſequos príncipũ provinciárum. Et ait: Quis incípiet præliári? Et ille dixit: Tu. Recénſuit ergo púeros príncipum provinciárum, & réperit númerum ducentórum triginta duórum; & recénſuit poſt eos pópulum,

omnes filios Iſraël, ſeptem millia; & egreſſi ſunt merídiè. Egreſſi ſunt autem púeri príncipum provinciárum in prima fronte; ac réliquus exércitus ſequebátur. Et percuſſit unuſquiſque virum qui contra ſe veniébat: fugerúntque Syri, & perſecútus eſt eos Iſraël. Fugit quoque Bénadad rex Syriæ in equo cum equítibus ſuis. Necnon egreſſus rex Iſraël percuſſit equos & currus, & percuſſit Syriam plagâ magnâ.

℟. Memento, *p.* 401.

LECTIO II. *v.* 26.

Poſt alteram cæſionem Achab init fœdus cum Syris.

IGitur poſtquàm annus tranſíerat, recénſuit Bénadad Syros, & aſcendit in Aphec, ut pugnáret contra Iſrael. Dirigebantque ſeptem diébus ex adverſo hi atque illi ácies, ſéptimâ autem die commiſſum eſt bellum: percuſſeruntque filii Iſraël de Syris centum míllia péditum in die una. Porrò Bénadad fúgiens ingreſſus eſt civitátem, in cubículum quod erat intra cubículum. Dixeruntque ei ſervi ſui: Ecce audívimus quòd reges domûs Iſraël clementes ſint. Accinxérunt ſaccis

lumbos ſuos,
runt funículos
bus ſuis, vene
regem Iſraël,
runt ei: Servu
nadad dicit: V
te, ánima me
ait: Si adhuc
ter meus eſt.
cepérunt viri p
& feſtinantes
verbum ex ore
que dixérunt: F
Bénadad. Et d
Ite, & addúcit
me. Egreſſus e
cum Bénadad,
vit eum in curr
Qui dixit ei:
quas tulit pate
patre tuo, red
platéas fac tibi i
co, ſicut fecit p
in Samaría; &
rátus recédam
pigit ergo fœdu
miſit eum.

℟. Non eſt á
401.

LECTIO III

Achab à Prophe
henſus.

ABiit ergo I
& occurri
via, & mutávit
ne púlveris os
ſuos. Cumque
ſiſſet, clamávit a
& ait: Servus tu
ſus eſt ad præ
cóminus: cumqu
ſet vir unus, add
quidam ad me,

virum iſtum : pſus fuerit, erit a pro ánima ejus, tum argenti ap- Dum autem ego huc illucque me , súbitò non it. Et ait rex Iſ- eum : Hoc eſt tuum, quod ipſe i. At ille ſtatim púlverem de fá- & cognóvit eum el quòd eſſet de s. Qui ait ad hæc dicit Dómi- ia dimiſiſti virum morte de manu t ánima tua pro jus, & pópulus pópulo ejus. Re- ſt ígitur rex Iſ- domum ſuam, ontemnens, & us venit in Sa-

on in multitúdi- . 403.

A N O N.

cílio Aquiſgra- nenſi.

85. *tit. de Paro- chis.*

:hi perpétuò Ec- e ſuæ aſſiſtant, invígilent : ſint in ſalúte fidé- curandâ.... Sit eórum cura erga .... Sit accura- tia in feſtórum ultu obſervando : ns eórum cura in ſcholis doctrínæ chriſtiánæ : ſint eórum mónita ſalutária : ſit magna vigilántia in réliquis parochiális múneris pártibus.

FERIA QUINTA.

De libro tértio Regum.

LECTIO I. *Cap.* 21. 1.

Vinea Naboth.

TEmpore illo, vínea erat Naboth Jezraelítæ, qui erat in Jézrael, juxta palátium Achab regis Samaríæ. Locútus eſt ergo Achab ad Naboth, dicens : Da mihi víneam tuam, ut fáciam mihi hortum ólerum, quia vicína eſt, & prope domum meam, dabóque tibi pro ea víneam meliórem : aut ſi commódius tibi putas, argenti prétium, quanto digna eſt. Cui reſpondit Naboth : Propítius ſit mihi Dóminus, ne dem hæreditátem patrum meórum tibi. Venit ergo Achab in domum ſuam indignans, & frendens ſuper verbo quod locútus fúerat ad eum Naboth Jezraelítes, dicens : Non dabo tibi hæreditátem patrum meórum. Et projíciens ſe in léctulum ſuum, avertit fáciem ſuam ad paríetem, & non comédit panem. Ingreſſa eſt autem ad eum Jézabel uxor ſua, dixitque ei : Quid eſt hoc, unde áni-

ma tua contriſtáta eſt ? & quare non cómedis panem ? Qui reſpondit ei : Locútus ſum Naboth Jezraelitæ, & dixi ei : Da mihi víneam tuam, acceptâ pecúniâ : aut, ſi tibi placet, dabo tibi víneam melióɾem pro ea. Et ille ait : Non dabo tibi víneam meam. Dixit ergo ad eum Jézabel uxor ejus : Grandis auctoritátis es ; & benè regis regnum Iſraël. Surge, & cómede panem, & æquo ánimo eſto ; ego dabo tibi víneam Naboth Jezraelitæ.

℟. Dómine, Dómine rex, *pag.* 398.

LECTIO II. *v.* 8.

Jubente Jezabel Naboth morti traditur.

SCripſit ítaque lítteras ex nómine Achab, & ſignávit eas ánnulo ejus, & miſit ad majóres natu & optimátes, qui erant in civitáte ejus, & habitábant cum Naboth. Fecérunt ergo cives ejus majóres natu & optimátes, qui habitábant cum eo in urbe, ſicut præcéperat eis Jézabel, & ſicut ſcriptum erat in lítteris quas míſerat ad eos. Et adductis duóbus viris fíliis diáboli, fecérunt eos ſedére contra eum : at illi ſcílicet ut viri diabólici, dixérunt contra eum teſtimónium coram multitúdine : B... Naboth Deum & ... Quamobrem ed... eum extra civitát... lapídibus interfi... Miſeruntque ad J... dicentes : Lapidá... Naboth, & mórt... Factum eſt autem ... audiſſet Jézabel ... tum Naboth, & ... tuum, locúta eſt ... chab : Surge, & ... víneam Naboth ... lítæ, qui nóluit t... quiéſcere, & da... acceptâ pecúniâ ... enim vivit Nabot... mórtuus eſt. Quc... audiſſet Achab, m... vidélicet Naboth, ... xit, & deſcendéba... neam Naboth Jez... ut poſſidéret eam.

℟. Deus noſte... 399.

LECTIO III. ...

Achab humiliat... verba Eliæ...

FActus eſt ígi... mo Dómini a... Theſbíten, dicen... ge, & deſcende i... ſum Achab regis ... qui eſt in Samarí... ad víneam Nabo... cendit ut poſſide... & loquéris ad eu... cens : Hæc dicit ... nus : Occidiſti, ... & poſſediſti. Et p... addes : Hæc dicit ... nus : In loco hoc ...

nt canes ſángui-
laboth, lambent
: ſánguinem tuum.
Achab ad Eliam:
nveniſti me inimí-
ni? Qui dixit: In-
eò quòd venúnda-
, ut fáceres ma-
conſpectu Dómini.
de Jézabel locú-
Dóminus, dicens:
cómedent Jézabel
o Jézrael. Itaque
udiſſet Achab ſer-
iſtos, ſcidit veſti-
ſua, & opéruit ci-
ırnem ſuam, jeju-
ıe & dormívit in
& ambulávit de-
cápite. Et factus
mo Dómini ad E-
Theſbíten, dicens:
: vidiſti humiliá-
Achab coram me?
gitur humiliátus eſt
ausâ, non indúcam
ı in diébus ejus, ſed
ous filii ſui ínferam
ı dómui ejus.
Tu ipſe es, *pag.*

CANON.
Concílio Remenſi.
583. *tit. de Extrem. Unct. n.* 4.
On putet ſuo ſatiſ-
factum offício Sa-
, ſi ſemel tantùm
ım inviſerit, dum
fuit adhibenda:
ıàm diutíſſimè pó-
eum conſolétur, &
et quæ ad ſalútem
ſpectant, eique, quouſque è vivis excéſſerit, aſſiſtat, & óperam impendat; qui autem in ea re ſe negligentem præſtíterit, à Decáno vel Archidiácono ad Epíſcopum deferátur increpandus gráviter, & incúriæ ſuæ pœnas arbitrárias luitúrus.

FERIA SEXTA.

De libro tértio Regum.

LECTIO I. *Cap.* 22. *v.* 1.

Joſaphat quartus rex Juda.

TRanſiérunt tres anni abſque bello inter Syriam & Iſraël. In anno autem tértio, deſcendit Jóſaphat rex Juda ad regem Iſraël. Dixitque rex Iſraël ad ſervos ſuos: Ignorátis quòd noſtra ſit Ramoth Gálaad, & negligimus tóllere eam de manu regis Syriæ? Et ait ad Jóſaphat: Venieſne mecum ad præliandum in Ramoth Gálaad? Dixitque Jóſaphat ad regem Iſraël: Sicut ego ſum, ita & tu; pópulus meus & pópulus tuus, unum ſunt: quære, oro te, hódiè ſermónem Dómini. Vocávit ergo rex Iſraël eunúchum quemdam, & dixit ei: Feſtína addúcere Michæam filium Jemla. Núntius verò, qui íerat ut vocáret Michæam, locútus eſt ad eum, dicens: Ecce ſermónes pro-

phetárum ore uno regi bona prædicant : ſit ergo ſermo tuus ſímilis eó-rum, & lóquere bona. Cui Michæas ait : Vivit Dóminus, quia quodcumque díxerit mihi Dóminus, hoc loquar. Venit ítaque ad regem, & ait illi rex : Michæa, ire debémus in Ramoth Gálaad ad præliandum, an ceſſáre ? Adjúro te, ut non loquáris mihi niſi quod verum eſt, in nómine Dómini. Et ille ait : Vidi cunctum Iſraël diſperſum in móntibus, quaſi oves non habentes paſtórem ; & ait Dóminus : Non habent iſti dóminum ; revertátur unuſquiſque in domum ſuam in pace. Dixit ergo rex Iſraël ad Jóſaphat : Numquid non dixi tibi, quia non prophétat mihi bonum, ſed ſemper malum ?

℞. Noſſe te, *pag.* 400.

LECTIO II. *v.* 26.

Michæas in carcere. Achab occiſus.

AIt rex Iſraël : Tóllite Michæam, & máneat apud Amon príncipem civitátis, & apud Joas fílium Amelec, & dícite eis : Hæc dicit rex : Míttite virum iſtum in cárcerem, & ſuſtentáte eum pane tribulatiónis, & aquâ angúſtiæ, donec revertar in pace. Dixitque Michæas : Si reverſus fúeris in pace, non eſt locútus in me Dóminus. Et ait : Audíte, pópuli omnes. Aſcendit ítaque rex Iſraël, & Jóſaphat rex Juda, in Ramoth Gálaad. Dixit ítaque rex Iſraël ad Jóſaphat : Sume arma, & ingrédere prælium, & indúere véſtibus tuis. Porrò rex Iſraël mutávit hábitum ſuum, & ingreſſus eſt bellum. Rex autem Syriæ præcéperat princípibus cúrruum triginta duóbus, dicens : Non pugnábitis contra minórem & majórem quémpiam, niſi contra regem Iſraël ſolum. Cùm ergo vidiſſent príncipes cúrruum Jóſaphat, ſuſpicáti ſunt quòd ipſe eſſet rex Iſraël, & ímpetu facto pugnábant contra eum ; & exclamávit Jóſaphat. Intellexeruntque príncipes cúrruum quòd non eſſet rex Iſraël, & ceſſavérunt ab eo. Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum ſagittam dírigens, & caſu percuſſit regem Iſraël inter pulmónem & ſtómachum. At ille dixit aurígæ ſuo : Verte manum tuam, & éjice me de exércitu, quia gráviter vulnerátus ſum. Commiſſum eſt ergo prælium

illa, & rex Iſraël
in curru ſuo con-
)s, & mórtuus eſt
; fluébat autem
plagæ in ſinum
Dormívit ergo A-
am pátribus ſuis,
ávit Ochozías fi-
s pro eo.
'u Deus, *pag.* 400.
IO III. *v.* 41.
;ias octavus rex
Iſraël.
hat verò filius
regnáre cœperat
adam anno quarto
regis Iſraël. Et
vit in omni via
tris ſui, & non
vit ex ea; fecitque
ctum erat in con-
Dómini. Verúm-
excelſa non ábſtu-
huc enim pópulus
bat, & adolébat
m in excelſis. Rex
ſaphat fécerat claſ-
mari, quæ navigá-
Ophir propter au-
& ire non potué-
uia confractæ ſunt
ngaber. Tunc ait
as filius Achab ad
it: Vadant ſervi
m ſervis tuis in
. Et nóluit Jóſa-
Dormivitque Jóſa-
m pátribus ſuis,
tus eſt cum eis in
David patris ſui;
tque Joram filius
o eo. Ochozías
ilius Achab regná-
re cœperat ſuper Iſraël in Samaria, anno ſéptimo décimo Jóſaphat regis Juda, regnavitque ſuper Iſraël duóbus annis. Et fecit malum in conſpectu Dómini, & ambulávit in via patris ſui & matris ſuæ, & in via Jeróboam filii Nabat, qui peccáre fecit Iſraël. Servívit quoque Baal, & adorávit eum; & irritávit Dóminum Deum Iſraël, juxta ómnia quæ fécerat pater ejus.

℟. Anima mea, *pag.* 401.

CANON.

Ex Concílio Colonienſi primo.

An. 1536. *part.* 6. *Cap.* 8.

AD evangelizandum miſſi ſunt Párochi; væ ergo illis ſi non evangelizáverint. Si quis autem eórum ſapiéntiâ índiget, ſcrutétur Scriptúras, & póſtulet à Deo, qui dat ómnibus affluenter, & non impróperat, & dábitur ei.

SABBATO.

Incipit liber quartus Regum.

LECTIO I. *Cap.* 1. *v.* 1.

Ochozias mittit ad conſulendum Beelzebub.

PRævaricátus eſt autem Moab in Iſraël, poſtquàm mórtuus eſt Achab. Ceciditque Ochozías per cancellos cœná-

Theſbíten, dicens: Surge, & aſcende in occurſum nuntiórum regis Samaríæ, & dices ad eos: Numquid non eſt Deus in Iſraël, ut eátis ad conſulendum Beélzebub deũ Accaron? Quamobrem hæc dicit Dóminus: De léctulo, ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes; ſed morte moriéris. Et ábiit Elías. Reversíque ſunt núntii ad Ochozíam. Qui dixit eis: Quare reverſi eſtis? At illi reſpondérunt ei: Vir occurrit nobis, & dixit ad nos: Ite, & revertímini ad regem, qui miſit vos, & dicétis ei: Hæc dicit Dóminus: Numquid, quia non erat Deus in Iſraël, mittis ut conſulátur Beélzebub deus Accaron? Idcircò de léctulo, ſuper quem aſcendiſti, non deſ-

dit ad eum; ſed in vértice monti Homo Dei, rex pit ut deſcendas. R denſque Elías, dix quagenário: Si Dei ſum, deſcend de cœlo, & dévo & quinquaginta tu cendit ítaque ig cœlo, & devoráv & quinquaginta q cum eo. Rurſum ſit ad eum príncipe quagenárium álter quinquaginta cum locútus eſt illi: Dei, hæc dicit r ſtína, deſcende. dens Elías, ait: Dei ego ſum, d ignis de cœlo, ret te, & quin tuos. Deſcendit er de cœlo, & devo lum, & quinqua jus.

contra Eliam , &
is eſt eum, & ait :
Dei , noli deſpi-
nimam meam , &
ſervórum tuórum
cum ſunt. Ecce deſ-
ignis de cœlo , &
vit duos príncipes
agenários primos ,
nquagénos qui cum
nt ; ſed nunc óbſe-
miſereáris ánimæ
Locútus eſt autem
is Dómini ad E-
dicens : Deſcende
o , ne tímeas. Sur-
gitur , & deſcendit
o ad regem , & lo-
eſt ei : Hæc dicit
nus : Quia miſiſti
s ad conſulendum
ub deum Accaron ,
non eſſet Deus in
, à quo poſſes in-
ire ſermónem : ídeò
ulo , ſuper quem
iſti , non deſcen-
ed morte moriéris.
us eſt ergo juxta
nem Dómini , quem
eſt Elías , & re-
Joram frater ejus
o , anno ſecundo
filii Jóſaphat re-
læ : non enim ha-
filium.

C A N O N.

oncílio Aquiſgra-
nenſi.

16. *lib.* 1. *Cap.* 26.
cui diſpensátio ver-
ommiſſa eſt, etiamſi
vivat , & tamen
pérditè viventes argúere
aut erubeſcat , aut mé-
tuat ; cum ómnibus , qui
eo tacente períerint, perit.

Ad Magníſic. *Ant.* 7. ç. Fílii Prophetárum qui e-rant in Jéricho , dixé-runt : Requiévit ſpíritus Elíæ ſuper Eliſéum. 4. *Reg.* 2. 15.

Oratio infrà ad Laudes.

DOMINICA XIV. poſt Pentecoſten.

IN I. NOCTURNO.

De libro quarto Regum.

LECTIO I. *Cap.* 2. *v.* 1.

Elia ſpiritus ſuper Eliſeum quieſcens.

Ibant Elías & Eliſéus de Gálgalis ; dixítque Elías ad Eliſéum : Sede hîc , quia Dóminus miſit me uſque in Bethel. Cui ait Eliſéus : Vivit Dóminus , & vivit ánima tua , quia non dere-linquam te. Cumque deſ-cendiſſent Bethel , dixit Elías ad Eliſéum : Sede hîc , quia Dóminus mi-ſit me in Jéricho. Et ille ait : Vivit Dóminus , & vivit ánima tua , quia non derelinquam te. Cumque veniſſent Jéricho , dixit ei Elías : Sede hîc , quia Dóminus miſit me uſque ad Jordánem. Qui ait : Vivit Dóminus , & vivit ánima tua , quia non de-relinquam te. Iérunt ígi-tur ambo páriter. Tulít-que Elías pállium ſuum ,

tollar à te. Dixitque Eli-ſéus : Obſecro ut fiat in me duplex ſpíritus tuus. Qui reſpondit : Rem difficilem poſtulaſti : áttamen, ſi víderis me, quando tollar à te, erit tibi quod petiſti ; ſi autem non víderis, non erit. Cumque pérgerent, & incedentes ſermocinarentur, ecce currus ígneus, & equi ígnei diviſérunt utrumque ; & aſcendit Elías per túrbinem in cœlum : Eliſéus autem vidébat & clamábat : Pater mi, pater mi, currus Iſraël, & auríga ejus. Et non vidit eum ámpliùs : apprehenditque veſtimenta ſua, & ſcidit illa in duas partes. Et levávit pállium Elíæ, quod cecíderat ei.

℟. j. Dóminus dedit, Dóminus ábſtulit ; * Sicut Dómino plácuit, ita

etiam nunc ? Perc
aquas, & divíſæ f
atque illuc, &
Eliſéus. Videntes
filii Prophetárum
erant in Jéricho e
dixérunt : Requi
ritus Elíæ ſuper E
Et venientes in o
ejus, adoravéru
proni in terram
runtque illi : Ec
ſervis tuis ſunt q
ginta viri fortes,
ſunt ire, & quær
minum tuum,
túlerit eum Spíri
mini, & projéce
in unum móntiu
in unam vállium
ait : Nolíte mítte
geruntque eum,
acquiéſceret, & d
Míttite. Et miſéru
quaginta viros ;
quæſiſſent tribus
non invenérunt. E
ſunt ad eum : at

ad cuſtodiendas juſtificatiónes tuas! *Pſ.* 118. *v.* 5. ℣. Arcta via eſt quæ ducit ad vitam. *Matth.* 8. 14. * Utinam.

Lectio III. *v.* 19.

Aqua ſanata. Pueri ab urſis lacerati.

DIxérunt quoque viri civitátis ad Eliſéum: Ecce habitátio civitátis hujus óptima eſt, ſicut tu ipſe, dómine, pérſpicis: ſed aquæ péſſimæ ſunt, & terra ſtérilis. At ille ait: Afferte mihi vas novum, & míttite in illud ſal. Quod cùm attuliſſent, egreſſus ad fontem aquárum, miſit in illum ſal, & ait: Hæc dicit Dóminus: Sanávi aquas has, & non erit ultrà in eis mors, neque ſterílitas. Sanátæ ſunt ergo aquæ uſque in diem hanc, juxta verbum Eliſéi, quod locútus eſt. Aſcendit autem inde in Bethel; cumque aſcénderet per viam, púeri parvi egreſſi ſunt de civitáte, & illudébant ei, dicentes: Aſcende, calve; aſcende, calve. Qui cùm reſpexiſſet, vidit eos, & maledixit eis in nómine Dómini: egreſſíque ſunt duo urſi de ſaltu, & laceravérunt ex eis quadraginta duos púeros. Abiit autem inde in montem Carméli, & inde reverſus eſt in Samaríam.

℟. *iij.* In generatiónem & generatiónem véritas tua, Dómine; * Fundaſti terram, & pérmanet: ordinatióne tuâ perſevérat dies; † Quóniam ómnia ſérviunt tibi. *Pſ.* 118. 90. 91. ℣. Tu idem ipſe es, & anni tui non deficient. *Hebr.* 1. 12. * Fundaſti. ℣. Glória. † Quóniam.

IN II. NOCTURNO.

De libro Eccleſiáſtici.

Lectio IV. *Cap.* 47. *v.* 26.

Peccata Iſraël poſt Salomonem.

FInem hábuit Sálomon cum pátribus ſuis. Et derelíquit poſt ſe de ſémine ſuo, gentis ſtultítiam; & imminútum à prudéntia, Róboam, qui avertit gentem consílio ſuo; & Jeróboam fílium Nabat, qui peccáre fecit Iſraël, & dedit viam peccandi Ephraïm, & plúrima redundavérunt peccáta ipsórum. Valdè avertérunt illos à terra ſua. Et quæſívit omnes nequítias, uſque dum perveniret ad illos deféníio, & ab ómnibus peccátis liberávit eos.

℟. *iv.* Non nobis, Dómine, non nobis, ſed nómini tuo da glóriam, * Super miſericórdia tua & veritáte tua. *Pſal.* 113. *v.* 1. 2. ℣. Dignus es,

Dómine Deus noſter, accipere glóriam & honórem. *Apoc.* 4.11. * Super.

LECTIO V. *Cap.* 48. *v.* 13.

Eliſeus ſucceſſor Eliæ.

ELías quidem in túrbine tectus eſt, & in Eliſéo complétus eſt ſpíritus ejus: in diébus ſuis non pertímuit príncipem, & poténtiâ nemo vicit illum; nec ſuperávit illum verbum áliquod, & mórtuum prophetávit corpus ejus. In vita ſua fecit monſtra, & in morte mirabília operátus eſt. In ómnibus iſtis non pœnítuit pópulus, & non receſſérunt à peccátis ſuis, uſquedum ejecti ſunt de terra ſua, & diſperſi ſunt in omnem terram; & relicta eſt gens perpauca, & princeps in domo David. Quidam ipsórum fecérunt quod placéret Deo: álii autem multa commiſérunt peccáta.

℟. *v.* Oſtende, Dómine, quóniam non derelinquis præſumentes de te, * Et præſumentes de ſe, & de ſua virtúte gloriantes humílias. *Judith.* 6. 15. ℣. Accepiſti virtútem tuam magnam, & regnaſti. *Ap.* 11. 17. * Et.

LECTIO VI. *c.* 50. *v.* 24.

Imploratur Dei miſericordia.

NUnc oráte Deum ómnium, qui magna fecit in omn
qui auxit dies
ventre matris m
fecit nobiſcum ſ
ſuam miſericórd
nobis jucunditá
dis & fieri pacer
bus noſtris in I
dies ſempiternos
re Iſraël nobiſ
Dei miſericórdi
líberet nos in di
Doctrínam ſapi
diſciplínæ ſcripſ
dice iſto Jeſus
rach Jeroſolym
renovávit ſapiér
corde ſuo. Beát
iſtis versátur be
ponit illa in co
ſápiens erit ſe
enim hæc fécerit
nia valébit; qui
veſtígium ejus e

℟. *vj.* Dómi
& Deus vitæ me
tolléntiâ oculór
rum ne déderis
† Et omne deſid
verte à me. *Ecc*
4. ℣. Deus, prop
mihi peccatóri.
v. 13. * Exto
℣. Glória. † E

IN III. NOCT

De Epíſtola be
Apóſtoli ad H

LECTIO VII. (
v. 32.

Fides Prophet

DEficiet m
enarrantem
deon, Barac,

, David, Sámuël,
phétis : qui per fi-
icérunt regna, ope-
unt juſtítiam, ade-
ıt repromiſſiónes,
vérunt ora leónum,
érunt ímpetum ig-
fugérunt áciem glá-
onvaluérunt de in-
te, fortes facti
ı bello, caſtra ver-
exterórum : acce-
mulíeres de reſur-
ie mórtuos ſuos.
item diſtenti ſunt,
ıſcipientes redem-
n, ut melíórem
ent reſurrectióné.
rò ludíbria & vér-
xperti, ínſuper &
ı & cárceres; la-
ſunt, ſecti ſunt,
ſunt, in occiſióne
mórtui ſunt : cir-
ıt in melótis, in
s caprínis, egen-
ıguſtiáti, affiícti;
dignus non erat
s : in ſolitudini-
antes, in mónti-
ſpeluncis, & in
is terræ.

vij. Apprehende,
e, arma & ſcu-
& exurge in adju-
mihi; * Dic áni-
æ : Salus tua ego
Pſal. 34. *v.* 2. 3.
creaſti ómnia; &
voluntátem tuam
& creáta ſunt.
4. *v.* 11. * Dic
meæ.

LECTIO VIII. *v.* 39.

Exemplo Prophetarum, afflictiones tolerandæ.

ET hi omnes teſtimónio fidei probáti, non accepérunt repromiſſiónem, Deo pro nobis mélius áliquid providente, ut non ſine nobis conſummarentur. Ideóque & nos tantam habentes impóſitam nubem téſtium, deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccátum, per patiéntiam currámus ad propóſitum nobis certámen : aſpicientes in autórem fidei, & conſummatórem Jeſum, qui propóſito ſibi gáudio ſuſtínuit crucem, confuſióne contemptâ, atque in déxtera ſedis Dei ſedet. Recogitáte enim eum qui talem ſuſtinuit à peccatóribus adversùm ſemetipſū contradictiónem; ut ne fatigémini, ánimis veſtris deficientes. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. *viij.* Mitte, Dómine, ſapiéntiam de cœlis ſanctis tuis, ut mecum ſit & mecum labóret, ut ſciam quid acceptum ſit apud te, * Et erunt accepta ópera mea. *Sap.* 9. 10. 12. ℣. Dómine, da mihi hanc aquam ut non ſitiam. *Joan.* 4. 15. * Et erunt.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO IX. *Cap. 6. v. 24.*

Deo ſerviendum, non mammonæ.

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Nemo poteſt duóbus dóminis ſervíre: aut enim unum ódio habébit, & álterum díliget; aut unum ſuſtinébit, & álterum contemnet. Non poteſtis Deo ſervíre & mammónæ. Et réliqua.

Homilía ſancti Cypriáni Epíſcopi & Mártyris.

De opere & eleemoſynis.

EIs ómnia appóni dicit & tradi, qui regnum & juſtitiam Dei quærunt. Eos enim Dóminus, cùm judícii dies vénerit, ad percipiendum regnum dicit admitti, qui fúerint in ecclésia ejus operáti. Métuis ne patrimónium tuum fortè defíciat, ſi operári ex eo lárgiter cœperis: & neſcis miſer, quia dum times ne res familiáris defíciat, vita ipſa & ſalus defícient: & dum, ne quid de rebus tuis minuátur, attendis, non réſpicis quòd ipſe minuáris, amátor magis mammónæ quàm ánimæ tuæ: ut dum times ne pro te patrimónium tuum perdas, ipſe pro património tuo péreas; & ideò bene Apóſtolus clamat & dicit: Nihil intúlimus in hunc mundum; verùm nec auferre quid póſſumus.... Vólucres Deus paſcit, & paſſéribus aliménta diúrna præſtantur; & quibus nullus divínæ rei ſenſus eſt, eis nec potus nec cibus deeſt; tu, Chriſtiáno, tu, Dei ſervo, tu opéribus bonis dédito, tu dómino ſuo charo áliquid exíſtimas defutúrum! Niſi ſi putas quia qui Chriſtum paſcit, à Chriſto ipſe non páſcitur; aut eis terréna déerunt, quibus cœléſtia & divína tribuuntur: unde hæc incrédula cogitátio? unde ímpia & ſacrílega iſta meditátio? quid facit in domo fídei pérfidum pectus? quid, qui Chriſto omninò non credit, appellátur & dícitur Chriſtiánus?

℟. ix. Quàm terribília ſunt ópera tua, Dómine! * Omnis terra adóret te & pſallat tibi; pſalmum dicat nómini tuo. *Pſ. 65. 3. 4.* ℣. Dómine Deus omnípotens, vera & juſta judícia tua. *Apoc. 16. 17.* * Omnis. ℣. Glória * Omnis.

Ad Benedict. *Ant. 7. d.* Volatília cœli non ſerunt, neque metunt; neque cóngregant in hórrea. *Matth. 6. 26.*

:mus. *Oratio.*
ſtódi, Dómine,
ıæſumus, Eccléſiá
propitiatióne per-
& quia ſine te lá-
ıumána mortálitas,
mper auxíliis & ab-
:ur à nóxiis, & ad
ia dirigátur; Per.
ANON.
Concílio Mediola-
nenſi primo.
565. *part.* 2. *tit.* 5.
Oneant Párochi fre-
quenter patres famí-
fílios & fámulos,
n béſtiis paſcendis
ınt, ſaltem diébus
Miſſæ júbeant inter-

Magníf. *Ant.* 7. d.
ıgri quómodò creſ-
non labórant, ne-
:nt. *Matth.* 6. 28.
tio, ut ſuprà ad Lau-

IA SECUNDA.
ıro quarto Regum.
TIO I. *Cap.* 3.
v. 4.
Juda, Iſraël & E-
adverſus Moab.
trò Meſa rex Moab,
triébat pécora mul-
: ſolvébat regi Iſ-
:ntum míllia agnó-
& centum míllia
ım, cum velléribus
Cumque mórtuus
Achab, prævari-
eſt fœdus quod ha-
cum rege Iſraël.
us eſt ígitur rex Jo-
ram in die illa de Sa-
maría, & recénſuit uni-
verſum Iſraël. Miſitque
ad Jóſaphat regem Juda,
dicens: Rex Moab receſ-
ſit à me; veni mecum con-
tra eum ad prælium. Per-
rexérunt ígitur rex Iſraël,
& rex Juda, & rex Edom,
& circuiérunt per viam
ſeptem diérum, nec erat
aqua exercítui, & jumen-
tis quæ ſequebantur eos.
Dixitque rex Iſraël: Heu,
heu, heu, congregávit
nos Dóminus tres reges ut
tráderet in manus Moab.
Et ait Jóſaphat: Eſtne hîc
prophéta Dómini, ut de-
precémur Dóminum per
eum? Et reſpondit unus de
ſervis regis Iſraël: Eſt hîc
Eliséus fílius Saphat, qui
fundébat aquam ſuper ma-
nus Elíæ. Et ait Jóſaphat:
Eſt apud eum ſermo Dó-
mini.

℟. Dóminus dedit, *p.* 416.

LECTIO II. *v.* 12.
Victoria ab Eliſeo pro-
miſſa.

DEſcenditque ad eum rex Iſraël, & Jóſaphat rex Juda, & rex Edom. Dixit autem Eliséus ad regem Iſraël: Quid mihi & tibi eſt? vade ad prophétas patris tui & matris tuæ. Et ait illi rex Iſraël: Quare congregávit Dóminus tres reges hos, ut tráderet eos in manus

Moab? Dixitque ad eum Eliſéus: Vivit Dóminus exercituum, in cujus conſpectu ſto, quòd ſi non vultum Jóſaphat regis Judæ erubéſcerem, non attendiſſem quidem te, nec reſpexiſſem. Nunc autem addúcite mihi pſaltem. Cumque cáneret pſaltes, facta eſt ſuper eum manus Dómini, & ait: Hæc dicit Dóminus: Fácite álveum torrentis hujus foſſas & foſſas. Hæc enim dicit Dóminus: Non vidébitis ventum, neque plúviam, & álveus iſte replébitur aquis, & bibétis vos, & familiæ veſtræ, & jumenta veſtra. Parumque eſt hoc in conſpectu Dómini: ínſuper tradet étiam Moab in manus veſtras. Factum eſt ígitur manè quando ſacrificium offerri ſolet, & ecce aquæ veniébant per viam Edom, & repléta eſt terra aquis.

℟. Tu mandaſti, *pag.* 416.

LECTIO III. *v.* 21.

Moab victus.

UNiverſi autem Moabítæ audientes quòd aſcendiſſent reges ut pugnárent adversùm eos, convocavérunt omnes qui accincti erant bálteo déſuper, & ſteterunt in términis. Primóque mane ſurgentes, & orto jam ſole ex adverſo aquárum, vidérunt Moabítæ contrà aquas rubras quaſi ſánguinem, dixeruntque: Sanguis gládii eſt: pugnavérunt reges contra ſe, & cæſi ſunt mútuò: nunc perge ad prædam, Moab. Perrexeruntque in caſtra Iſraël: porrò conſurgens Iſraël percuſſit Moab: at illi fugérunt coram eis. Venérunt ígitur qui víceran, & percuſſérunt Moab, & civitátes deſtruxérunt: & omnem agrum óptimum, mittentes ſínguli lápides, replevérunt: & univerſos fontes aquárum obturavérunt: & ómnia ligna fructífera ſuccidérunt, ita ut muri tantùm fictiles remanérent: & circúmdata eſt cívitas à fundibuláriis, & magna ex parte percuſſa. Quod cùm vidiſſet rex Moab, prævaluiſſe ſcílicet hoſtes, tulit ſecum ſeptingentos viros educentes gládium, ut irrúmperent ad regem Edom, & non potuérunt. Arripienſque filium ſuum primogénitum qui regnatúrus erat pro eo, óbtulit holocauſtum ſuper murum: & facta eſt indignátio magna in Iſraël, ſtatimque receſſérunt ab eo, & reverſi ſunt in terram ſuam.

℟. In generatiónem, *pag.* 417.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 5. de Reform. c. 2.

QUicumque parochiáles Ecclésias óbtinent... diébus ſaltem domínicis & feſtis ſolémnibus plebes ſibi commiſſas ..... paſcant ſalutáribus verbis, docendo ea quæ ſcire ómnibus neceſsáriũ eſt ad ſalútem: annuntiando quoque eis cum brevitáte & facilitáte ſermónis, vítia quæ eos declináre, & virtútes quas ſectári opórteat.

FERIA TERTIA.

De libro quarto Regum.

LECTIO I. *Cap. 5. v. 1.*

Naaman & Giezi.

NAaman erat vir fortis & dives, ſed leprósus. Venit ergo cum equis & cúrribus, & ſtetit ad óſtium domûs Eliséi. Miſitque ad eum Eliséus núntium, dicens: Vade, & laváre ſépties in Jordáne, & recípiet ſanitátem caro tua, atque mundáberis. Deſcendit & lavit in Jordáne ſépties juxta ſermónem viri Dei, & reſtitúta eſt caro ejus ſicut caro púeri párvuli, & mundátus eſt. Reverſuſque ad virum Dei cum univerſo comitátu ſuo, venit, & ſtetit coram eo, & ait: Verè ſcio quòd non ſit álius Deus in univerſa terra niſi tantùm in Iſraël. Obſecro ítaque ut accípias benedictiónem à ſervo tuo. At ille reſpondit: Vivit Dóminus ante quem ſto, quia non accípiam. Cumque vim fáceret, pénitùs non acquiévit. Dixitque Náaman: Ut vis: ſed, óbſecro, concéde mihi ſervo tuo ut tollam onus duórum burdónum de terra: non enim fáciet ultrà ſervus tuus holocauſtum aut víctimam diis aliénis niſi Dómino. Et ſecútus eſt Giézi poſt tergum Náaman: quem cùm vidiſſet ille currentem ad ſe, desíliit de curru in occurſum ejus. Et ille ait: Dóminus meus miſit me ad te, dicens: Modò venérunt ad me duo adoleſcentes de monte Ephraïm, ex filiis prophetárum: da eis taléntum argenti, & veſtes mutatórias dúplices. Dixitque Náaman: Mélius eſt ut accípias duo talénta. Et coégit eum. Ipſe autem ingreſſus, ſtetit coram dómino ſuo. Et dixit Eliſéus: Accepiſti argentum, & accepiſti veſtes: ſed & lepra Náaman adhærébit tibi & ſémini tuo, uſque in ſempiternum. Et egreſſus eſt ab eo leprósus quaſi nix. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Non nobis, *pag.* 417.

LECTIO II. *Cap. 6. v. 8.*

Conſilia regis Syriæ Eliſeo cognita.

Rex autem Syriæ pugnábat contra Iſraël, conſiliumque iniit cum ſervis ſuis, dicens: In loco illo & illo ponámus inſídias. Miſit ítaque vir Dei ad regem Iſraël, dicens: Cave ne tránſeas in locum illum, quia ibi Syri in insídiis ſunt. Miſit ítaque rex Iſraël ad locum quem díxerat ei vir Dei, & præoccupávit eum, & obſervávit ſe ibi non ſemel neque bis. Conturbatumque eſt cor regis Syriæ pro hac re; & convocátis ſervis ſuis, ait: Quare non indicátis mihi quis próditor meî ſit apud regem Iſraël? Dixitque unus ſervórum ejus: Nequáquàm, dómine mi rex; ſed Eliſéus prophéta, qui eſt in Iſraël, índicat regi Iſraël ómnia verba quæcumque locútus fúeris in conclávi tuo. Dixitque eis: Ite & vidéte ubi ſit, ut mittam & cápiam eum. Annuntiaverúntque ei dicentes: Ecce in Dothan. Miſit ergo illuc equos & currus, & robur exércitûs; qui cùm veniſſent nocte, circumdedérunt civitátem.

℟. Oſtende, Dómine, *pag.* 418.

LECTIO III. *v. 18.*

Milites Syri Samariam ab Eliſeo adducti.

Hoſtes verò deſcendérunt ad Eliſéum: porrò Eliſéus orávit ad Dóminum, dicens: Pércute, óbſecro, gentem hanc cæcitáte. Percuſſítque eos Dóminus ne vidérent, juxta verbum Eliſéi. Dixit autem ad eos Eliſéus: Non eſt hæc via, neque iſta eſt cívitas: ſequímini me, & oſtendam vobis virum quē quæritis. Duxit ergo eos in Samaríam: cumque ingreſſi fuiſſent in Samaríam, dixit Eliſéus: Dómine, apéri óculos iſtórum ut vídeant. Aperuítque Dóminus óculos eórum, & vidérunt ſe eſſe in médio Samariæ. Dixítque rex Iſraël ad Eliſéum, cùm vidiſſet eos: Numquid percútiam eos, pater mi? At ille ait: Non percúties; neque enim cepiſti eos gládio & arcu tuo ut percútias: ſed pone panem & aquam coram eis, ut cómedant & bibant, & vadant ad dóminum ſuum. Appoſitáque eſt eis cibórum magna præparátio; & comedérunt, & bibérunt, & dimíſit eos, abieruntque ad dóminum ſuum, & ultrà non venérunt latrónes Syriæ in terram Iſraël.

℣. Dómine, Pater. *p.* 418.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

An. 816. *lib.* 1. *Cap.* 106.

Sive proficiant, ſive non proficiant auditóres, tacére non debent Sacerdótes: nec ídeò rei ſunt ſi fortè eórum verba pópuli non áudiunt, vel audíta contemnunt; ſed ſi ab eis corrigendis abſiſtant.

FERIA QUARTA.

Homiliam & Evangelium quatuor Temporum vide in Proprio de Sanctis poſt diem 14. *Septembris.*

De libro quarto Regum.

LECTIO I. *Cap.* 6. *v.* 24.

Samaria obſeſſa. Fames horrifica.

Factum eſt autem poſt hæc, congregávit Bénadad rex Syriæ univerſum exércitum ſuum, & aſcendit, & obſidébat Samaríam. Factaque eſt fames magna in Samaría: & támdiù obſeſſa eſt, donec venumdarétur caput áſini octoginta argénteis, & quarta pars cabi ſtércoris columbárum quinque argénteis. Cumque rex Iſraël tranſíret per murum, múlier quædam exclamávit ad eum, dicens: Salva me, Dómine mi rex. Qui ait: Non te ſalvat Dóminus: unde te poſſum ſalváre? de área vel de torculári? Dixitque ad eam rex: Quid tibi vis? Quæ reſpondit: Múlier iſta dixit m[illegible]: Da filium tuum ut comedámus eum hódie, & filium meum comedémus cras. Cóximus ergo filiū meum, & comédimus. Dixíque ei die álterâ: Da filium tuum ut comedámus eum. Quæ abſcondit filium ſuum. Quod cùm audiſſet rex, ſcidit veſtimenta ſua, & tranſíbat per murum. Viditque omnis pópulus cilícium quo veſtitus erat ad carnem intrínſecùs. Et ait rex: Hæc mihi fáciat Deus, & hæc addat, ſi ſtéterit caput Eliſéi filii Saphat ſuper ipſum hódie.

℟. Apprehende. *p.* 419.

LECTIO II. *Cap.* 6. *v.* 32. *& c.* 7. *v.* 1.

Eliſei prædictio.

Eliſéus autem ſedébat in domo ſua, & ſenes ſedébant cum eo. Præmiſit ítaque virum; & ántequàm veníret núntius ille, dixit ad ſenes: Numquid ſcitis quòd míſerit filius homicídæ hic ut præcidátur caput meum? Vidéte ergo cùm vénerit núntius, cláudite óſtium, & non ſinátis eum introíre: ecce enim ſónitus pedum dómini ejus poſt eum eſt. Adhuc illo loquente eis, appáruit núntius qui veniébat ad eum. Et ait: Ecce tantum malum à

Dómino eſt : quid ámpliùs expectábo à Dómino ? Ait autem Eliſéus : Audite verbum Dómini : Hæc dicit Dóminus : In témpore hoc cras módius ſimilæ uno ſtatére erit, & duo módii hórdei ſtatére uno in porta Samaríæ. Reſpondens unus de dúcibus, ſuper cujus manum rex incumbébat, hómini Dei, ait : Si Dóminus fécerit étiam cataractas in cœlo, numquid póterit eſſe quod lóqueris ? Qui ait : Vidébis óculis tuis, & inde non cómedes.

℟. Mitte, Dómine, *p.* 419.

LECTIO III. *v.* 3.

Prophetiæ eventus.

QUátuor ergo viri erant leprósi juxta introítum portæ, qui dixérunt ad ínvicem : Quid hic eſſe vólumus donec moriámur ? Igitur cùm veniſſent leprósi illi ad principium caſtrórum, ingreſſi ſunt unum tabernáculum, & comedérunt, & bibérunt : tuleruntque inde argentum, & aurum, & veſtes. Dixeruntque ad ínvicem : Veníte, eámus, & nuntiémus in aula regis. Cumque veniſſent ad portam civitátis, narravérunt eis, dicentes : Ivimus ad caſtra Syriæ, & nullum íbidem repérimus hóminem, niſi equos & áſinos alligátos, & ſita tentória. Iérunt ergo portárii, & nuntiavérunt in palátio regis intrínſecùs. Miſitque rex in caſtra Syrórum dicens : Ite, & vidéte. Qui abiérunt poſt eos uſque ad Jordánem : ecce autem omnis via plena erat véſtibus & vaſis, quæ projécerant Syri cùm turbarentur : reverſique núntii indicavérunt regi. Et egreſſus pópulus diripuit caſtra Syriæ : factuſque eſt módius símilæ ſtatére uno, & duo módii hórdei ſtatére uno, juxta verbum Dómini. Porrò rex ducem illum in cujus manu incumbébat, conſtítuit ad portam : quem conculcávit turba in introítu portæ, & mórtuus eſt, juxta quod locútus fúerat vir Dei quando deſcénderat rex ad eum.

℟. Quàm terribília. 410.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

An. 816. *lib.* 1. *c.* 44.

NOn confundant ópera ſermónem tuum, ne cùm in Eccléſia lóqueris, tácitus quilibet reſpóndeat : Cur ergo hæc quæ dicis ipſe non facis ? Delicátus magiſter eſt qui pleno ventre de jejúniis diſputat. Sacerdótis Chriſti os, mens manuſque concordent.

[FER]IA QUINTA.
[De Lib]ro quarto Regum.
[Lecti]o I. *Cap.* 8. *v.* 1.
[Futur]is fames ab Eliſeo prædicta.

[Eli]ſéus locutus eſt ad
[m]ulíerem cujus vi-
[vi]ſcerat filium, di-
[cens:] Surge, vade tu,
[et do]mus tua, & peregri-
[náre] ubicumque repére-
[ris: v]ocávit enim Dómi-
[nus fa]mem, & véniet ſu-
[per ter]ram ſeptem annis.
[Quæ s]urrexit, & fecit jux-
[ta verb]um hóminis Dei:
[et vad]ens cum domo ſua,
[peregr]ináta eſt in terra
[Philiſt]hiim diébus multis.
[Cumq]ue finíti eſſent anni
[ſeptem], reverſa eſt múlier
[de ter]ra Philíſthiim; &
[egreſſa] eſt ut interpellaret
[regem] pro domo ſua &
[pro ag]ris ſuis. Rex autem
[loque]bátur cũ Giézi púe-
[ro viri] Dei, dicens: Narra
[mihi o]mnia magnália quæ
[fecit E]liſéus. Cumque il-
[le narr]áret regi quómodo
[mortu]um ſuſcitaſſet, ap-
[páruit] múlier cujus vivifi-
[cáverat] filium, clamans
[ad re]gem pro domo ſua
[et pro] agris ſuis. Dixitque
[Giézi]: Dómine mi rex,
[hæc e]ſt múlier, & hic eſt
[filius e]jus quem ſuſcitávit
[Eliſéu]s. Et interrogávit
[rex m]ulíerem: quæ narrá-
[vit ei]. Deditque ei rex eu-
[nuchu]m unum, dicens:
[Reſtit]ue ei ómnia quæ
ſua ſunt, & univerſos ré-
ditus agrórum, à die quâ
relíquit terram uſque ad
præſens.

℟. Dóminus dedit, *p.* 416.

Lectio II. *v.* 7.
Eliſeus conſultus pro Benadad.

Venit quoque Eliſéus Damaſcum, & Bénadad rex Syriæ ægrotábat: nuntiaveruntque ei, dicentes: Venit vir Dei huc. Et ait rex ad Házaël: Tolle tecum múnera, & vade in occurſum viri Dei, & cónſule Dóminum per eum, dicens: Si evádere pótero de infirmitáte mea hac? Ivit ígitur Házaël in occurſum ejus, habens ſecum múnera & ómnia bona Damaſci, ónera quadraginta camelórũ. Cumque ſtetiſſet coram eo, ait: Fílius tuus Bénadad rex Syriæ miſit me ad te, dicens: Si ſanári pótero de infirmitáte mea hac? Dixitque ei Eliſéus: Vade, dic ei: Sanáberis: porrò oſtendit mihi Dóminus quia morte moriétur. Stetitque cum eo, & conturbátus eſt uſque ad ſuffuſiónem vultûs; flevitque vir Dei. Cui Házaël ait: Quare dñs meus flet? At ille dixit: Quia ſcio quæ factúrus ſis fíliis Iſraël mala. Civitátes eórũ munítas igne ſuccendes, &

júvenes eórum interficies gládio, & párvulos eórum elides, & prægnantes dívides. Dixitque Házaël: Quid enim ſum ſervus tuus canis, ut fáciam rem iſtam magnã? Et ait Eliſéus: Oſtendit mihi Dóminus te regem Syriæ fore. Qui cùm receſſiſſet ab Eliſéo, venit ad dóminum ſuum. Qui ait ei: Quid dixit tibi Eliſéus? At ille reſpondit: Dixit mihi: Recípies ſanitátem. Cumque veniſſet dies áltera, tulit ſtrágulum, & infúdit aquam, & expandit ſuper fáciem ejus: quo mórtuo, regnávit Házaël pro eo.

℟. Tu mandaſti. *pag.* 416.

LECTIO III. *v.* 16.

Joram quintus rex Juda.

ANno quinto Joram filii Achab regis Iſraël, & Joſaphat regis Juda, regnávit Joram filius Jóſaphat rex Juda. Triginta duórum annórum erat cùm regnáre cœpiſſet, & octo annis regnávit in Jerúſalem. In diébus ejus receſſit Edom, ne eſſet ſub Juda, & conſtituit ſibi regem. Venitque Joram Seira, & omnes currus cum eo: & ſurrexit nocte, percuſſitque Idumæos qui eum circumdéderant, & príncipes cúrruum; pópulus autem fugit in tabernácula ſua. Receſſit ergo Edom ne eſſet ſub Juda ad diem hanc. Tunc receſſit & Lobna in témpore illo. Et dormívit Joram cum pátribus ſuis, ſepultuſque eſt cum eis in civitáte David, & regnávit Ochozías fílius ejus pro eo.

℟. In generatiónem, *pag.* 417.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

An. 816. *lib.* 1. *c.* 24.

QUi officii ſui neceſſitáte exígitur ſumma dícere, hâc eâdem neceſſitáte compéllitur ſumma monſtráre: illa namque vox libéntiùs auditórum cor pénetrat, quam dicentis vita commendat; quia quod loquendo ímperat, oſtendendo ádjuvat, ut fiat.

FERIA SEXTA.

Homiliam & Evangelium quatuor Temporum invenies in Proprio de Sanctis poſt diem 16. Septemb.

De libro quarto Regum.

LECTIO I. *Cap.* 8. *v.* 25.

Ochoſias ſextus rex Juda.

ANno duodécimo Joram filii Achab regis Iſraël, regnávit Ochozías fílius Joram regis Judæ. Viginti duórum annórum erat Ochozías cùm regnáre cœpiſſet, & uno anno regnávit in

ı : nomen ma-
.thalía filia Am-
Iſraël. Et ambu-
is domûs Achab :
quod malum eſt
Dómino , ſicut
Achab : gener
mûs Achab fuit.
oque cum Joram
aab ad prælian-
ıtra Házaël re-
riæ in Ramoth
& vulneravérunt
ım : qui reverſus
:urarétur in Jéz-
ia vulneráverant
ri in Ramoth
:m contra Há-
em Syriæ. Porrò
s filius Joram
ı , deſcendit in-
oram filium A-
ı Jézraël , quia
at ibi.
ın nobis, *p.* 417.
I O II. *Cap.* 9.
v. 11.
cimus rex Iſraël.
us autem prophé-
vocávit unum de
phetárum , & ait
inge lumbos tuos,
lentículam ólei
manu tua , &
Ramoth Gálaad.
: véneris illuc ,
Jehu filium Jóſa-
i Namſi : & in-
uſcitábis eum de
ratrum ſuórum ,
dúces in intérius
m. Tenenſque len-
ólei , fundes ſu-

per caput ejus , & dices : Hæc dicit Dóminus : Unxi te regem ſuper Iſraël. Conjurávit ergo Jehu contra Joram. Et aſcendit & profectus eſt in Jézraël : Joram enim ægrotábat ibi, & Ochozías rex Juda deſcénderat ad viſitandum Joram. Igitur ſpeculátor qui ſtabat ſuper turrim Jézraël , vidit globum Jehu venientis , & ait : Vídeo ego globum. Eſt autem inceſſus , quaſi inceſſus Jehu filii Namſi ; præceps enim gráditur. Et ait Joram : Junge currum. Junxeruntque currum ejus, & egreſſus eſt Joram rex Iſraël , & Ochozías rex Juda , ſínguli in cúrribus ſuis ; egreſſíque ſunt in occurſum Jehu , & invenérunt eum in agro Naboth Jezraëlítæ. Cumque vidiſſet Joram Jehu , dixit : Pax eſt , Jehu ? At ille reſpondit : Quæ pax ? adhuc fornicatiónes Jézabel matris tuæ , & veneficia ejus multa vigent. Convertit autem Joram manum ſuam , & fúgiens ait ad Ochozíam : Insídiæ , Ochozía. Porrò Jehu tetendit arcum manu , & percuſſit Joram inter ſcápulas : & egreſſa eſt ſagitta per cor ejus , ſtatimque córruit in curru ſuo. Dixitque Jehu ad Bádacer ducem : Tolle ,

prójice eum in agro Naboth Jezraëlitæ.

℞. Oſtende, *p.* 418.

LECTIO III. *v.* 30.

Mors Jezabel.

VEnit Jehu in Jézraël. Porrò Jézabel introïtu ejus audito, depinxit óculos ſuos ſtibio, & ornávit caput ſuum, & reſpexit per feneſtram ingredientem Jehu per portam, & ait: Numquid pax poteſt eſſe Zambri qui interfécit dóminum ſuum? Levavitque Jehu faciem ſuam ad feneſtram, & ait: Quæ eſt iſta? Et inclinaverunt ſe ad eum duo vel tres eunúchi. At ille dixit eis: Præcipitate eam deorſum. Et præcipitavérunt eam, aſperſuſque eſt ſánguine páries, & equórum úngulæ conculcavérunt eam. Cumque introgreſſus eſſet ut coméderet biberetque, ait: Ite, & vidéte maledictam illam, & ſepelite eam; quia filia regis eſt. Cumque iſſent ut ſepelirent eam; non invenérunt niſi calváriam, & pedes, & ſummas manus. Reverſique nuntiavérunt ei. Et ait Jehu: Sermo Dómini eſt, quem locútus eſt per ſervum ſuum Eliam Theſbiten, dicens: In agro Jézraël comedent canes carnes Jézabel, & erunt carnes Jézabel ſicut ſtercus ſuper fáciem terræ in agro Jézraël.

℞. Dómine Pater, *p.* 418.

CANON.

Ex Concilio Aquiſgranenſi.

An. 816. *lib.* 1. *Cap.* 9.

SAcerdótis ſermo debet eſſe purus, ſimplex & apertus, plenus gravitáte & honeſtáte, plenus ſuavitáte & grátiâ, tractans de myſtério legis, de doctrína fidei, de virtúte continéntiæ, de diſciplína juſtitiæ: unumquemque diverſâ ádmonens exhortatióne, juxta profeſſiónem morumque qualitátem, vidélicet ut pernoſcat quid, cui, quando, vel quómodò próferat.

SABBATO.

Homiliam & Evangelium quatuor Temporum vide in Proprio de Sanctis, poſt diem 17. *Septembris.*

De libro quarto Regum.

LECTIO I. *Cap.* 10. *v.* 1.

Filii Achab, & fratres Ochozia necantur.

ERant autem Achab ſeptuaginta filii in Samaria. Scripſit ergo Jehu litteras, & miſit in Samaríam ad optimátes civitátis, & ad majóres natu, & ad nutrítios Achab, dicens: Eligite meliórem, & eum qui

'obis placúerit de filiis ómini veſtri, & eum ónite ſuper sólium patris ui, & pugnáte pro domo ómini veſtri. Miſérunt rgo præpóſiti domûs, & ræfecti civitátis, & ma- óres natu, & nutrítii ad ehu, dicentes: Servi tui umus; quæcumque júſſe- is faciémus, nec conſti- uémus nobis regem: uæcumque tibi placent, ac. Reſcripſit autem eis ítteras ſecundò, dicens: Si mei eſtis, & obedítis mihi, tóllite cápita fi- liórum dómini veſtri, & venite ad me hâc eâdem horâ cras in Jézraël. Ve- nit autem núntius, & in- dicávit ei, dicens: At- tulérunt cápita filiórum regis. Qui reſpondit: Pó- nite ea ad duos acervos juxta introítum portæ uſ- que manè. Cumque di- luxiſſet, egreſſus eſt, & ſtans dixit ad omnem pó- pulum: Juſti eſtis: ſi ego conjurávi contra dómi- num meum, & interféci eum, quis percuſſit om- nes hos? Et ſurrexit, & venit in Samaríam: cum- que veniſſet ad cámeram paſtórum in via, invénit fratres Ochozíæ regis Ju- da, dixitque: Compre- héndite eos vivos. Quos cùm comprehendiſſent vi- vos, jugulavérunt eos in ciſterna juxta cámeram, quadraginta duos viros, & non reliquit ex eis quemquam.

LECTIO II. *v.* 15.

Sacerdotes Baal trucidati.

CUmque abiiſſet inde, invénit Jónadab fi- lium Rechab in occur- ſum ſibi, & benedixit ei; & impóſitum in curru ſuo duxit in Samaríam. Con- gregávit ergo Jehu om- nem pópulum, & dixit ad eos: Sanctificáte diem ſolemnem Baal. Vocavit- que & miſit in univerſos términos Iſraël, & venérunt cuncti ſervi Baal; non fuit resíduus ne unus quidem qui non veníret. Et ingreſſi ſunt templum Baal, à ſummo uſque ad ſummum. Ingreſſuſque Jehu, & Jónadab filius Rechab, templum Baal, ait cultóribus Baal: Per- quírite, & vidéte, ne quis fortè vobiſcum ſit, de ſer- vis Dómini, ſed ut ſint ſervi Baal ſoli. Factum eſt autem, cùm complé- tum eſſet holocauſtum, præcépit Jehu milítibus & dúcibus ſuis: Ingredí- mini, & percútite eos; nullus evádat. Percuſſe- runtque eos in ore glá- dii, & projecérunt míli- tes & duces: & iérunt in civitátem templi Baal, & protulérunt ſtátuam de fa- no Baal, & combuſſé- runt, & comminuérunt

eam. Deſtruxérunt quoque ædem Baal, & fecérunt pro ea latrínas uſque in diem hanc. Delévit ítaque Jehu Baal de Iſraël.

LECTIO III. *v.* 30.

Regnum Iſraël poſteris Jehu promiſſum.

DIxit autem Dóminus ad Jehu: Quia ſtudióſè egiſti quod rectum erat, & placébat in óculis meis, & ómnia quæ erant in corde meo feciſti contra domum Achab: filii tui uſque ad quartam generatiónem ſedébunt ſuper thronum Iſraël. Porro Jehu non cuſtodívit ut ambuláret in lege Dómini Dei Iſraël in toto corde ſuo: non enim receſſit à peccátis Jeróboam, qui peccáre fécerat Iſraël. In diébus illis cœpit Dóminus tædére ſuper Iſraël; percuſſitque eos Házaël in univérſis finibus Iſraël, à Jordáne contra orientálem plagam, omnem terram Gálaad, & Gad, & Ruben, & Manaſſe, ab Aroer, quæ eſt ſuper torrentem Arnon, & Gálaad & Baſan. Et dormívit Jehu cum pátribus ſuis, ſepelieruntque eum in Samaría; & regnávit Jóachaz filius ejus pro eo. Dies autem quos regnávit Jehu ſuper Iſraël, viginti & octo anni ſunt, in Samaría.

C A N O N.

Ex Concilio Aquiſgranenſi.

An. 816. *lib.* 1. *Cap.* 23.

RUdibus pópulis ſeu carnálibus, plana atque commúnia, non ſumma atque árdua prædicanda ſunt; ne immenſitáte doctrínæ opprimantur pótiùs quàm erudiantur.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D. Non cécidit de ſermónibus Dómini in terram, quos locútus eſt Dóminus ſuper domum Achab. 4. *Reg.* 10. 10.

Oratio, infrà ad Laudes.

DOMINICA XV. poſt Pentecoſten.

IN I. NOCTURNO.

De libro quarto Regum.

LECTIO I. *Cap.* 11. 1.

Athalia ſeptima Regina Juda.

ATthalía mater Ochozíæ, videns mórtuum filium ſuum, ſurrexit, & interfécit omne ſemen régium. Tollens autem Jóſaba filia regis Joram, ſoror Ochozíæ, Joas filium Ochozíæ, furáta eſt eum de médio filiórum regis, qui interficiebantur, & nutrícem ejus de triclínio; & abſcondit eum à fácie Athalíæ, ut non interficerétur.

:erétur. Eratque cum
annis clam in do-
›mini. Porrò Atha-
návit ſuper terram.
℣. Benedíctus es,
ıe Deus Iſraël, ab
› in æternum ; *
ſt, Dómine, ma-
ntia, & poténtia,
ria, & tibi laus.
. 29. v. 10. 11.
rga æquitátis, vir-
gni tui. *Hebr.* 1.
* Tua eſt.

TIO II. v. 4.

na capiti Joa impoſitum.

Ino autem ſéptimo
uſit Joíada, & aſſú-
centuriónes & mí-
introduxit ad ſe
plum Dómini, pe-
e cum eis fœdus;
rans eos in domo
i, oſtendit eis fi-
egis ; & præcépit
icens : Iſte eſt ſer-
em fácere debétis;
pars veſtrûm in-
ſábbato, & obſer-
úbias domûs regis;
autem pars ſit ad
ı Sur ; & tértia
t ad portam, quæ
t habitáculum ſcu-
m, & cuſtodiétis
as domûs Meſſa.
erò partes è vobis
egredientes ſábba-
uſtódiant excúbias
Dómini circa re-
Et vallábitis eum,
es arma in máni-
bus veſtris : ſi quis au-
tem ingreſſus fúerit ſep-
tum templi, interficiátur;
eritiſque cum rege in-
troeunte & egrediente.
Et fecérunt centuriónes
juxta ómnia quæ præcé-
perat eis Joíada Sacerdos;
& aſſumentes ſínguli vi-
ros ſuos, qui ingredie-
bantur ſábbatum, cum
his qui egrediebantur ſáb-
bato, venérunt ad Joía-
dam Sacerdótem, qui de-
dit eis haſtas, & arma
regis David, quæ erant
in domo Dómini. Et ſte-
térunt ſínguli habentes
arma in manu ſua, à
parte templi déxtera, uſ-
que ad partem ſiniſtram
altáris & ædis, circum
regem. Produxitque fi-
lium regis, & póſuit ſu-
per eum diadéma, & te-
ſtimónium ; fecerúntque
eum regem, & unxé-
runt ; & plaudentes ma-
nu, dixérunt : Vivat rex.

℟. ij. Cuncta quæ in
cœlo ſunt & in terra, tua
ſunt : * Tuum, Dómi-
ne, regnum, & tu es
ſuper omnes príncipes. 1.
Par. 29. v. 11. ℣. Thro-
nus tuus, Deus, in ſé-
culum ſéculi. *Hebr.* 1. 8.
* Tuum.

LECTIO III. v. 13.

Mors Athaliæ.

Audívit autem Atha-
lía vocem pópuli cur-
rentis ; & ingreſſa ad tur-

bas in templum Dómini, vidit regem ſtantem ſuper tribúnal juxta morem, & cantóres & tubas prope eum, omnemque pópulum terræ lætantem, & canentem tubis; & ſcidit veſtimenta ſua, clamavitque: Conjurátio, conjurátio. Præcépit autem Joïada centuriónibus, qui erant ſuper exércitum, & ait eis: Edúcite eam extra ſepta templi, & quicumque eam ſecútus fúerit, feriátur gládio. Dixerat enim Sacerdos: Non occidátur in templo Dómini. Impoſueruntque ei manus, & impegérunt eam per viam intróitûs equórum juxta palátium, & interfecta eſt ibi. Pépigit ergo Joïada fœdus inter Dóminum, & inter regem, & inter pópulum, ut eſſet pópulus Dómini, & inter regem & pópulum. Lætatuſque eſt omnis pópulus terræ, & cívitas conquiévit. Septem annórum erat Joas, cùm regnáre cœpiſſet.

℟. *iij.* Tuæ divítiæ, Dómine, & tua eſt glória; * Tu domináris ómnium; † In manu tua virtus & poténtia. 1. *Par.* 29. *v.* 12. ℣. Nolens áliquos períre, ſed omnes ad pœniténtiam revertí. 2. *Petr.* 3. *v.* 9. * Tu domináris. ℣. Glória. † In manu.

IN II. NOCTURNO.

De libro Eccleſiaſtæ.

LECTIO IV. *Cap.* 2. *v.* 1.

Vanitas divitiarum.

DIxi ego in corde meo: Vadam, & affluam delíciis, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoque eſſet vánitas. Magnificávi ópera mea, ædificávi mihi domos, & plantávi víneas. Feci hortos, & pomária, & consévi ea cuncti géneris arbóribus, & extruxi mihi piſcínas aquárum, ut irrigárem ſylvam lignórum germinántium, poſſédi ſervos & ancillas, multamque famíliam hábui: armenta quoque, & magnos óvium greges, ultra omnes qui fuérunt ante me in Jeruſalem; coacervávi mihi argentum & aurum, & ſubſtántias regum ac provinciárum.

℟. *iv.* Non longè eſt Deus ab unoquóque noſtrûm; * In ipſo enim vívimus, & movémur, & ſumus. *Act.* 17. *v.* 27. ℣. Dóminus excelſus, terríbilis, Rex magnus ſuper omnem terram. *Pſ.* 46. *v.* 3. * In ipſo.

LECTIO V. *v.* 8.

Vanitas deliciarum.

FEci mihi cantóres, & cantatrices, & deli-

órum hóminum, & úrceos in mi- ad vina fundenda: greſſus ſum ópi- nes qui ante me in Jeruſalem: ſa- quoque perſeverá- cum. Et ómnia ſideravérunt óculi m negávi eis; nec i cor meum quin luptáte fruerétur, ſtáres ſe in his præparáveram: & tus ſum partem, ſi uterer labóre unque me con- m ad univerſa ópe- fécerant manus & ad labóres in fruſtrà ſudáveram, omnibus vanitátem tiónem ánimi, & ermanére ſub ſole.

℞. Peregríni ſumus te, Dómine, & : ſicut omnes pa- ſtri; * Dies noſtri nbra ſuper terram, eſt mora. 1. *Par.* 15. ℣. Quid eſt, quòd memor es ut filius hóminis, m viſitas eum? .. 6. * Dies.

TIO VI. *C. 6. 1.*

nitas honorum.

& áliud malum, ad vidi ſub ſole, lem frequens apud es: Vir cui dedit ivítias, & ſubſtán- & honórem; & nihil deeſt ánimæ ſuæ, ex ómnibus quæ desíderat: nec tríbuit ei poteſtátem Deus, ut cómedat ex eo, ſed homo extráneus vorábit illud. Hoc vánitas, & miſéria magna eſt. Si genúerit quiſpiam centum líberos, & víxerit multos annos, & plures dies ætátis habúerit, & ánima illíus non utátur bonis ſubſtántiæ ſuæ, ſepulturâque cáreat: de hoc ego pronúntio quòd mélior illo ſit abortívus. Fruſtrà enim venit, & pergit ad ténebras, & oblivióne delébitur nomen ejus.

℞. *vj.* In manu tua, Dómine, magnitúdo & impérium ómnium; * Nunc ígitur, Deus noſter, confitémur tibi, † Et laudámus nomen tuum ínclytum. 1. *Paral.* 29. *v.* 12. 13. ℣. Dilexiſti juſtítiam, & odiſti iniquitátem. *Heb.* 1. *v.* 9. * Nunc. ℣. Glória. † Et laudámus.

IN III. NOCTURNO.

De Epiſtola prima beáti Pauli Apóſtoli ad Timótheum.

LECTIO VII. *Cap. 6. v. 6.*

Quæ ſint vera divitiæ.

Eſt autem quæſtus magnus, píetas cum ſufficiéntia. Nihil enim intúlimus in hunc mundum: haud dúbium quòd nec

auferre quid póſſumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegámur, his contenti ſumus. Nam qui volunt divites fieri, íncidunt in tentatiónem & in láqueum diáboli, & desidéria multa inutília & nociva, quæ mergunt hómines in intéritum & perditiónem. Radix enim ómnium malórum eſt cupíditas: quam quidam appetentes, erravérunt à fide, & inſeruérunt ſe dolóribus multis. Tu autem, ô homo Dei, hæc fuge: ſectáre verò juſtítiam, pietátem, fidem, charitátem, patiéntiam, manſuetúdinem. Certa bonum certámen fidei; apprehende vitam æternam, in qua vocátus es, & confeſſus bonam confeſſiónem coram multis téſtibus.

℟. *vij.* Hymnum novum cantémus Deo noſtro: * Adónaï, magnus es tu, & præclárus in virtúte tua. *Judith.* 16. *v.* 15. 16. ℣. Confidenter dicámus: Dóminus mihi adjutor. *Hebr.* 3. 6. * Adonaï.

LECTIO VIII. *v.* 13.
Divitiis quomodo utendum.

PRæcipio tibi coram Deo, qui vivíficat ómnia, & Chriſto Jeſu, qui teſtimónium réddidit ſub Póntio Piláto, bonam confeſſiónem: ut ſerves mandátum ſine mácula, irreprehensíbile uſque in adventum Dómini noſtri Jeſu Chriſti, quem ſuis tempóribus oſtendet beátus & ſolus potens, rex regum, & Dóminus dominántium; qui ſolus habet immortalitátem, & lucem inhábitat inacceſſíbilem; quem nullus hóminum vidit, ſed nec vidére poteſt: cui honor & impérium ſempitérnum, Amen. Divítibus hujus ſéculi præcipe, non ſublímè ſápere, neque ſperáre in incerto divitiárum, ſed in Deo vivo, qui præſtat nobis ómnia abundè ad fruendum. Benè ágere, dívites fieri in bonis opéribus, fácilè tribúere, communicáre, theſaurizáre ſibi fundamentum bonum in futúrum, ut apprehendant veram vitã.

℟. *viij.* Magnus es, Dómine, in æternum, * Et in ómnia ſécula regnum tuum; quóniam tu flagellas & ſalvas, dedúcis ad ínferos & redúcis. *Tob.* 13. *v.* 1. ℣. Magna & mirabília ſunt ópera tua, Dómine Deus. *Apoc.* 15. *v.* 3. Et in.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO IX. *Cap.* 7. *v.* 11.
Juvenis mortuus ſuſcitatur.

IN illo témpore; Ibat Jeſus in civitátem quæ

Naïm : & ibant
diſcípuli ejus, &
pióſa. Cùm au-
opinquáret portæ
, ecce defunctus
ir filius únicus
æ. Et réliqua.
ſancti Auguſtíni
Epíſcopi.
aliàs 44. de ver-
tini. §. 4. & 5.
vit Chriſtus hunc
em víduæ filium,
inc admóniti ſu-
um veſtra chari-
ierémur. Modò
uómodò excitá-
Appropinquábat
civitáti : & ecce
ir mórtuus jam
tam. Miſericór-
nótus, quòd fle-
vídua, & deſti-
:o filio, fecit
ſtis, dicens : Ado-
ibi dico, ſurge.
lle mórtuus, cœ-
; & réddidit il-
i ſuæ. De júvene
citáto gavíſa eſt
ua : de homíni-
liè in ſpíritu ſuſ-
udet Mater Ec-
e quidem mór-
órpore, illi au-
te. Illíus mors
iſibíliter plange-
orum mors invi-
quærebátur nec
Quæsívit ille
it mórtuos : ille
erat mórtuos,
it fácere vivos.

Niſi enim ad mórtuos ſuſcitandos Dóminus veniſſet, non Apóſtolus díceret: Surge, qui dormis, & exurge à mórtuis; & illuminábit te Chriſtus.

℟. ix. Benedictus es, Dómine Deus, in throno regni tui : * Benedictus es, qui intuéris abyſſos, & ſedes ſuper Chérubim; † Et laudábilis, & ſuperexaltátus in ſécula. *Dan.* 3. *v.* 54. 55. ℣. Dómine Deus omnípotens, qui es & qui eras. *Apoc.* 11. *v.* 17. * Benedictus es. ℣. Glória. † Et laudábilis.

Ad Benedictus, *Ant.* 3. a. Acceſſit Jeſus; & tétigit lóculum, & reſédit qui erat mórtuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri ſuæ. *Luc.* 7. *v.* 14. 15.

Orémus.

Eccléſiam tuam, Dómine, miſerátio continuáta mundet & múniat : & quia ſine te non poteſt ſalva consíſtere, tuo ſemper múnere gubernétur; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Rotomagenſi. *Anno* 1581.

Admonére debent Sacerdótes plebes ſúbditas ſibi, ut paſtóres vel aratóres qui in agro aſſíduè commorantur, vel in ſylvis, & ídeò more pécudum vivunt, in Domínicis & áliis diébus feſtis ſaltem

Quia Propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitávit plebem ſuam. *Luc.* 7. 16.

Oratio, ut ſuprà.

FERIA SECUNDA.

De libro quarto Regum.

LECTIO I. *Cap.* 12. 1.

Joas octavus rex Juda.

ANno ſéptimo Jehu regnávit Joas, & quadraginta annis regnávit in Jerúſalem: nomen matris ejus Sébia de Berſabée. Fecitque Joas rectum coram Dómino cunctis diébus quibus dócuit eum Joíada Sacerdos. Verúmtamen excelſa non ábſtulit; adhuc enim pópulus immolábat, & adolébat in excelſis incenſum. Prohibitíque ſunt Sacerdótes ultra accípere pecúniam à pópulo, & inſtauráre ſartatecta domûs. Et tulit Joíada Póntifex gazophylácium unum, ape-

omnia ſanctificat
conſecráverant Jó
& Joram, & Oc
patres ejus, rege
& quæ ipſe obtú
univerſum argent
inveníri pótuit in
ris templi Dómin
palátio regis;
Hazaéli regi Sy
receſſit ab Jerúſal
rexérunt autem ſe
& conjuravérunt i
percuſſeruntque
domo Mello in
Sella. Et ſepeliér
cum pátribus ſuis
táte David, reg
Amasías filius eju

℟. Benedictus e

LECTIO II. *Cap*

Joachaz undecim
duodecimus rex

ANno vigéſim
Joas filii
regis Juda, regná
chaz filius Jehu
raël in Samaría d

ı Iſraël, & trádidit
ı manu Házael regis
, & in manu Béna-
ilii Házael, cunctis
s. Deprecátus eſt au-
óachaz fáciem Dó-
, & audívit eum Dó-
: vidit enim angú-
Iſraël, quia attrí-
eos rex Syriæ; &
Dóminus ſalvató-
ſraéli, & liberátus
manu regis Syriæ:
veruntque filii Iſ-
ı tabernáculis ſuis,
ieri & nudiuſtértius.
ivitque Jóachaz cum
us ſuis, & ſepelié-
eum in Samaría;
vitque Joas filius
ro eo. Anno trigé-
ſéptimo Jóas regis
regnávit Joas filius
az ſuper Iſraël in
ía ſédecim annis,
it quod malum eſt
onſpectu Dómini:
eclinávit ab ómni-
ccátis Jeróboam fi-
bat, qui peccáre fe-
aël; ſed in ipſis am-
t. Et dormívit Joas
átribus ſuis: Jeró-
autem ſedit ſuper
ı ejus. Porrò Joas
ıs eſt in Samaría
gibus Iſraël.

Cuncta. *pag.* 433.

TIO III. *v.* 14.

Mors Eliſei.

ſéus autem ægrotá-
t infirmitáte, quâ
rtuus eſt: deſcen-
ditque ad eum Joas rex
Iſraël, & flebat coram
eo, dicebatque: Pater
mi, pater mi, currus Iſ-
raël, & auríga ejus. Et
ait illi Eliſéus: Affer ar-
cum & ſagittas. Cumque
attuliſſet ad eum arcum
& ſagittas, dixit ad regem
Iſraël: Pone manum tuam
ſuper arcum. Et cùm po-
ſuiſſet ille manum ſuam,
ſuperpóſuit Eliſéus manus
ſuas mánibus regis, & ait:
Aperi feneſtram orientá-
lem. Cumque aperuiſſet,
dixit Eliſéus: Jace ſagit-
tam; & jecit. Et ait Eli-
ſéus: Sagitta ſalútis Dó-
mini, & ſagitta ſalútis
contra Syriam: percutieſ-
que Syriam in Aphec,
donec consúmas eam. Et
ait: Tolle ſagittas. Qui
cùm tuliſſet, rurſum dixit
ei: Pércute jáculo terram.
Et cùm percuſſiſſet tribus
vícibus, & ſtetiſſet, irá-
tus eſt vir Dei contra eum,
& ait: Si percuſſiſſes quín-
quies, aut ſéxies, ſive
ſépties, percuſſiſſes Syriam
uſque ad conſumptió-
nem: nunc autem tribus
vícibus percúties eam.
Mórtuus eſt ergo Eliſéus,
& ſepeliérunt eum. La-
trúnculi autem de Moab
venérunt in terram in ipſo
anno. Quidam autem ſe-
pelientes hóminem, vidé-
runt latrúnculos, & pro-
jecérunt cadáver in ſepul-

chro Eliſéi. Quod cùm tetigiſſet oſſa Eliſéi, revixit homo, & ſtetit ſuper pedes ſuos. Porrò Joas filius Jóachaz tulit urbes de manu Bénadad filii Házael, quas túlerat de manu Jóachaz patris ſui jure prælii, tribus vícibus percuſſit eũ Joas, & réddidit civitátes Iſraël.

℟. Tuæ divítiæ. *p.* 434.

C A N O N.

Ex Concílio Colonienſi primo.

An. 1536. *part.* 6. *cap.* 15.

INter concionandum à ſcómmatis, maledictis, ac convítiis omnìnò abſtinendum eſt. Prædicétur purè & ſincérè verbum Dei, juxta Eccleſiáſticam traditiónem, & patrum ab Ecclésia Cathólica approbatórum interpretatiónem .... Erit Párochus in reprehendendis crimínibus véhemens atque acer; conſtitútus enim eſt ut annúntiet pópulo ſcélera eórum: ita tamen ut in ſuggeſto vítia tantùm reprehendat, non perſónas nominátim perſtringat.

FERIA TERTIA.

De libro quarto Regum.

LECTIO I. *Cap.* 14. 1.

Amaſias nonus rex Juda.

IN anno ſecundo Joas filii Jóachaz regis Iſraël, regnávit Amasías fílius Joas regis Juda. Viginti quinque annórum erat cùm regnare cœpiſſet. Viginti autem & novem annis regnávit in Jerúſalem: nomen matris ejus Jóadan de Jerúſalem. Et fecit rectum coram Dómino; verúmtamen non ut David pater ejus. Juxta ómnia quæ fecit Joas pater ſuus, fecit; niſi hoc tantùm, quòd excelſa non ábſtulit: adhuc enim pópulus immolábat, & adolébat incenſum in excelſis. Cumque obtinuiſſet regnum, percuſſit ſervos ſuos, qui interfécerant regem patrem ſuũ: filios autem eórum qui occíderant, non occídit, juxta quod ſcriptum eſt in libro legis Móyſi, ſicut præcépit Dóminus, dicens: Non morientur patres pro filiis, neque filii moriéntur pro pátribus; ſed unuſquiſque in peccáto ſuo moriétur. Ipſe percuſſit Edom in Valle Salinárum decem míllia, & apprehendit Petram in prælio, vocavitque nomen ejus Jéctehel uſque in præſentem diem.

℟. Non longè. *p.* 434.

LECTIO II. *v.* 8.

Amaſias victus à Joa.

TUnc miſit Amasías núntios ad Joas filium Jóachaz, filii Jehu regis Iſraël, dicens: Veni, & videámus nos. Remiſitque Joas rex Iſraël ad

regem Juda ,
Quare próvocas
ut cadas tu &
im ? Et non ac-
masías : aſcen-
as rex Iſraël ,
nt ſe , ipſe &
rex Juda , in
; óppido Judæ.
ue eſt Juda co-
ël , & fugérunt
ae in taberná-
Amasíam verò
da fílium Joas
ozíæ cepit Joas
in Béthſames ,
t eum in Jerú-
interrúpit mu-
ſalem à porta
uſque ad portam
uadringentis cú-
itque omne au-
argentum , &
vaſa , quæ in-
t in domo Dó-
in theſauris re-
sides , & rever-
Samaríam. Dor-
Joas cum pátri-
& ſepultus eſt in
cum régibus Iſ-
gnávit Jeróboam
; pro eo. Vixit
masías , fílius
Juda , poſtquàm
eſt Joas fílius
egis Iſraël, quín-
nis. Factaque eſt
m conjurátio in
: at ille fugit in
Miſeruntque poſt
achis ; & interfe-
m ibi. Et aſpor-
tavérunt in equis , ſepultuſque eſt in Jerúſalem cum pátribus ſuis in civitáte David.

℟. Peregríni. *p.* 435.

LECTIO III. *v.* 21.

Jeroboam decimus-tertius rex Iſraël.

TUlit autem univerſus pópulus Judæ Azáriam annos natum ſédecim , & conſtituérunt eum regem pro patre ejus Amasía. Ipſe ædificávit Ælath , & reſtítuit eam Judæ , poſtquàm dormívit rex cum pátribus ſuis. Anno quintodécimo Amasíæ filii Joas regis Juda , regnávit Jeróboam fílius Joas regis Iſraël in Samaría quadraginta & uno anno : & fecit quod malum eſt coram Dómino. Non receſſit ab ómnibus peccátis Jeróboam filii Nabat , qui peccáre fecit Iſraël. Ipſe reſtítuit términos Iſraël , ab intróitu Emath , uſque ad mare ſolitúdinis. Nec locútus eſt Dóminus ut delére nomen Iſraël de ſub cœlo ; ſed ſalvávit eos in manu Jeróboam filii Joas. Dormivitque Jeróboam cum pátribus ſuis régibus Iſraël , & regnávit Zacharias fílius ejus pro eo. Tu autem , Dómine , miſerére noſtri.

℟. In manu tua , *pag.* 435.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 24. de reform. Cap. 4.

EPiſcopi ſaltem Domínicis & feſtivis áliis diébus púeros in ſíngulis Paróchiis, fidei rudimenta, & obediéntiam erga Deum & parentes diligenter, ab his ad quos ſpectábit, docéri curábunt: & ſi opus ſit, étiam per Censúras Eccleſiáſticas compellent.

FERIA QUARTA.

De libro quarto Regum.

LECTIO I. *Cap.* 15. 1.

Azarias decimus rex Juda.

ANno vigéſimo ſéptimo Jeróboam regis Iſraël, regnávit Azárias fílius Amasíæ regis Juda. Sédecim annórum erat cùm regnáre cœpiſſet, & quinquaginta duóbus annis regnávit in Jerúſalem: nomen matris ejus Jechelía de Jerúſalem. Fecítque quod erat plácitum coram Dómino juxta ómnia quæ fecit Amasías pater ejus. Verúmtamen excelſa non eſt demolítus: adhuc pópulus ſacrificábat, & adolébat incenſum in excelſis. Percuſſit autem Dóminus regem, & fuit leprósus uſque in diem mortis ſuæ, & habitábat in domo líbera ſeorsùm: Jóathan verò fílius regis gubernábat palátium, & judicábat pópulum terræ.

Et dormívit Azári
pátribus ſuis: ſepel
que eum cum ma
ſuis in civitáte Da
regnávit Jóathan
ejus pro eo.

℟. Hymnum. *pa*

LECTIO II.

Zacharias decimu
tus, Sellum d
quintus, Manal
cimus-ſextus rex

ANno trigéſim
vo Azáriæ re
da, regnávit Z
fílius Jeróboam ſ
raël in Samaría ſe
ſibus. Conjurávit
contra eum Sellu
Jabes; percuſſitq
palam, & interfé
gnavitque pro eo.
fílius Jabes regná
géſimo nono anno
regis Juda: regná
tem uno menſe in
ría. Et aſcendit M
fílius Gadi de T
venitque in Sam
& percuſſit Sellum
Jabes in Samaría,
terfécit eum, regn
pro eo. Tunc p
Mánahem Thapſ
omnes qui erant
& términos ejus d
ſa; nolúerant eni
ríre ei: & interfé
nes prægnantes e
ſcidit eas. Anno tri
nono Azáriæ regis
regnávit Mánahem
Gadi ſuper Iſraël

...Samaría. Venié-
...il rex Aſſyriórum
...m, & dabat Má-
Phul mille talenta
, ut eſſet ei in au-
& firmáret regnum
lixitque Mánahem
m ſuper Iſraël cun-
éntibus & divíti-
daret regi Aſſyrió-
quinquaginta ſiclos
per ſingulos : re-
...e eſt rex Aſſyrió-
... non eſt morátus
. Et dormívit Má-
cum pátribus ſuis :
tque Phaceía filius
eo.

...Magnus es, *pag.*

...IO III. *v.* 23.

...decimus-ſeptimus, ...decimus-octavus rex Iſraël.

...o quinquagéſimo
...áriæ regis Juda,
...t Phaceía filius
...m ſuper Iſraël in
... biénnio. Conju-
tem adversùs eum
filius Romelíæ,
..., & percuſſit eum
...ría in turre domûs
juxta Argob, &
...ríe, & cum eo
...ginta viros de fi-
...aditárum, & in-
eum, regnavit-
eo. Anno quin-
no ſecundo Azá-
is Judæ, regnávit
filius Romelíæ ſu-
ël in Samaría vi-
ginti annis. Et fecit quod
erat malum coram Dómi-
no : non receſſit à peccátis
Jeróboam filii Nabat, qui
peccáre fecit Iſraël. In
diébus Phacée regis Iſraël
venit Theglathphálaſar
rex Aſſur, & cepit Aïon,
& Abel. Domum Maá-
cha, & Jánoë, & Cedes,
& Aſor, & Gálaad, &
Galilæam, & univerſam
terram Néphthali ; &
tránſtulit eos in Aſſyrios.
Conjurávit autem, & te-
tendit insidias Oſée filius
Ela contra Phacée filium
Romelíæ, & percuſſit eum,
& interfécit : regnavitque
pro eo vigéſimo anno Joa-
than filii Ozíæ.

℟. Benedictus, *pag.* 437.

C A N O N.

Ex Concílio Mediolanenſi primo.

Anno 1565. *part.* 1. *tit.* 4.

PArochi ſíngulis Domínicis & áliis feſtis diébus, qui Eccléſiæ præcepto agi ſóleant, púeris ſínguli in ſuis Paróchiis inítia fidei trádant ; eoſque ad obediéntiam, primùm Deo, deinde paréntibus præſtandam, erúdiant ; ac prætéreà à prándio ſtatâ horâ, próprio campánæ ſono ad id munus aſſignáto, ad Eccléſiam convocandos curábunt.

FERIA QUINTA.

De libro quarto Regum.

LECTIO I. *Cap.* 15. *v.* 32.

Joathan undecimus rex Juda.

ANno ſecundo Phacée filii Romelíæ regis Iſraël, regnávit Jóathan filius Oziæ regis Juda. Viginti quinque annórum erat cùm regnáre cœpiſſet, & ſédecim annis regnávit in Jeruſalem: nomen matris ejus Jéruſa, filia Sadoc. Fecitque quod erat plácitum coram Dómino: juxta ómnia quæ fécerat Ozías pater ſuus, operátus eſt. Verùmtamen excelſa non ábſtulit: adhuc pópulus immolábat, & adolébat incenſum in excelſis: ipſe ædificávit portam domûs Dómini ſublimiſſimam. In diébus illis cœpit Dóminus míttere in Judam Raſin regem Syriæ, & Phacée fílium Romelíæ. Et dormívit Jóathan cum pátribus ſuis, ſepultuſque eſt cum eis in civitáte David patris ſui, & regnávit Achaz filius ejus pro eo.

℟. Benedictus es. *pag.* 433.

LECTIO II. *Cap.* 16. 1.

Achaz duodecimus rex Juda.

ANno décimo ſéptimo Phacée filii Romelíæ, regnávit Achaz filius Jóathan regis Juda. Viginti annórum erat Achaz cùm regnáre cœpiſſet, & ſédecim annis regnávit in Jerúſalem: non fecit quod erat plácitum in conſpectu Dómini Dei ſui, ſicut David pater ejus. Sed ambulávit in via regum Iſraël; ínſuper & fílium ſuum conſecrávit, tránsferens per ignem ſecundùm idóla géntium, quæ diſſipávit Dóminus coram filiis Iſraël. Tunc aſcendit Raſin rex Syriæ, & Phacée fílius Romelíæ rex Iſraël, in Jerúſalem ad præliandum: cumque obſidérent Achaz, non valuérunt ſuperáre eum. In témpore illo reſtítuit Raſin rex Syriæ Ailam Syriæ, & ejécit Judæos de Aila: & Idumæi venérunt in Ailam; & habitavérunt ibi uſque in diem hanc. Miſit autem Achaz núntios ad Theglathphálaſar regem Aſſyriórum, dicens: Servus tuus & fílius tuus ego ſum: aſcende, & ſalvum me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Iſraël, qui conſurrexérunt adversùm me. Et cùm collegiſſet argentum & aurum, quod inveníri pótuit in domo Dómini & in theſauris regis, miſit regi Aſſyriórum múnera. Qui & acquiévit voluntáti ejus: aſcendit enim rex Aſſyrió-

in Damaſcum, & regnávit Ezechías fílius
'it eam : & trānſtu- ejus pro eo.
ɔitatóres ejus Cyré- ℟. Tuæ divitiæ. p. 454.
Raſin autem inter-

Cuncta quæ in cœ-
ℊ. 433.
:TIO III. v. 10.
etas regis Achaz.
rexitque rex Achaz
occurſum The-
hálaſar regi Aſſy-
n in Damaſcum :
ıe vidiſſet altáre Da-
, miſit rex Achaz ad
ı ſacerdótem exem-
jus, & ſimilitúdi-
ıxta omne opus ejus.
citque Urías ſacer-
ltáre : juxta ómnia
ræcéperat rex Achaz
maſco, ita fecit ſa-
; Urías, donec ve-
rex Achaz de Da-
. Cumque veniſſet
Damaſco, vidit al-
& venerátus eſt il-
aſcenditque & im-
it holocauſta & ſa-
um ſuum, & libávit
ına, & fudit ſán-
n pacificórum, quæ
rat ſuper altáre.
altáre æreum, quod
ɔram Dómino, trán-
de fácie templi, &
o altáris, & de loco
i Dómini : poſuit-
lud ex látere altáris
ıilónem. Dormivit-
chaz cum pátribus
& ſepultus eſt cum
civitáte David, &

C A N O N.

Ex Concílio Burdigalenſi. An. 1583. tit. de Paroch.

OBſervent (Párochi) ſui gregis vítia, & commúnia, & própria cujuſque peccáta : iiſque corrigendis cum omni manſuetúdine & charitáte, cùm públicè tùm privátim ſíngulos admonendo diligéntiam adhíbeant. Si qui contentióne diſcordes fúerint, vel ódia in ſeſe viciſſim ſuſcéperint, aut ſimultátes exercúerint, curent eos quamprímùm ad pacem & fraternam concórdiam revocáre.

FERIA SEXTA.

De libro quarto Regum.

LECTIO I. Cap. 17. 1.

Oſée decimus-nonus & ultimus rex Iſraël.

ANno duodécimo Achaz regis Juda, regnávit Oſée fílius Ela in Samaría ſuper Iſraël novem annis. Fecitque malum coram Dómino : ſed non ſicut reges Iſraël, qui ante eum fúerant. Contra hunc aſcendit Salmánaſar rex Aſſyriórum, & factus eſt ei Oſée ſervus, reddebatque illi tribúta. Cumque deprehendiſſet rex Aſſyriórum Oſée, quòd rebelláre nitens miſiſſet núntios ad Sua regem

Ægypti, ne præſtáret tribúta regi Aſſyriórum, ſicut singulis annis ſólitus erat, obſédit eum, & vinctum miſit in cárcerem. Pervagatuſque eſt omnem terram; & aſcendens Samaríam, obſédit eam tribus annis. Anno autem nono Oſée, cepit rex Aſſyriórum Samaríam, & tránſtulit Iſraël in Aſſyrios, poſuitque eos in Hala, & in Habor, juxta flúvium Gozan, in civitátibus Medórum.

℟. Non longè. *p.* 434.

LECTIO II. *v.* 24.

Aſſyrii à leonibus devorati.

Adduxit autem rex Aſſyriórum de Babylóne, & de Cutha, & de Avah, & de Emath, & de Sephárvaïm; & collocávit eos in civitátibus Samaríæ pro filiis Iſraël, qui poſſedérunt Samaríam, & habitavérunt in úrbibus ejus. Cumque ibi habitáre cœpiſſent, non timébant Dóminum: & immíſit in eos Dóminus leónes, qui interficiébant eos. Nuntiatumque eſt regi Aſſyriórum, & dictum: Gentes quas tranſtuliſti, & habitáre feciſti in civitátibus Samaríæ, ignórant legítima Dei terræ; & immíſit in eos Dóminus leónes, & ecce interficiunt eos, eò quòd ignórent ritum Dei terræ. Præcépit autem rex Aſſyriórum, dicens: Dúcite illuc unum de Sacerdótibus quos inde captívos adduxiſtis, & vadat, & hábitet cum eis; & dóceat eos legítima Dei terræ. Igitur cùm veniſſet unus de Sacerdótibus his qui captívi ducti fúerant de Samaría, habitávit in Bethel, & docébat eos quómodo cólerent Dóminum.

℟. Peregríni. *p.* 435.

LECTIO III. *v.* 29.

Aſſyrii Deo & idolis ſervientes.

Unaquæque gens fabricáta eſt deum ſuū: poſueruntque eos in fanis excelſis, quæ fécerant Samarítæ, gens & gens in úrbibus ſuis, in quibus habitábat. Viri enim Babylónii fecérunt Sochóthbenoth: viri autem Chutæi fecérunt Nergel; & viri de Emath fecérunt Aſima. Porrò Hevæi fecérunt Nébahaz & Tharthac. Hi autem qui erant de Sephárvaïm, comburébant filios ſuos igni, Adrámelech & Anámelech diis Sephárvaïm, & nihilóminus colébant Dóminum. Fecérunt autem ſibi de noviſſimis ſacerdótes excelſórum, & ponébant eos in fanis ſublímibus. Et cùm Dóminum cólerent, diis quoque ſuis

nt juxta conſue-
géntium de qui-
ſtáti fuerant Sa-

manu tua. *p.* 435.
A N N O N.
ncílio Aquiſgra-
nenſi.
:. *lib.* 1. *Cap.* 134.
óres ſint crími-
n perſecutóres &
m liberatóres :
vítia, díligant hó-
óderint quod in-
diáboli ingeſtum
ligant quod Dei
: creátum eſt.
B B A T O.
o quarto Regum.
O I. *Cap.* 18. 1.
us decimus-tertius rex Juda.
no tértio Oſée filii
a regis Iſraël, re-
Ezechías fílius A-
gis Juda. Viginti
annórum erat,
gnáre cœpiſſet : &
novem annis re-
n Jerúſalem : no-
tris ejus Abi filia
æ. Fecitque quod
num coram Dómi-
ta ómnia quæ fé-
David pater ejus
ſipávit excelſa, &
t ſtátuas, & ſuc-
cos, confregitque
m æneum quem
Móyſes : síquidem
l illud tempus filii
dolébant ei incen-
ocavitque nomen
ejus Noheſtan. In Dómino Deo Iſraël ſperávit : ítaque poſt eum non fuit símilis ei de cunctis régibus Juda, ſed neque in his qui ante eum fuérunt. Et adhæſit Dómino, & non receſſit à veſtígiis ejus, fecitque mandáta ejus, quæ præcéperat Dóminus Móyſi. Unde & erat Dóminus cum eo, & in cunctis ad quæ procedébat, ſapienter ſe agébat. Rebellávit quoque contra regem Aſſyriórum, & non ſervívit ei. Ipſe percuſſit Philiſthæos uſque ad Gazam, & omnes términos eórum, à turre cuſtódum uſque ad civitátem munítam.

LECTIO II. *v.* 13.
Jeruſalem à Sennacherib obſeſſa.

ANno quartodécimo regis Ezechíæ, aſcendit Sennácherib rex Aſſyriórum ad univerſas civitátes Juda munítas, & cepit eas. Miſit autem rex Aſſyriórum Tharthan, & Rábſaris, & Rábſacen, de Lachis ad regem Ezechíam, cum manu válida, Jerúſalem : vocaveruntque regem. Egreſſus eſt autem ad eos Elíacim filius Helcíæ præpóſitus domûs, & Sobna ſcriba, & Jóahe filius Aſaph à commentáriis. Dixitque ad eos Rábſa-

ces: Loquímini Ezechíæ: Hæc dicit rex magnus, rex Aſſyriórum: Quæ eſt iſta fidúcia quâ niteris? Quòd ſi dixéritis mihi: In Dómino Deo noſtro habémus fidúciam; nonne iſte eſt, cujus ábſtulit Ezechías excelſa & altária: & præcépit Judæ & Jerúſalem: Ante altáre hoc adorábitis in Jerúſalem? Numquid ſine Dómini voluntáte aſcendi ad locum iſtum, ut demolírer eum? Dóminus dixit mihi: Aſcende ad terram hanc, & demolíre eam. Hæc dicit rex: Non vos ſedúcat Ezechías; non enim póterit erúere vos de manu mea. Neque fidúciam vobis tríbuat ſuper Dóminum, dicens: Eruens liberábit nos Dóminus, & non tradétur cívitas hæc in manu regis Aſſyriórum. Quinam illi ſunt in univerſis diis terrárum, qui eruérunt regiónem ſuam de manu mea, ut poſſit erúere Dóminus Jerúſalem de manu mea?

Lectio III. *Cap.* 19. 1.

Jeruſalem Dei ope liberata.

QUæ cùm audiſſet Ezechías rex, ſcidit veſtimenta ſua, & opertus eſt ſacco, ingreſſuſque eſt domum Dómini. Et miſit Elíacim præpóſitum domûs, & Sobnam ſcribam, & ſenes de Sacerdótibus opertos ſaccis, ad Iſaíam Prophétam fílium Amos. Dixitque eis Iſaías: Hæc dicétis dómino veſtro: Hæc dicit Dóminus: Noli timére à fácie ſermónum quos audíſti, quibus blaſphemavérunt púeri regis Aſſyriórum me. Ecce ego immittam ei ſpíritum, & áudiet núntium, & revertétur in terram ſuam, & dejíciam eum gládio in terra ſua. Factum eſt ígitur in nocte illa, venit Angelus Dómini, & percuſſit in caſtris Aſſyriórum centum octoginta quinque míllia. Cumque dilúculo ſurrexiſſet, vidit ómnia córpora mortuórum: & recédens ábiit, & reverſus eſt Sennácherib rex Aſſyriórum, & manſit in Nínive. Cumque adoráret in templo Neſroch deum ſuum, Adrámelech & Sáraſar filii ejus percuſſérunt eum gládio, fugerúntque in terram Armeniórum, & regnávit Aſarhaddon filius ejus pro eo.

CANON.

Ex Concilio Burdigalenſi. *An.* 1583. *tit. de Parochis.*

INquírant (Párochi) ſtudióſè de paupéribus ſuæ Parochíæ, præſertìm de víduis, órphanis, pupillis, ægrótis, ſénio confectis, aliiſque perſónis temporáli vel ſpirituáli mi-

rdiâ indigéntibus,
; & ipſi pro víribus
ári, & álios ſuo
lo atque hortátu, ad
ciũ invitáre ſtúdeant.
Magníf. *Ant.* 4. E.
ne Deus Iſraël, qui
ſuper Chérubim, tu
us ſolus regum óm-
terræ. 4. *Reg.* 19. 15.
io., infrà ad Laud.
AINICA XVI.
ſt Pentecoſten.
I. NOCTURNO.
oro quarto Regum.
IO I. *Cap.* 20. 1.
echias ægrotans.
diébus illis ægrotá-
: Ezechías uſque ad
rtem: & venit ad
Iſaías fílius Amos
éta, dixitque ei:
licit Dóminus Deus:
pe dómui tuæ: mo-
enim tu, & non vi-
Qui convertit fáciem
ad paríetem, &
Dóminum, dicens:
ro, Dómine; me-
, quæſo, quómodò
áverim coram te in
te, & in corde per-
, & quod plácitum
ram te, fécerim.
ítaque Ezechías fle-
gno. Et ántequàm
rétur Iſaías médiam
a átrii, factus eſt
Dómini ad eum,
: Revértere, & dic
íæ duci pópuli mei:
licit Dóminus Deus
patris tui: Audívi
oratiónem tuam, & vidi
lácrymas tuas; & ecce
ſanávi te, die tértio aſ-
cendes templum Dómini.
Et addam diébus tuis
quíndecim annos: ſed &
de manu regis Aſſyriórum
liberábo te, & civitátem
hanc, & prótegam urbem
iſtam propter me, & prop-
ter David ſervum meum.
Dixitque Iſaías: Afferte
maſſam ficórum. Quam
cùm attuliſſent, & po-
ſuiſſent ſuper ulcus ejus,
curátus eſt.

℟. *j.* Concupívi ſalutá-
re tuum, Dómine: * Vi-
vet ánima mea & laudábit
te, & judícia tua adjuvá-
bunt me. *Pſal.* 118. 174.
175. ℣. In médio Eccle-
ſiæ laudábo te. *Hebr.* 2. 12.
* Vivet.

LECTIO II. *v.* 8.
Sol retrogradus.

DIxerat autem Eze-
chías ad Iſaíam:
Quod erit ſignum, quia
Dóminus me ſanábit, &
quia aſcensúrus ſum die
tértiâ templum Dómini?
Cui ait Iſaías: Hoc erit
ſignum à Dómino, quòd
factúrus ſit Dóminus ſer-
mónem quem locútus eſt:
Vis ut aſcendat umbra de-
cem líneis, an ut revertá-
tur tótidem grádibus? Et
ait Ezechías: Fácile eſt,
umbram créſcere decem
líneis: nec hoc volo ut fiat;
ſed ut revertátur retror-

ſum decem grádibus. Invocávit ítaque Iſaías prophéta Dóminum, & reduxit umbram per lineas quibus jam deſcénderat in horológio Achaz, retrorſum decem grádibus. In témpore illo miſit Bérodach Báladan, filius Báladan, rex Babyloniórum, lítteras & múnera ad Ezechíam: audíerat enim quòd ægrotaſſet Ezechías. Lætátus eſt autem in adventu eórum Ezechías: non fuit quod non monſtráret eis Ezechías in domo ſua, & in omni poteſtáte ſua. Venit autẽ Iſaías prophéta ad regem Ezechíam, dixitque ei: Ecce dies vénient, & auferentur ómnia quæ ſunt in domo tua, & quæ condidérunt patres tui uſque in diem hanc, in Babylónem: non remanébit quidquam, ait Dóminus.

℞. *ij.* Bonitátem & diſciplínam, & ſciéntiam doce me, Dómine; * Bonus es tu, & in bonitáte tua doce me juſtificatiónes tuas. *Pſ.* 118. *v.* 66. 68. ℣. Nemo bonus, niſi unus Deus. *Marc.* 10. *v.* 8. * Bonus.

De libro ſecundo Paralipómenon.

LECTIO III. *Cap.* 30. *v.* 1. *Ezechias ad Phaſe invitat.*

MIſit quoque Ezechías ad omnem Iſraël & Judam: ſcripſitque epíſtolas ad Ephraim & Manaſſen, ut venírent ad domum Dómini in Jerúſalem, & fácerent phaſe Dómino Deo Iſraël. Iníto ergo consílio regis & príncipum, & univerſi cœtûs Jerúſalem, decrevérunt ut fácerent Phaſe menſe ſecundo. Non enim potúerant fácere in témpore ſuo, quia ſacerdótes, qui poſſent ſufficere, ſanctificáti non fúerant, & pópulus nondum congregátus fúerat in Jerúſalem. Placuitque ſermo regi & omni multitúdini. Et decrevérunt ut mítterent núntios in univerſum Iſraël de Berſabée uſque Dan, ut venírent & fácerent Phaſe Dómino Deo Iſraël in Jerúſalem: multi enim non fécerant ſicut lege præſcriptum eſt. Perrexeruntque curſóres cum epíſtolis ex regis império & príncipum ejus, in univerſum Iſraël & Judam, juxta id quod rex júſſerat, prædicantes.

℞. *iij.* Deo noſtro ſit jucunda decoraque laudátio: * Magnus Dóminus noſter, & magna virtus ejus; † Et ſapiéntiæ ejus non eſt númerus. *Pſ.* 146. 1. 5. ℣. Salus, & glória, & virtus Deo noſtro eſt. *Apoc.* 19. 1. * Magnus. ℣. Glória. † Et.

II. NOCTURNO.
Ezechíæ regis ad
ios Iſraël & Juda.
IO IV. *l. 2. Par.* 30. 6.
aptivitatem Iſraël
vitat Ezechias ad
pœnitentiam.
ii Iſraël, revertímini
l Dóminum Deum
ıam, & Iſaac, &
; & revertétur ad
ias quæ effugérunt
m regis Aſſyriórum.
e fieri ſicut patres
& fratres, qui re-
unt à Dómino Deo
n ſuórum, qui trá-
eos in intéritum, ut
ernitis. Nolíte indu-
cervíces veſtras ſicut
s veſtri: trádite ma-
Dómino, & veníte
nctuárium ejus quod
ificávit in ætérnum:
e Dómino Deo pa-
veſtrórum, & aver-
à vobis ira furóris
Si enim vos reverſi
is ad Dóminum, fra-
eſtri & filii habébunt
icórdiam coram dó-
s ſuis qui illos duxé-
captívos, & rever-
r in terram hanc:
enim & clemens eſt
inus Deus veſter, &
avertet fáciem ſuam à
s, ſi reverſi fuéritis
ım.
iv. Dóminus ſcit co-
ıónes hóminum, quó-
vanæ ſunt: * Beá-
ıomo quem tu eru-
dieris, Dómine! *Pſ.* 93. 11. 12. ℣. Dómine, ad quem íbimus? verba vitæ ætérnæ habes. *Joan.* 6. *v.* 69. * Beátus.

De libro Eccleſiáſtici.

Lectio V. *Cap.* 48. *v.* 19.

Ezechiæ geſta & pietas.

EZechías munívit civitátem ſuam, & indúxit in médium ipſíus aquam, & fodit ferro rupem, & ædificávit ad aquam púteum. In diébus ipſíus aſcendit Sennácherib, & miſit Rábſacen, & ſuſtulit manum ſuam contra illos, & éxtulit manum ſuam in Sion, & ſuperbus factus eſt poténtiâ ſuâ. Tunc mota ſunt corda & manus ipſórum: & doluérunt quaſi parturientes mulíeres. Et invocavérunt Dóminum miſericordem, & expandentes manus ſuas extulérunt ad cœlum: & ſanctus Dóminus Deus audívit citò vocem ipſórum. Non eſt commemorátus peccatórum illórum, neque dedit illos inimícis ſuis; ſed purgávit eos in manu Iſaíæ ſancti Prophétæ. Dejécit caſtra Aſſyriórum, & contrívit illos Angelus Dómini. Nam fecit Ezechías quod plácuit Deo, & fórtiter ivit in via David patris ſui, quam mandávit illi Iſaías Prophéta

magnus & fidélis in conſpectu Dei. In diébus ipsíus retrò rédiit ſol, & áddidit regi vitam. Spíritu magno vidit última, & conſolátus eſt lugentes in Sion. Uſque in ſempitérnum oſtendit futúra, & abſcóndita ántequam evenírent.

℟. v. Aſpice in me, Dómine, & miſerére meî; * Greſſus meos dírige ſecundùm elóquium tuum. *Pſ.* 118. 132. 133. ℣. Velle ádjacet mihi, perfícere autem bonum non invénio. *Rom.* 7. 18. * Greſſus.

LECTIO VI. *Cap.* 49. *v.* 1.

Davidis, Ezechiæ, & Joſiæ encomium.

MEmória Josíæ in compoſitióne odóris facta, opus pigmentárii. In omni ore quaſi mel indulcábitur ejus memória, & ut múſica in convívio vini. Ipſe eſt directus divínitùs in pœniténtiam gentis, & tulit abominatiónes impietátis. Et gubernávit ad Dóminum cor ipsíus, & in diébus peccatórum corroborávit pietátem. Præter David, & Ezechíam, & Josíam, omnes peccátum commiſérunt: nam reliquérunt legem Altíſſimi reges Juda, & contempſérunt timórem Dei. Dedérunt enim regnum ſuum áliis, & glóriam ſuam alienígenæ genti. Incendérunt electam ſanctitátis civitátem, & deſertas fecérunt vias ipsíus in manu Jeremíæ. Nam malè tractavérunt illum qui à ventre matris conſecrátus eſt prophéta, evértere, & erúere, & pérdere, & iterùm ædificáre, & renováre.

℟. vj. Regnum tuum, Dómine, * Regnum ómnium ſeculórum; & dominátio tua † In omni generatióne & generatiónem. *Pſalm.* 144. *v.* 13. ℣. Sanctificétur nomen tuum: advéniat regnum tuũ. *Matth.* 6. 9. 10. * Regnum. ℣. Glória. † In omni.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

LECTIO VII. *Cap.* 8. *v.* 28.

Amantibus Deum omnia utilia.

SCimus quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperantur in bonum, iis qui ſecundùm propóſitum vocáti ſunt ſancti. Nam quos præſcívit, & prædeſtinávit conformes fieri imáginis Fílii ſui, ut ſit ipſe primogénitus in multis frátribus. Quos autem prædeſtinávit, hos & vocávit: & quos vocávit, hos &

tificávit : quos autem
tificávit, illos & glo-
icávit. Quid ergo dicé-
is ad hæc ; Si Deus
› nobis, quis contra
s ? Qui étiam próprio
io ſuo non pepercit,
l pro nobis ómnibus
didit illum : quómo-
non étiam cum illo
inia nobis donávit ?

℟. *vij*. Dómine, ſal-
m me fac : * Pſalmos
ſtros cantábimus cun-
s diébus vitæ noſtræ
domo Dómini. *Iſ.* 38.
. ℣. Ut in ómnibus
norificétur Deus per Je-
n Chriſtum. 1. *Petr.*
11. * Pſalmos noſtros
ntábimus.

LECTIO VIII. *v.* 35.

*nantes Deum nihil ſe-
parabit à Chriſto.*

SUis ergo nos ſepa-
rábit à charitáte
riſti ? tribulátio ? an
gúſtia ? an fames ? an
ditas ? an periculum ?
perſecútio ? an glá-
us ? (Sicut ſcriptum eſt :
uia propter te mortifi-
mur totâ die ; æſtimá-
ſumus ſicut oves occi-
nis.) Sed in his óm-
ous ſuperámus propter
m qui dilexit nos. Cer-
s ſum enim quia neque
ors, neque vita, neque
geli, neque principá-
s, neque virtútes, ne-
e inſtántia, neque fu-
ra, neque fortitúdo, neque altitúdo, neque profundum, neque creatúra ália póterit nos ſeparáre à charitáte Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu Dómino noſtro.

℟. *viij*. Magiſter bone, * Quid fáciens vitam æternam poſſidébo ? *Luc.* 18. 18. ℣. Lóquere, Dómine, quia audit ſervus tuus. 1. *Reg.* 3. 10. * Quid fáciens vitam æternam poſſidébo ?

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO IX. *Cap.* 14. *v.* 1.

Hydropicus ſabbato ſanatus.

IN illo témpore : Cùm intráret Jeſus in domum cujuſdam príncipis Phariſæórũ ſábbato manducáre panem, & ipſi obſervábant eum : & ecce homo quidam hydrópicus erat ante illum. Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ Preſbyteri.

In Luc. lib. 4.

PRóprium eſt hydrópici, quantò magis abundat humóre inordináto, tantò ámpliùs ſitíre. Et ídeò rectè comparátur ei quem fluxus carnálium voluptátum exúberans ággravat. Comparátur diviti aváro, qui quantò eſt copióſior divítiis quibus non bene útitur, tantò ardéntiùs tá-

lia concupiſcit. Et reſpondens Jeſus dixit ad Legiſperítos & Phariſæos : Licet ſábbato curáre ? At illi tacuérunt. Quod dícitur reſpondiſſe Jeſus, ad hoc réſpicit quod præmiſſum eſt : Et ipſi obſervábant eum. Dóminus enim novit cogitatiónes hóminum. Sed méritò interrogáti tacent, qui contra ſe dictum quidquid díxerint vident. Nam ſi licet ſábbato curáre; quare Salvatórem, an curet, obſervant ? Si non licet; quare ipſi ſábbato pécora curant ? Ipſe verò apprehenſum ſanávit, ac dimíſit. Próvidâ diſpenſatióne Dóminus ante Legiſperítos & Phariſæos hydrópicum curat; & mox contra avarítiam díſputat : ut vidélicet per hujus ægritúdinem córporis, in illis exprimerétur ægritúdo cordis. Dénique poſt multa diſputatiónis ejus hortamenta, ſubjunctum eſt : Audiébant autem ómnia hæc Phariſæi qui erant avári, & deridébant illum. Et reſpondens ad illos, dixit : Cujus veſtrûm áſinus aut bos in púteum cadit, & non continuò éxtrahet illum die ſábbati ? Sic obſervatóres ſuî Phariſæos convincit, ut eoſdem étiam avarítiæ condemnet. Si vos, inquit, in ſábbato áſinum, aut bovem, aut áliquid quódlibet ánimal in púteum décidens erípere feſtinátis, non animáli ſed veſtræ avarítiæ conſulentes; quantò magis ego hóminem, qui multò mélior eſt pécore, débeo liberáre ?

℟. *ix.* Dei perfecta ſunt ópera, & omnes viæ ejus judícia : * Deus fidélis & abſque ulla iniquitáte, juſtus & rectus. *Deut.* 32. 4. ℣. Ipſi glória, & nunc, & in diem æternitátis. 2. *Petr.* 3. 17. * Deus. ℣. Glória. * Deus.

Ad Benedict. *Ant.* 1. *D.* Cùm intráret Jeſus in domum cujuſdam príncipis Phariſæórum, hydrópicus erat ante illum, & dixit ad Legiſperítos & Phariſæos : Si licet ſábbato curáre ? *Luc.* 14. 1. 2. 3.

Orémus. *Oratio.*

TUa nos, quæſumus, Dómine, grátia ſemper & prævéniat & ſequátur, ac bonis opéribus júgiter præſtet eſſe intentos; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Aquenſi. *An.* 1585. *Tit. de feſt. cultu.*

DOceantur pópuli, ut, præter Miſſam, quæ diébus domínicis & feſtívis ſine graviſſimi pecca-

culpa prætermitti non
teſt, præter véſperas
m, quibus fidélem
emque, niſi impedí-
m, intereſſe máximè
nvenit, in doctrínæ
hriſtiánæ rudimentis
nnes, tam mares quàm
minæ, tam viri quàm
ieri, vel perdiſcendis ſi
nórent, vel álios per-
cendis verſentur.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F.
pprehenſum ſanávit hy-
ópicum Jeſus, ac dimí-
. *Luc.* 14. 4.

Oratio, ut ſuprà.

ERIA SECUNDA.

De libro ſecundo Pa-
ralipómenon.

ECTIO I. *Cap.* 33. *v.* 1.

Manaſſes decimus-quartus rex Juda.

DUódecim annórum erat Manaſſes cùm egnáre cœpiſſet, & quinquaginta quinque annis egnávit in Jerúſalem. ecit autem malum coam Dómino, juxta abominatiónes géntium quas ubvertit Dóminus coram iliis Iſraël: & converſus nſtaurávit excelſa quæ lemolítus fúerat Ezechías pater ejus: conſtruxitque aras Báalim, & fecit lucos, & adorávit omnem milítiam cœli, & cóluit eam. Ædificávit quoque altária in domo Dómini, de qua díxerat Dóminus: In Jerúſalem erit nomen meum in æternum. Ædificávit autem ea cuncto exercítui cœli in duóbus átriis domûs Dómini. Tranſireque fecit filios ſuos per ignem in valle Benennom: obſervábat sómnia, ſectabátur augúria, maléficis ártibus inſerviébat, habébat ſecum magos & incantatóres: multaque mala operâtus eſt coram Dómino, ut irritáret eum.

℟. Concupívi, *p.* 449.

LECTIO II. *v.* 7.

Manaſſes ab Aſſyriis captus.

SCúlptile & conflátile ſignum póſuit in domo Dei, de qua locútus eſt Deus ad David, & ad Salomónem filium ejus, dicens: In domo hac & in Jerúſalem, quam elégi de cunctis tríbubus Iſraël, ponam nomen meũ in ſempiternum. Et movéri non fáciam pedem Iſraël de terra quam trádidi pátribus eórum, ita dumtaxat ſi cuſtodíerint fácere quæ præcépi eis, cunctamque legem & cæremónias atque judícia per manum Móyſi. Igitur Manaſſes ſeduxit Judam, & habitatóres Jerúſalem, ut fácerent malum ſuper omnes gentes quas ſubvérterat Dóminus à fácie filiórum Iſraël. Locutuſque eſt Dóminus ad eum,

& ad pópulum illíus, & attėndere noluérunt. Idcircò ſuperinduxit eis príncipes exércitûs regis Aſſyriórum: ceperuntque Manaſſen, & vinctum caténis atque compédibus duxérunt in Babylónem.

℟. Bonitátem, *p.* 450.

LECTIO III. *v.* 12.

Manaſſes pœnitentiam agens.

POſtquàm coanguſtátus eſt, orávit Dóminum Deum ſuum; & egit pœniténtiam valdè coram Deo patrum ſuórum. Deprecatuſque eſt eum, & obſecrávit intentè; & exaudívit oratiónem ejus, reduxitque eum Jerúſalem in regnum ſuum, & cognóvit Manaſſes quòd Dominus ipſe eſſet Deus. Poſt hæc ædificávit murum extra civitátem David, ad occidentem Gihon in convalle, ab intróitu portæ píſcium per circúitum uſque ad Ophel, & exaltávit illum vehementer: conſtituitque príncipes exércitûs in cunctis civitátibus Juda munítis; & ábſtulit deos aliénos, & ſimuláchrum de domo Dómini, aras quoque quas fécerat in monte domûs Dómini & in Jerúſalem, & projécit ómnia extra urbem. Porrò inſtaurávit altáre Dómini, & immolávit ſuper illud víctimas, & pacífica, & laudem: præcepitque Judæ ut ſervíret Dómino Deo Iſraël. Dormívit ergo Manaſſes cum pátribus ſuis, & ſepeliérunt eum in domo ſua; regnavitque pro eo filius ejus Amon.

℟. Deo noſtro, *p.* 450.

CANON.

Ex Concílio Oxonienſi.

An. 1222. *Cap.* 29.

FIrmiter inhibémus ne pro áliqua pecúnia denegétur ſepultúra, vel baptiſmus, vel áliquod ſacramentum, vel étiam matrimónium contrahendum impediátur.

FERIA TERTIA.

De libro ſecundo Paralipómenon.

LECTIO I. *Cap.* 33. *v.* 21.

Amon decimus-quintus rex Juda.

VIginti duórum annórum erat Amon cùm regnáre cœpiſſet: & duóbus annis regnávit in Jerúſalem. Fecitque malum in conſpectu Dómini, ſicut fécerat Manaſſes pater ejus: & cunctis idólis quæ Manaſſes fúerat fabricátus, immolávit atque ſervívit. Et non eſt revéritus fáciem Dómini ſicut revéritus eſt Manaſſes pater ejus; & multò majóra delíquit. Cumque conjuraſſent adversùs eum ſervi ſui, interfecérunt

unt eum in domo
rò réliqua pópu-
itúdo, cæſis iis
non perdúſſerant,
it regem Joſiam
ejus pro eo. Tu
, Dómine, miſe-
ſtri.
Deo grátias.
Dóminus ſcit, pag.

io II. Cap. 34.
v. 1.
ſeximus-ſextus rex
Juda.
ſo annórum erat
ſias cùm regnáre
t, & triginta &
no regnávit in Je-
. Fecitque quod
ſtum in conſpectu
i, & ambulávit in
vid patris ſui, non
vit neque ad déx-
, neque ad ſini-
Octávo autem an-
i ſui, cùm adhuc
er, cœpit quære-
n patris ſui Da-
duodécimo anno
m regnáre cœpe-
undávit Judam &
m ab excelſis, &
ſimulacriſque &
bus. Deſtruxerunt-
am eo aras Báa-
k ſimulácra quæ
ſita fúerant, de-
unt: lucos étiam
tilia ſuccídit atque
uit: & ſuper tú-
eórum, qui eis
re conſuéverant,
iva. Carc.

fragmenta diſperſit. Oſſa prætéreà ſacerdótum combuſſit in altáribus idolórum, mundavitque Judam & Jeruſalem; ſed & in úrbibus Manaſſe, & Ephraïm, & Símeon uſque Néphthali, cuncta ſubvertit.

℟. Aſpice in me, p. 451.

LECTIO III. v. 7.

Templum Domini purificat Joſias, & readificat.

CUmque altária diſſipaſſet, & lucos, & ſculptília contrivíſſet in fruſta, cunctaque delúbra demolítus eſſet de univerſâ terra Iſraël, reverſus eſt in Jeruſalem. Igitur anno octávo décimo regni ſui, mundátâ jam terrâ, & templo Dómini, miſit Saphan fílium Eſelíæ, & Maaſíam príncipem civitátis, & Joha fílium Jóachaz à commentáriis, ut inſtaurárent domum Dómini Dei ſui. Qui venérunt ad Helcíam Sacerdótem magnum, acceptamque ab eo pecúniam, quæ illáta fúerat in domum Dómini, & quam congregáverant Levítæ & janitóres de Manaſſe & Ephraïm, & univerſis relíquiis Iſraël, ab omni quoque Juda, & Bénjamin, & habitatóribus Jerúſalem, tradidérunt in

mánibus eórum qui præ-erant operáriis in domo Dómini, ut inſtauráręnt templum, & infirma quæque ſarcírent. At illi dedérunt eam artificibus & cæmentáriis, ut émerent lápides de lapidicínis, & ligna ad commiſſúras ædificii, & ad contignatiónem domórum quas deſtrúxerant reges Juda. Qui fidéliter cuncta faciébant. Tu autem, Dómine, miſerére noſtri.

℟. Deo grátias.

℟. Regnum tuum, *p.* 453.

CANON.

Ex Statútis Synodálibus Diœcéſis Carcaſſonenſis. *An.* 1272. *cap.* 17.

Sub pœna officii & beneficii ómnibus interdícimus, ne pro benedictiónibus nubéntium, exéquiis mortuórum, vel cæteris eccleſiáſticis Sacramentis, ante eórum collatiónem áliquid éxigant; vel pactum, vel promiſſiónem extórqueat, vel recípiant ſuper in póſterum ſtatuenda, prætextu alicújus conſuetúdinis vel uſûs.

ROPRIUM SANCTORUM.

PARS ÆSTIVA.

E XXIV. MAII.
In Feſto
ANCISCI REGIS,
Preſbyteri.
Semiduplex.
Communi unius Preſ-
i. xxx. *Oratio*, Dómi-
eus. xxxiv.
lie AD VESPERAS,
nem. SS. Donatiani
ogatiani Mart. Ant.
ábitis. ℣. Cuſtódit.
Oratio, Exaudi nos.

II. NOCTURNO.
tiones de Scriptura oc-
nte.
III. NOCTURNO.
LECTIO IV.
vita apud Ruinart.
annes Franciſcus Re-
s nóbili génere, prope
aſsónam natus, in op-
lo Narbonenſis Gál-
cui nomen Fons-co-
tus, exímiæ ſanctitá-
téneris annis indícia
uit. Societátem Jeſu
eſſus Tolóſæ anno æ-
décimo nono, óm-
s excélluit vitæ reli-
æ virtútibus. Abſolú-
tis ſtúdiis totum ſe pro-
curandæ animárum ſalúti
pénitùs devóvit. Velannó-
rum & Forénſium montes,
& ingentes Helviórum
tractus, eorumque coló-
nos barbárie intractábi-
les ſuſcépit excolendos eo
ſucceſſu, ut innumerábiles
hómines aut Calvinianâ
lue infectos, aut pérdi-
tis móribus corruptos, ad
fidem cathólicam & ad
chriſtiánã pietátem tradú-
xerit.

LECTIO V.

CAmpéſtribus miſſió-
nibus hyberno tém-
pore perfunctus, æſtívo re-
vertebátur Anícium; ibí-
que per noſocómia in æ-
grotórum miniſtériis, ſu-
ſtentandiſque paupéribus
ſtrénuam exhibébat ópe-
ram. Graſſante peſte, in-
firmos eo morbo labo-
rantes ſédulò invíſens, ar-
denti charitáte reficiébat.
Erga álios blandus, in ſe
ipſe ſæviébat acérrimè.
Somnum humi carpens,
ſemper abſtémius, vili

cibo victitans, divino amóre ſic erat incenſus, ut illum unum ſpiráre, loqui, cogitáre viderétur. Tandem miráculis clarus, in Viennenſis Diœcéſis pago, cui nomen eſt Laloveſcus, ſpiritū Creatóri réddidit anno milléſimo ſexcentéſimo quadragéſimo, vitæ ſuæ quadragéſimo quarto.

LECTIO VI.

Homilia S. Gregorii Papæ, in cod. Lectionum. lxxj.

Pro Commem. ſanctorum Donatiani & Rogatiani, Mart.

LECTIO VII.

Ex Actis apud Ruinart.

DOnatiánus & Rogatiánus fratres, Nannétis in Aremórica propter Chriſti religiónem in perſecutióne Diocletiáni & Maximiáni comprehenſi ſunt: ille ætáte matúrior, ac jam baptizátus; hic júnior, & catechúmenus tantùm. Quare Donatiánus poſtquam interrogátus Chriſtiánum ſe coram Præſide confeſſus eſt; ſtatim convictus deſertæ religiónis públicæ, in cárcerem conjícitur. Rogatiánus verò blandítiis & illécebris tentátur, ne à deórum cultu témerè recéderet, aut baptiſma Chriſtianórum expéteret. Sed cùm Præſidi in utróque conſentíre conſtanter recuſáret, in eamdem cuſtódiam cum fratre detrúſus eſt; qui, cùm illum mœſtum ſenſiſſet quòd ſacro baptiſmate nondum tinctus in mortis diſcrímine verſarétur, & ſacerdótis fuga omnē ſpem illius ſuſcipiendi præcidiſſet, orávit Dóminum, ut pura fides illi baptiſmatis vicem præſtáret, & Sacramenti grátiam ſánguinis obtinéret effuſio. Quo facto, cùm ambo poſtrídie ante Præſidem deducti eſſent, eódem jubente, in cataſta equúlei ſuſpenſi, crudéliter laniáti ſunt. Sed nihilóminus Chriſtum intrépidè confitentes, lánceā militári perfoſſi, tandem cæſis capítibus, martyrium conſummavérunt. Horū précibus Nannéticam civitátem à Barbarórum obſidióne liberátam Clodovæi regis tempóribus, ſcribit ſanctus Gregórius Turonenſis Epiſcopus.

AD LAUDES, fit Commemoratio SS. Donatiani & Rogatiani Mart, Oratio, Exaudi. xvij.

DIE XXVIII.

In Feſto

SANCTI GERMANI, Epiſcopi.

Simplex.

Oratio, Da, Eccléſiæ. xxiij.

Lectio prima & ſecunda

riptura occurrente, ibus dua.

ECTIO III.

it. Fortunat. Pict. ſe. ſecul. I. Bened.

Ermánus apud Æ-
duos natus, Préſby-
imùm, & Monaſtérii
. Symphoriáni Æ-
is Abbas, morum
táte ad Epiſcopátum
ſis Eccléſiæ aſſum-
ſt. Nihil ibi remíſit
æ auſteritáte, quam
naſtério égerat. Ho-
ſtis tértiâ Eccléſiam
ſus, non recedébat
lilúculum, cæteris
ro per tres vigílias
iciſſim ad pſallen-
uccedéntibus. Mira
us in páuperes, má-
verò in ſervos cap-
ue redimendos, be-
ntiâ, & Childeber-
i tam probáta, ut
gio ærário ad pias
ónes ingentem ei
am ſubminiſtráret.
rtū unum è Francis
s qui uxóris ſoró-
ixerat, ſacris inter-
Sigebertum per lít-
à cæde Chilperíci
deterrére conátus
c ſuis mónitis relu-
m brevi moritúrum
it. In Synodo Bi-
iſi plúrimos Judæos
o lucrátus eſt. Sedit
icílio Pariſienſi tér-
quarto, & Turo-
cundo. Obiit quin-
to Kalendas Júnii, cor-
puſque ejus ſepultum fuit
ad ſanctum Vincéntium,
& ſub Pippíno rege in
majórem baſílicam hujus
Monaſtérii, quod hódiè
ejus nómine San-germá-
num appellátur, tranſlá-
tum eſt.

DIE XXIX.

In Feſto

SANCTI GUILLELMI,

Monachi.

Simplex.

Oratio, Da nobis, *ut infrà.*

Lectio prima & ſecunda de Scriptura occurrente, ex tribus dua.

LECTIO III.

Ex vita S. Guill. Act. SS. Bened. le Coint. Boll.

GUillelmus, patre Theodoríco Cómi-
te, & matre Abdóna na-
tus, ſub Cárolo magno
Aulæ militiæque mancipá-
tus, primæ cohortis ſortí-
tus eſt principátum. Dein-
de cùm in tractandis re-
bus béllicis egrégiam ſibi
laudem comparaſſet, ab
eódem Imperatóre Aqui-
tániæ Dux, Comeſque
Toloſánus renunciátus eſt.
Tum, victis ſæpiùs bár-
baris, dilatatóque impé-
rio Chriſtiáno, & pace
conſtitútâ, ſub diſciplínâ
ſancti Benedicti Anianen-
ſis totum ſe dedit opéri-
bus juſtítiæ, pietátis ac

miſericórdiæ. Nec multò pòſt Monaſtérium ædificári curávit in valle Gellonenſi Diœcéſis Lodovenſis, ſcópulis & móntibus aſpérrimâ, quod nunc ſancti Guillelmi in erémo nuncupátur. In Aulam póſteà ab Imperatóre vocátus, hinc brevi diſcedendi licéntiam impetrávit, pergenſque ad ſanctum Benedictum, moram nullam fieri paſſus; hábitu monacháli indúitur in Gellonenſi Monaſtério, quod quidem jam ántea amplis à ſe reditibus donátum fúerat. Ibi ómnium deinceps virtútum ſplendóre, ac potiſſimum humilitátis laude antecélluit; contínuæ vacans oratióni, jejúniis impénſiùs favens, ac ſæpe noctes ſólitus inſomnes dúcere. Demum méritis plenus, prænuntiáto mortis die obdormívit in Dómino, quinto Kalendas Júnii, anno octingentéſimo duodécimo. Ejus corpus in oratório ſancti Michaëlis quod ipſe conſtrúxerat, primò ſepultum, deinde in majórem monaſtérii Gellonenſis Basílicam tranſlátum, ſub altári cónditum eſt, ubi etiamnum quieſcit.

Oratio.

DA nobis, quæſumus, Dómine, beátū confeſſórem tuum Guillelmum imitári; ut ſeculáribus expedíti negótiis, donis cœléſtibus, te largiente, ditémur; Per.

FESTA JUNII.

DIE I.

In Feſto SANCTÆ CLOTILDIS Francorum Reginæ, & Viduæ. *Simplex.*

De Communi unius Mulieris. liij.

Oratio, Réſpice, *ut infrà ad Laudes.*

LECTIO III.

Ex Gregor. Turon. & aliis Scriptoribus apud Ducheſne.

CLotildis Chilperici filia Clodovéo adhuc éthnico in conjúgium à pátruo Gundobaldo data, primogénitum Ingómerem, tolerante magis quàm approbante Clodovéo, baptizári juſſit. Cùm autem infantis in Albis defuncti mortem ægrè ferret Clodovéus, ac eam baptiſmo tribúeret, gráviter Clotildem objurgávit, aſſevérans deos pátrios ob contemptum ſui núminis irátos filium eripuiſſe. At illa: Deo, in-

omnipotenti crea-
nnium grátias ago,
ie non uſquequáque
vit indignam, ut de
meo génitum regno
áret. Alterum quo-
lium Clodómerem
ári curávit, quo pá-
ægrotante, irátus
e affirmans, fore ut
ei quod fratri con-
et: ſed matris préci-
onváluit. Clotildis,
natrimónio conſén-
eâ lege, ut abjectâ
átriâ, verum Deum
t Clodovéus, non
at hortári príncipē,
ret promiſſis, ejuſ-
onverſiónem ad fi-
um lácrymis & ge-
us enixè poſtulábat
. At rex Francórum
titiónibus nímium
tus rem protraxit,
: in expeditióne Al-
inica inclinátam cer-
ſuórum áciem, mo-
mque cónjugis me-
, implorato Chriſti
o, ſeſe voto aſtrin-
l ſuſcipiendam veri
eligiónem, ſi victó-
de hóſtibus reportá-
egína de rebus geſtis
r facta, Regi læta
rit apud Rhemos, &
ávit ſanctum Remí-
civitátis hujus An-
m, à quo princeps
edoctus baptizátus
& Chríſmate ſacro
tus. Poſt Clodovéi mortem Turónes pétiit Clotildis, ibíque ad ſancti Martíni ſepulchrum pernox in vigíliis & oratiónibus, cæteriſque piis opéribus intenta réliquum vitæ tempus exégit. Clodómeris in bello Burgúndico occíſi filios nepótes ſuos, Theobaldum, Guntárium, & Clodoaldum educávit: ac tandem plena diérum Turónis migrávit ad Dóminum, & Paríſios inter pſalléntium choros tranſláta, ſepulta eſt à filiis Childeberto & Clotário régibus ad latus Clodovéi in ſacrário Basílicæ ſancti Petri, nunc ſanctæ Genovéfæ: ibíque ipsius Relíquiæ in capſa argéntea repóſitæ populórum públicæ veneratióni exponúntur.

AD LAUDES.

Capitulum. 1. Cor. 7. *v.* 13. 14.

SI qua múlier fidélis habet virum infidélē, & hic conſentit habitáre cum illa, non dimittat virum: ſanctificátus eſt enim vir infidélis per mulíerem fidélem.

Oratio.

REſpíce, quæſumus, Dómine, Francórum benignus impérium; & quibus per devótam ſanctæ Clotildis inſtántiam donum fidei contuliſti, iiſdem per ejus interceſ-

ſiónem tríbue ſincérum Chriſtiánæ pietátis affectum; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula, &c.

DIE II.

SANCT. POTHINI Lugdunenſium Epiſcopi & Socior. Martyrum.

Simplex.

Omnia de Comm. plurium Martyrum.

Oratio, Mártyris tui Pothini. xvij.

Lectio prima & ſecunda de Scriptura occurrente, ex tribus dua.

Ex Epiſtola Eccleſiárum Viennenſis & Lugdunenſis ad Eccléſias Aſiæ & Phrygiæ.

Apud Euſeb. hiſt. lib. 5. Cap. 1.

LECTIO III.

BEatiſſimus Pothínus Lugdunenſis Epíſcopus nonagenário major, ob córporis infirmitátem vix ſpíritum trahens, ſed præ cupiditáte martyrii mirâ alacritáte ánimi firmátus, ad tribúnal trahebátur. Quò perlátus, proſequéntibus ipſum magiſtrátibus civitátis, & universâ plebe váriis eum clamóribus impetente, tamquam ipſe Chriſtus eſſet, egrégium édidit teſtimónium. Interrogátus à præſide quiſnam eſſet Chriſtianórum Deus, reſpondit: Si dignus fúeris, cognoſces. Poſt hæc inhumánè raptátus & innúmeris plagis affectus eſt; cùm ii quidem, qui própiùs aſtábant, cálcibus & pugnis illum contumelióſè appéterent; qui verò lóngiùs diſtábant, quidquid ad manum erat, in ipſum conjícerent; omnes dénique graviſſimi piáculi reos ſe exiſtimárent, niſi pro ſua quiſque parte ei petulanter inſultárent. Exinde vix adhuc ſpirans in cárcerem projectus eſt, tandemque poſt bíduum ánimam exhalávit. Matúrus verò neóphytus, & Diáconus Eccléſiæ Viennenſis, nómine Sanctus, cum Blandína ancilla, ducti ſunt ad béſtias in amphitheátrum. Et Matúrus quidem ac Sanctus conſuéta illic flagrórum vérbera pertulérunt, & beſtiárum ipſos trahéntium morſus, ipſam poſtrémo férream cáthedram, cui ſuperpóſita Mártyrum membra, cùm torrerentur, illórum nares moleſtiſſimus nidor implébat. Hi ergo máximo certámine perfuncti, cùm vitálem ſpíritum diu protraxiſſent, tandem juguláti ſunt. Blandína autem poſt flagra, poſt béſtias, poſt ſartáginem retículo

,tauro objecta eſt,
lim in altum jactámùm & ipſa vícti-
ſtar jugulàta eſt.

)IE III.

In Feſto
CTI HILARII,
ſſonenſis Epiſcopi.
Duplex-majus.
thedrali, Solemne-
minus.)
Communi unius Pon-
xviij. *Oratio*, Deus
bis, *ut infrà.*

I. NOCTURNO.
iones de Scriptura
nte.

I. NOCTURNO.

ECTIO IV.

l. Occit. & Martyr.
Eccl. Carcaſſ.

lárius ſeu Hílarus
n território Carcaſ-
i ortus, primos æ-
uæ annos ita ex-
, ut demum Ecclé-
arcaſſonenſis Epíſ-
éligi mererétur. Is
putátur, cujus no-
xtat in ſubſcriptió-
quadraginta quá-
Epiſcopórum Gál-
ui Synodálem Epí-
. ad ſanctum Leó-
eſcripsêre; quâ,
a ad eos ab eódem
ce Epiſtolam à ſe
viánum de erróre
ietis ſcriptam, cum
ſuſcipiunt. Quoſ-
ſanctitáte célebres
in partem ſollicitú-
piſcopális accívit;
cum quibus ſólitus erat, annis ſingulis, per dies áliquot oratióni vacatúrus, in eum locum ſecédere, ubi jam tum monaſtérii, quod póſteà ejus nómine nuncupátum eſt, fundamenta jeciſſe vidétur.

LECTIO V.

SÆviébat tum témporis in Gállia Narbonenſi Arianórum hæreſis, quam in has regiónes ſecum bárbari addúxerant. Errórem ut extirpáret Hilárius, gregem ſuum verbi divíni pábulo aſsíduè nutriébat: & quamvis póſitis inſídiis ferè quotidiánis, ad mortem continuò ab hæréticis appeterétur, numquam tamen à ſancto propóſito & múnere amovéri pótuit. Cùm autem hæreſis in dies ſæviùs graſſarétur, & profúſus in lácrymas pius Póntifex, írritos eſſe labóres ſuos coram Deo, ſupplex gémeret; Deo revelante, intellexiſſe fertur, Diœcéſim poſt ipsíus mortem ab omni prorſus hæreſis labe eſſe liberandam. Quapropter mortem vehementiſſimè exoptans, non multò pòſt extrémum inſtáre ſibi diem intellígere méruit; ſeque in eum locum recépit ubi póſteà monaſtérium erectum eſt: ibique mórtuus ab alum-

nis in Sacello ſancti Saturníni prope altáre, quod ipſe conſecráverat, eſt tumulátus.

LECTIO VI.

ANno autem nongentéſimo ſexagéſimo nono, Rogérius hujus nóminis primus, Carcaſsónæ Comes, cui in ſummo vitæ rerumque diſcrímine beátus Hilárius aliquando viſus fúerat præſtò eſſe, Francóni Carcaſſonenſi Epíſcopo autor fuit de extrahendis tandem è púlvere ſancti Præſulis oſſibus. Quâ de re iníto cum Epíſcopis comprovinciálibus Concílio, id ſtatim uno ore, lætóque ánimo decrétum eſt. Tum Rogérius, quo ſancti Pontíficis Relíquiæ decéntiùs collocarentur, & religióſiùs colerentur, excepti quondam beneficii memor opes ampliſſimas cóntulit. Itaque octávo Kalendárum Februárii anni ſequentis, à Francóne illárum tranſlátio facta eſt. Ut primùm illæ aſtántium óculis fuérunt expóſitæ, ſuavíſſimum odórem efflavérunt; & ægris ſanitátem, cæciſque viſum reſtituêre. Exinde verò multis miráculis Deus ſervi ſui ſepulcrum illuſtrávit. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

IN III. NOCTURNO.

Ex oratióne ſancti Pauli Apóſtoli ad Preſbyteros Epheſi.

Pauli labores.

LECTIO VII. *Act. Cap.* 20. 18.

VOs ſcitis, à prima die quâ ingreſſus ſum in Aſiam, quáliter vobiſcum per omne tempus fúerim, ſérviens Dómino cum omni humilitáte, & lácrymis, & tentatiónibus quæ mihi accidérunt ex insídiis Judæórum: quómodò nihil ſubtráxerim utílium quóminùs annuntiárem vobis, & docérem vos públicè, & per domos; teſtíficans Judæis atque Gentílibus in Deum pœniténtiam, & fidem in Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum. Et nunc ecce alligátus ego Spíritu vado in Jerúſalem, quæ in eâ ventúra ſunt mihi, ignórans.... Sed nihil horum véreor: nec fácio ánimam meam pretioſiórem quàm me, dùmmodò conſummem curſum meum, & miniſtérium verbi, quod accépi à Dómino Jeſu, teſtificári Evangélium grátiæ Dei.

LECTIO VIII. *v.* 29.

Jubet vigilare.

EGo ſcio quóniam intrábunt poſt diſceſſiónem meam lupi rapáces in vos, non parcentes gre-

ε vobis ipſis exur-
ri loquentes per-
ıt abdúcant diſcí-
ɔoſt ſe. Propter
igiláte, memóriâ
es, quóniam per
ım noćte & die
sávi, cum láchry-
ɔnens unumquem-
rûm. Et nunc com-
vos Deo, & verbo
psíus, qui potens
ıcáre, & dare hæ-
m in ſanctificátis
ıs. Argentum & au-
ut veſtem nullíus
ivi, ſicut ipſi ſci-
ıóniam ad ea quæ
ɔpus erant, & his
ecum ſunt, mini-
ınt manus iſtæ.
. oſtendi vobis,
m ſic laborantes,
: ſuſcípere infir-
ıc meminiſſe verbi
ıi Jeſu: quóniam
rit: Beátius eſt ma-
e, quàm accípere.
ſancti Evangélii
ndùm Joannem.
o IX. *Cap.* 10. 11.
Paſtor bonus.
llo témpore: Dixit
ıs quibuſdã ex Pha-
: Ego ſum paſtor
; bonus paſtor áni-
ſuam dat pro óvibus
Et réliqua.
ília ſancti Joannis
Chryſóſtomi.
). Joann. Homil. 60.
Agna res eſt, dile-
ctiſſimi, magna res

eſt Eccléſiæ prælátio, & quæ multâ índiget ſapiéntiâ & fortitúdine, qualem Chriſtus propóſuit, ut ánimam pro óvibus ponámus, & nunquam illas deſerámus; & ut lupo generósè reſiſtámus. Hæc enim inter paſtórem & mercenárium eſt differéntia: ſcílicet quòd hic própriæ, contemptis óvibus; ille, ſuâ contemptâ, óvium ſemper ſalúti invígilet. Paſtóris exemplo demonſtráto, deceptóres duos méminit Chriſtus; furem mactantem & rapientem oves, & mercenárium permittentem neque defendentem commiſſas. Per illum, Theudam & ejus aſſertóres; per hunc, Judæórum miniſtros ſignat, qui nullam curam commiſſis óvibus adhibébant. Quod olim Ezéchiel his verbis inſectátus eſt: Væ paſtóribus Iſraël! nonne paſcébant ſemetipſos? nonne oves paſcuntur à paſtóribus? Sed illi contrárium faciébant; quod máximæ malítiæ genus eſt, & plurimórum cauſa malórum. Ideo, inquit, neque errantem reducébant, neque pereuntem quærébant, neque confractum alligábant, neque infirmum conſolidábant: quóniam ſe, non oves paſcébant.

Oratio.

Deus, qui nobis ſanctam hujus diéi ſolemnitátem in honóre beáti Hilárii pontíficis tui conſecraſti; adeſto famíliæ tuæ précibus, & dona, ut cujus feſta celebrámus, ejus apud te méritis & interceſſiónibus adjuvémur; Per Dominum noſtrum.

Die v.

SANCT. AMANDI, Alexandri, Lucii, et Audaldi, Martyrum Caunenſium in Diœceſi Narbonenſi.

Commemoratio.

Pridie AD VESP. Ant. Exultábitis. ℣. Cuſtódit, *pag.* xiij. *Oratio.* Exaudi, *p.* xvij.

AD LAUDES, Ant. Lætítia ſempiterna. ℣. In te, Dómine. xvj. *Oratio.* Exaudi nos, *pag.* xvij.

Die vi.

SANCTI ALEXANDRI, Papæ & Martyris,

Commemoratio.

Pridie AD VESPERAS, deinde AD LAUD. ut in Communi. Oratio, Omnípotens. xj.

Die viii.

SANCTI MEDARDI, Epiſcopi.

Simplex.

Orat. Dírige, xxij.

Fit Commem. S. Gildardi Epiſcopi, Ant. Dedit. ℣. Memor, xxij.

Orat. Da Eccléſiæ tuæ, xxiij.

Lectio III.

E Fortunato & tomo 8. Spicil.

Medardus, apud Salentiacum in pago Viromanduenſi natus, à paréntibus piè inſtitútus eſt. Viromanduórum Epiſcopátum, multórum aſſiduis précibus victus, regendum ſuſcépit, ſedem Noviómi in óppido munito collocávit. Intérim ſanctus Eleuthérius, Tornacenſis Epíſcopus, móritur. Poſt cujus exéquias, cùm Clerus & pópulus Tornacenſis Medardum ſibi dari Epíſcopum poſtulaſſent, ſancto Remígio cæteriſque provínciæ Epíſcopis annuéntibus, rege & procéribus ſuâ auctoritáte rem promovéntibus, utriuſque Eccléſiæ curam ſuſcépit, epiſcopális Sedis honóre utríque ſerváto, quamvis Tornacenſes ab eo témpore uſque ad Simónem, per annos círciter ſexcentos, non álios quàm Noviomenſes Epíſcopos habúerint. Flandros, gentem tunc ferócem, convertit ad Chriſtum. Obiit anno ſalútis quingentéſimo quinquagéſimo ſexto: eumque Clotárius ſummo cum honóre apud Sueſſiónas ſepelíri juſſit.

ndem diem íncidit
ria ſancti Gildardi,
póleos Rotomagen-
iſcopi, qui Concí-
urelianenſi primo,
quingentéſimo un-
o ſubſcripſit, &
quíndecim in Epiſ-
i tranſactis, óbiit,
ultus eſt in ſanctæ
basílica, quæ dein-
frequéntia ejus mi-
, ad ſanctum Gil-
m dicta eſt.
Commem. S. Gil-
, *Antiph.* Státuit:
átus. *Orat.* Da Ec-
tuæ, xxiij.

Die xi.
In Feſto
TI BARNABÆ,
itium Apoſtoli.
Duplex-majus.
I. VESPERIS.
*iphona, ut in Com-
Apoſtolorum.*
ulum. Iſa. 42. 6.
Dóminus vocávi
in juſtítia, & ap-
di manum tuam,
ávi te, & dedi te
lus pópuli, in lu-
éntium.
Relinquent Gentes
ſua: * Vénient in
lem, & inhabitá-
n ea, & † Gaudé-
in ea omnes reges
, adorantes regem.
Tob. 14. *v.* 8. 9.
aulus & Bárnabas
nt: Quóniam re-
s verbum Dei; ecce
convértimur ad gentes.
Act. 13. 46. * Vénient.
℣. Glória Patri. † Gaudé-
bunt.

Hymnus. S. V.

CŒLO datur quiéſ-
cere,
Terris relictis, Bárnaba:
Solemnis hæc affert tuis
Finem dies labóribus.

QUEM propter, agro
véndito,
Opes cadúcas déſeris,
Magno rependens fœno-
re,
En fundus ipſe fit tuus.

TU ſacra per jejúnia,
Interque ſolemnes pre-
ces,
Jubente Sancto Spíritu,
Chriſti creáris núntius.

UNI ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum
decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Sagittæ tuæ acútæ,
℟. Pópuli ſub te cadent.
Pſ. 44. *v.* 6.
Ad Magníf. *Ant.* 5. C.
Quàm pulchri ſuper mon-
tes pedes annuntiantis &
prædicantis pacem, an-
nuntiantis bonum, præ-
dicantis ſalútem, dicen-
tis Sion: Regnábit Deus
tuus. *Iſ.* 52. *v.* 7.
*Oratio, ut infrà ad
Laudes.*
AD OFFICIUM NOCT.
Invitat. Apoſtolórum
Magiſtrum & Dóminum,

* Veníte, adorémus. *Joan.* 13. *v.* 13.

Hymnus, COELO datur, *ut ſuprà.*

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Teſtimónium perhíbuit verbo Dei, & teſtimónium Jeſu Chriſti. *Apoc.* 1. 2.

Ant. 7. d. Perambulábat confirmans Eccléſias, præcípiens cuſtodíre præcepta Apoſtolórum. *Act.* 15. 41.

Ant. 2. D. Intendébant turbæ his quæ dicebantur, unanímiter audientes, & videntes ſigna quæ faciébat. *Act.* 8. *v.* 6.

℣. Dabis eum, Dómine, in benedictiónem, ℟. In ſéculum ſéculi. *Pſ.* 20. *v.* 7.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Conſecrátus eſt Prophéta, * Evértere, & erúere, & pérdere, & íterùm ædificáre, & renováre. *Eccli.* 49. *v.* 9. ℣. Incitabátur ſpíritus ejus in ipſo. *Act.* 17. *v.* 16. * Evértere.

℟. *ij.* Dilectus à Dómino Deo ſuo, * Exaltávit vocem ſuam de terra in prophetía delére impietátem. *Eccli.* 46. *v.* 16. 23. ℣. Ipſe diſcípulus erat Jeſu. *Matt.* 27. *v.* 57. * Exaltávit.

℟. *iij.* In fide ſua probátus eſt Prophéta, * Et cógnitus eſt in verbis ſuis fidélis, † Quia vidit Deum lucis. *Eccli.* 46. *v.* 17. 18. ℣. Pertránſiens evangelizábat civitátibus cunctis. *Act.* 8. 40. * Et cógnitus eſt. ℣. Glória. † Quia.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Cùm credidiſſent evangelizanti de regno Dei, baptizabantur viri ac mulíeres. *Act.* 8. *v.* 12.

Ant. 3. g. Fuit gratus Deo, & erat potens in verbis & in opéribus ſuis. *Act.* 7. *v.* 20. 22.

Ant. 6. F. Máximus in ſalútem electórum Dei, quam glóriam adeptus eſt! *Eccli.* 46. *v.* 2. 3.

℣. Potens in terra erit ſemen ejus, ℟. Generátio rectórum benedicétur. *Pſ.* 111. *v.* 2.

LECTIO IV.

Ex Actibus Apoſtolorum & Uſuardo.

BArnabas, qui & Joſeph, Levítes génere, Cyprius orígine, prétium agri, quem poſſidébat, áttulit ad pedes Apoſtolórum, ad quos & pòſteà Paulum adduxit recèns converſum. Jeroſólymis Antiochíam miſſus ab Eccléſia, quæ accéperat quoſdam ibi diſcípulos Dóminum Jeſum Græcis annuntiaſſe, cùm vidiſſet grátiam Dei, gavíſus eſt,

tabátur omnes in
ito cordis perma-
ı Dómino. Profe-
ſt inde Tarſum,
ereret Paulum, quem
ıveniſſet, perduxit
híam: & annum
conversáti ſunt ibi
léſia, & docuérunt
ı multam, ita ut
ninarétur primùm
híæ diſcípuli, Chri-

iv. Cùm vidiſſet
n Dei, gavíſus eſt,
ortabátur omnes in
ito cordis perma-
Dómino. *Act.* 11.
. ℣. Congregávit
gatiónem fidélium,
léſiam ſecum. 1.
. *v.* 13. * Et hor-
r.

ECTIO V.

tquàm autem ibi
n Prophétis & Do-
ıs miniſtraſſent Dó-
Bárnabas & Sau-
t jejunaſſent, dixit
s Sanctus: Segre-
ıihi Saulum & Bár-
ı in opus ad quod
ſi eos. Tunc jeju-
& orantes, impo-
que eis manus, di-
ınt illos. Et ipſi qui-
niſſi à Spíritu San-
ıbiérunt Seleucíam,
navigavérunt Cy-
, ac multas prætéreà
regioneſque pera-
unt, prædicantes
élium & confirman-
tes ánimas diſcipulórum, exhortanteſque ut permanérent in fide: & quóniam per multas tribulatiónes oportet nos intráre in regnum Dei. Cùm autem Lyſtris propter claudum à Paulo ſanátum pro diis haberentur, vocarentque turbæ Bárnabam Jovem, Paulum verò Mercúrium; illi conſciſſis túnicis ſuis prohibuérunt ne turbæ ipſis immolárent, conſtitutiſque per ſíngulas Eccléſias Preſbyteris, navigavérunt Antiochíam, unde erant tráditi grátiæ Dei in opus quod complevérunt.

℟. *v.* Erat vir bonus & plenus Spíritu Sancto, & fide; * Et appóſita eſt multa turba Dómino. *Act.* 11. 24. ℣. Teſtimónium præbuit in conſpectu Dómini & Chriſti. *Eccli.* 46. 22. * Et appóſita.

LECTIO VI.

ORtâ ibi ſeditióne, propter Judæos, qui volébant gentes ad Deum converſas circumcídi, ſtatútum eſt ut Saulus & Bárnabas rem Jerúſalem ferrent ad Apóſtolos, qui in Concílio nil ex legis jugo diſcípulis imponendum decrevérunt, quàm hæc neceſsária: Ut ab immolátis, sánguine, & ſuffocáto, ac fornicatióne abſtinérent; commen-

daruntque Bárnabam ac Paulum, ut qui pro Chriſti nómine ſuas tradíderant ánimas. Hinc reverſi ſunt Antiochíam, unde póſteà Paulus Aſiam pétiit, Bárnabas autem unà cum Joanne qui cognominátus eſt Marcus, navigávit in Cyprum; multiſque demùm perfunctus pro Chriſto labóribus, glorióſo fine quiévit. Corpus ejus prope Salamínam Cypri Metrópolim, Zenóne imperante, repertum eſt; ad cujus pectus erat Evangélium Matthæi, ipsíus Bárnabæ manu ſcriptum.

℟. vj. Plenus grátiâ & fortitúdine, * Faciébat prodígia & ſigna magna in pópulo. *Act.* 6. *v.* 8. ℣. Mirátæ ſunt terræ, & in nómine Dómini Dei. *Eccli.* 47. *v.* 18. 19. * Faciébat. ℣. Glória. * Faciébat.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Hic eſt qui fuit in Ecclésia, qui accépit verba vitæ dare nobis. *Act.* 7. 38.

Ant. 1. g. Amplificátus eſt in mirabílibus ſuis, & quis poteſt ſimíliter ſic gloriári ſibi? *Eccli.* 48. 14.

Ant. 4. E. Scriptus es in judíciis témporum leníre iracúndiam Dómini. *Eccli.* 48. 10.

℣. Ecce ſic benedicétur homo, ℟. Qui timet Dóminum. *Pſ.* 127. 4.

De Actibus Apoſtolórum.

LECTIO VII. *Cap.* 13. *v.* 1.

Barnabas ſegregatus.

ERant autem in Ecclésia quæ erat Antiochíæ, prophétæ, & doctóres, in quibus Bárnabas, & Simon, qui vocabátur Niger, & Lúcius Cyrenenſis, & Mánahen, qui erat Heródis Tetrarchæ collactáneus, & Saulus. Miniſtrántibus autem illis Dómino, & jejunántibus, dixit illis Spíritus Sanctus: Segregáte mihi Saulum & Bárnabam, in opus ad quod aſſumpſi eos. Tunc jejunantes & orantes, imponenteſque eis manus, dimiſérunt illos.

℟. vij. Locútus eſt ómnia verba quæ díxerat Dóminus; * Et fecit ſigna coram pópulo, & crédidit pópulus. *Exod.* 4. *v.* 30. 31. ℣. Apériens os ſuum, evangelizávit Jeſum. *Act.* 8. *v.* 35. * Et fecit.

LECTIO VIII. *v.* 4.

Prædicat verbum Dei.

IPſi quidem miſſi a Spíritu Sancto abiérunt Seleucíam; & inde navigavérunt Cyprum. Et cum veniſſent Salamínam, prædicábant verbum Dei in ſynagógis Judæórum. Ha-

autem & Joan-
ı miniſtério. Et
rambulaſſent uni-
ínſulam uſque Pa-
invenérunt quem-
:um magum pſeu-
bétam, Judæum,
nen erat Bárjeſu,
t cum Procónſule
Paulo viro pru-
-lic. accersítis Bár-
: Saulo, deſiderá-
íre verbum Dei.
iij. Deſerentes ce-
as patrum ſuórum,
multitúdine deó-
nt, * Unum Deum
luérunt. *Judit.* 5.
. ℣. Diſcípuli re-
ır gáudio & Spí-
ıcto. *Act.* 13. *v.*
Jnum.
ſancti Evangélii
ıdùm Lucam.
ı o IX. *Cap.* 10.
v. 1.
eptuaginta Diſcipulorum.
lo témpore; De-
vit Dóminus &
ɔtuaginta duos, &
los binos ante fá-
ıam, in omnem
m & locum, quò
è ventúrus. Et ré-

a ſancti Gregórii
Papæ.
17. *in Evang.*
ninus & Salvá-
r noſter, fratres
, aliquando nos
bus, aliquando

verò opéribus ádmonet. Ipſa étenim facta ejus præcepta ſunt: quia dum aliquid tácitus facit, quid ágere debeámus innoteſcit. Ecce enim binos in prædicatiónem diſcípulos mittit: quia duo ſunt præcepta charitátis, Dei vidélicet amor, & próximi: & minùs quàm inter duos, habéri chá-ritas non poteſt. Nemo enim próprié ad ſemetipſum habére charitátem dícitur; ſed diléctio ad álterum tendit, ut eſſe cháritas poſſit. Ecce enim binos ad prædicandum Dóminus diſcípulos mittit: quátenus hoc tácitus nobis ínnuat: quia qui charitátem erga álterum non habet, prædicatiónis offícium ſuſcípere nullátenus debet. Benè autem dícitur, quia miſit eos ante fáciem ſuam in omnem civitátem & locum, quò erat ipſe ventúrus: prædicatóres enim ſuos Dóminus ſéquitur, quia prædicátio prævenit, & tunc ad mentis noſtræ habitáculum Dóminus venit, quando verba exhortatiónis præcurrunt: atque per hoc véritas in mente ſuſcípitur.

℟. *ix.* Suſcipiébat omnes qui ingrediebantur ad eum, * Prædicans regnum Dei, & docens quæ ſunt

de Dómino Jeſu Chriſto, † Cum omni fidúcia. *Act.* 28. *v.* 30. 31. ℣. Tulit abominatiónes impietátis. *Eccli.* 49. *v.* 3. * Prædicans. ℣. Glória. † Cum omni fidúcia.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Intónuit de cœlo Dóminus, ℟. Et Altiſſimus dedit vocem ſuam. *Pſ.* 17. *v.* 14.

Ant. 1. a. BEáti ſunt qui te vidérunt, & in amicítia tua decoráti ſunt. *Eccli.* 48. *v.* 11.

Ant. 2. D. Collegiſti quaſi aurichalcum aurum, & ut plumbum compleſti argentum. *Eccli.* 47. 20.

Ant. 3. e. Quis poteſt ſimíliter ſic gloriári tibi, qui Prophétas facis ſucceſſóres poſt te. *Ibid.* 48. *v.* 4. 8.

Ant. 4. D. Erudítus es, & implétus es, quaſi flumen, ſapiéntiâ. *Ibid.* 47. *v.* 15. 16.

Ant. 5. a. Ad ínſulas longè divulgátum eſt nomen tuum, & dilectus es in pace tua. *Ibid.* *v.* 17.

Capitulum. Act. 9. *v.* 20.

PRædicábat Jeſum quóniam hic eſt Fílius Dei; ſtupébant autem omnes qui audiébant.

Hymnus. S. V.

PAuli labórum párticeps,
Conſors & in perículis,
Vos unus ambo Spíritus,
Vos una junxit cháritas.

Quam veſtra gens Chriſti fidem
Luci rebellis réppulit,
Nil hæſitantes, éxteris
Portaſtis illam géntibus.

Fac, Chriſte, noſtris ſe tuum
Cum lumen offert méntibus,
Amóre ne noctis ſuæ
Cœleſte donum réſpuant.

Uni ſit & trino Deo,
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Magna eſt glória ejus, ℟. In ſalutári tuo, Dómine. *Pſ.* 20. *v.* 6.

Ad Benedict. Ant. 7. G. Fiduciáliter agens in nómine Dómini, loquebátur géntibus. *Act.* 9. *v.* 28.

Oratio.

DEus, qui beátum Bárnabam plenum fide & Spíritu Sancto, ad opus vocatiónis & converſiónis géntium aſſúmere dignátus es; concéde, ut mémores óperis & charitátis ejus, dignè Evangélio Chriſti, quod prædicávit, conversári mereámur; Per eumdem... in unitáte ejuſdem Spíritûs Sancti Deus, per ómnia.

AD PRIMAM.

Ant. 1. a. Beáti.

TERTIAM.
2. D. Collegiſti.
um. Eccli. 48. v. 1.
xit quaſi ignis,
erbum ipsius qua-
a ardébat.
r. Illic mandávit
us * Benedictióné.
Illic. ℣. Et vitam
n ſéculum. * Be-
nem. ℣. Glória.
Illic. Pſ. 132. 3.
Prævenisti eum,
e, ℟. In benedi-
as dulcédinis. Pſ.
.
SEXTAM.
3. c. Quis poteſt.
um. Eccli. 49. v. 3.
ſt directus divíni-
pœniténtiam gen-
tulit abominatió-
pietátis.
r. Simulácra gén-
Argentum & au-
Repet. Simulácra.
era mánuum hó-
* Argentum.
ria. Repet. Simu-

ímiles illis fiant
iunt ea, ℟. Et
qui confidunt in
134. v. 15. 18.
NONAM.
5. a. Ad ínſulas.
um. Act. 18. v. 25.
erat edoctus viam
ómini, & fervens
loquebátur, & do-
diligenter ea quæ
ſu.
r. Vox Dómini
* In virtúte. *Repet.* Vox.
℣. Vox Dómini in magnificéntia. * In. ℣. Glória. *Repet.* Vox. *Pſ.* 28. *v.* 4.

℣. Ignítum, Dómine, elóquium tuum, ℟. Et ſervus tuus diléxit illud. *Pſ.* 118. 14.

AD II. VESPERAS.

Antiphonæ de Laudibus.

Capitul. Eph. 4. 11. 12.

FRatres, Chriſtus dedit quoſdam quidé Apóſtolos, quoſdam auté prophétas, álios verò evangeliſtas, álios autem paſtóres & doctóres, ad conſummatiónem ſanctórum in opus miniſtérii.

Hymnus, ut in primis Veſperis.

℣. Miſit Dóminus ſervum ſuum, ℟. Quem elégit ipſum. *Pſal.* 104. *v.* 26.

Ad Magníf. *Ant.* r. D. Bárnabas & Paulus tradidérunt ánimas ſuas pro nómine Dómini noſtri Jeſu Chriſti. *Act.* 15. *v.* 26.

Die xvi.
In Feſto
SANCTOR. CYRICI, ET JULITTÆ
Matris ejus, Martyrum.
Simplex.

Oratio, Deus, cujus. xvij.

Lectio I. & II. de Scriptura occurrente, ex tribus duæ.

Ex Epíſtola Theodóri Epiſcopi Icónii.

Apud Ruinart ad an. 305.

Lectio III.

Comprehénditur ínclyta Martyr Julitta, tenella valdè ætáte puellum Cyricum compléctens; tum illa tribunáli adhibita, nomenque ac fortúnam patriamque rogáta; Dómini noſtri Jeſu Chriſti ſibi nomen adſcívit, dicens: Chriſtiána ſum. Irâ accenſus Prætor Alexander tolli ab ea púerum juſſit ac ad ſe addúci, quippe elegantem, ac necdum per ætátem quidquam ſcientem. Matrem verò compóſito córpore atque diſtento crudis nervis immániter cædi imperávit. Vi autem abs ſtrénuæ Mártyris ſinu avulſum púerum, totumque in matrem geſtientem, nec ab ea ocellos avocantē, carníſices Prætóri ádhibent. Accepto Prætor manu púero blandè delíniens à fletu cohibére omníno nitebátur. Puer verò intentis in matrem lumínibus caput avertébat, manibuſque obnítens Prætóris fáciem unguículis ſcalpébat. Æmulam vocem pronuntiávit, ipſam matris prædicatiónem edens, ac clamans: Chriſtiánus ſum. Excandeſcens agreſtis fera, nec enim homo nuncupandus, è ſublími ſólio púerum terræ allídit, præclári Mártyris cérebro ea in confeſſióne ad gráduum ángulos colliſo. Judex ſenténtiam dicit, cædi gládio féminæ cervícem.

Die XVIII.

SANCTI AMANDI, Burdig. Epiſcopi,

Commemoratio.

Pridie AD VESPERAS, deinde AD LAUDES, ut in Comm. Oratio Da Eccléſiæ. *pag.* xxiij.

Die XIX.

In Feſto

SANCTOR. GERVASII ET PROTASII, Mart.

Simplex.

De Communi, Orat. Exaudi. *p.* xvij.

Ex Epíſtola ſancti Ambróſii Epíſcopi ad Marcellínam.

Lectio III. *Epiſt.* 22.

Príncipes pópuli quos álios niſi ſanctos mártyres æſtimáre debémus, quorum jam in númerum diu ante ignoráti Protáſius Gervaſiuſque proferuntur, qui ſtérilem martyribus Eccléſiam Mediolanenſem jam plurimórū matrem filiórum lætári paſſiónis própriæ fecérunt & títulis & exemplis? Eruuntur nóbiles relíquiæ è ſepulcro ignóbili; oſtenduntur cœlo trophæa; sánguine túmulus madet; ap-

tóris triumphá-
inviolátæ reli-
. ſuo & órdine
avulſum húme-
Nunc ſenes ré-
liſſe ſe aliquan-
. Mártyrum nó-
llumque legiſſe.
t civitas ſuos
quæ rápuit alié-
hoc, Dei munus
a grátiam quam
is ſacerdótii mei
Jeſus tribuit,
on poſſum : &
martyr eſſe non
hos vobis Már-
uisivi. Succédant
triumpháles in
i Chriſtus hóſtia
lle ſuper altáre,
ómnibus paſſus
ſub altári, qui
pti ſunt paſſióne.
E XXI.
n Feſto
SILVESTRI,
Papæ.
miduplex.
mm. unius Pont.
)írige. xxij.
TIO IV.
Arelat. & Nican.
S. Aug. Euſeb.
& aliis.
er Ecclésiæ Ro-
e Préſbyter, ma-
laude in eo mú-
eſſit; freméntibus
natiſtis à quibus
Marcellino Pon-
Marcello atque
le compreſbyte-

ris, traditiónis divinórum códicum & thurificatiónis ſummâ injúriâ eſt poſtulátus. Eâ virtúte & integritáte præcélluit, ut poſt Melchiadem ad ſuprémū Eccléſiæ faſtígium evectus fúerit. Hujus tempóribus Concilium Arélate coactum eſt, è diverſis Gálliæ, Itáliæ, Africæ, Hiſpániæ, Britanniæque provínciis, in quo de obſervando Paſchate actum eſt, ſtatutumque ut uno eodemque die per orbem univerſum peragerétur, & juxta conſuetúdinem lítteras ad omnes Silveſter ipſe dirigeret. De non repetendo hæreticórum baptiſmo lex deinde ſancita contra Donatiſtas, & Cæciliáni Carthaginenſis Epíſcopi cauſa dijudicáta. Verùm cùm huic Concílio Silveſter adeſſe non potuiſſet, ad eum his verbis ſcripsêre patres: Utinam, frater dilectiſſime, ad hoc tantum ſpectáculum intereſſe tanti feciſſes; profectò crédimus quia in eos ſevérior fuiſſet ſenténtia proláta; & te páriter nobiſcum judicante, cœtus noſter majóre lætítiâ exultaſſet: ſed recédere à pártibus illis mínimè potuíſti, in quibus & Apóſtoli quotídie ſedent, & cruor ipsórum ſine intermiſſióne Dei glóriam teſtátur.

LECTIO V.

PLácuit autem pátribus, de rebus in eo geſtis, & éditis canónibus ad ipſum ſcríbere, ut per eum potiſſimùm qui majóres diœcéſes tenébat, ómnibus inſinuarentur. Sub ejus pontificátu, Maximíno Licinióque devíctis, atque orbi per Conſtantínum datâ pace, inſtaurátæ ſunt basílicæ, ſacri præſcripti ritus, & indícta váriis in locis Concília. Diuturnâ pace frui non lícuit: nefárium enim Arii dogma, qui Verbi divinitátem auſus eſt impugnáre, Eccléſiam novâ tempeſtáte agitávit. Acceſſérunt váriæ de Páſchate diſſenſiónes, quæ in Oriente recrudúerant. His comprimendis hábitum eſt Nicææ in Bithynia Concílium trecentórum & octódecim Epiſcopórum, cui Synodo Silveſter intereſſe non pótuit: ſed qui ab eo miſſi ſunt, ejus vice præfuérunt. In eo Concílio proſcripta Arii impíetas: éditum fídei ſymbolum; & lata lex de Páſchate, uno eodemque die in póſterum celebrando. His felíciter peractis, Silveſter Eccléſiam adhuc per decénnium gubernávit; & virtútum annorumque plenus, diem extrémum óbiit anno Dómini trecentéſim[...] ſimo quinto.

Léctio ſancti E[...] ſecundùm Matt[...]

LECTIO VI. [...] 13.

Petri confeſſionis p[...]

IN illo tempore [...] Jeſus in partes [...] Philippi: & inte[...] diſcípulos ſuos, [...] Quem dicunt hó[...] ſe Fílium hómini[...] liqua.

Homília ſancti [...] Epíſcopi.

De Trin. Lib[...]

PEtrus in cu[...] Apoſtolórum [...] Dei Fílium rev[...] Patris intélligen[...] humánæ infirmit[...] dum, ſuperem[...] glóriam beátæ fi[...] confeſſióne promé[...] quam nunc interp[...] vocis ſuæ dedúci[...] ceſſitátem? Ille c[...] eſt Chriſtum Fíli[...] At mihi tu hód[...] apoſtolátûs mem[...] cerdótium íngeris [...] ſtum ex níhilo cre[...] Quam vim affe[...] glorióſis? Fílium I[...] feſſus, ob hoc be[...] Hæc revelátio, P[...] hoc Eccléſiæ fu[...] tum eſt; hæc [...] æternitátis eſt: hi[...] cœlórum habet [...] hinc terréna ejus [...] judícia cœléſtia ſ[...]

XXII.
Feſto
II NOLANI,
iſcopi.
mplex.
Deus, qui óm-
à ad Laudes.
& II. de Scrip-
ex tribus duæ.
IO III.
aulini Operibus
ex S. Augu-
& Uranio.
s, Conſulári &
o génere natus,
il a Burdigala;
& poéticis árti-
ſónio inſtitútus
ıónio peramplo
c in ipſo juven-
e Conſulátum
, Theráſiam
axit. Circa an-
ſuæ trigéſimum
. Delphino, Bur-
Epíſcopo bapti-
gátis in páupe-
atibus, in Hiſ-
ceſſit, Theráſiâ
pópſito non diſ-
Barcinóne, fa-
im multitúdinis
Preſbyterum ſe
aſſus eſt, eâ lege
iæ Barcinonenſi
arétur. Inde in
profectus eſt, ut
túmulum ſancti
iquum vitæ Deo
Romæ multórum
invídiâ laborá-
e dénique móna-
a agens, ejuſdem

civitátis Epiſcopátum ſuſcípere coactus eſt. Vaſtántibus pόſteà Nolam Gothis, Paulínus ex opulentíſſimo dívite, ut ſanctus Auguſtinus ſcribit, voluntáte paupérrimus, & copioſiſſimè ſanctus, cùm ab eis teneréτur, ſic in corde ſuo precabátur: Dómine, non excrúcier propter aurum & argentum; ubi enim ſint ómnia mea tu ſcis. Tandem cùm láterum dolóre correptus eſſet, cubículum in quo jacébat, terræ motu contrémuit: ac paulò pòſt ánimam Deo réddidit, anno ſalútis quadringentéſimo trigéſimo primo. Multa piè & eleganter ſcripſit. Suæ virtútis præcónes hábuit Martínum, Ambróſium, Auguſtínum, & quotquot fuérunt ſuæ ætátis ſummi viri.

Oratio.

DEus, qui ómnia pro te relinquéntibus, & in hoc ſéculo céntuplum, & in futúro vitam ætérnam promiſiſti; concéde propítius, ut, ſancti Pontíficis Paulíni veſtígiis inhærentes, peritúra contémnere, & ad ſola manſúra ſemper aſpiráre valeámus; Per Dóminum.

DIE XXIII.

In Vigilia
S. JOANN. BAPTISTÆ.

Omnia de Feria, excep-

tis quæ ſequuntur.

Lectio prima de Scriptura occurr. ex tribus una.

Ex libro tértio S. Irenæi Epíſcopi & Mártyris, contra Hæreſes.

LECTIO II. *Cap.* 11. *Num.* 4. 2. *Sec.*

PRæcurſor Joannes, qui teſtátur de lúmine, à quo miſſus eſt? úti que ab eo, cujus Gábriel eſt Angelus, qui étiam evangelizávit generatiónē ejus; qui & per Prophétas promíſit Angelum ſuum miſſ'ir.m ante fáciem Filii ſui, & præparatúrum viam ejus, hoc eſt teſtificatúrum de lúmine in ſpíritu & virtúte Eliæ. Elías autem rursus, cujus Dei ſervus & Prophéta fuit? ejus qui fecit cœlum & terram, quemadmodum & ipſe confitétur. A conditóre ígitur & fabricatóre hujus mundi miſſus Joannes; propter hoc Dóminus pluſquam Prophétam dixit eum habuiſſe. Réliqui enim omnes Prophétæ annuntiavérunt adventum paterni lúminis; concupiérunt autem digni eſſe vidére eum quem prædicábant. Joannes autem & prænuntiávit ſimiliter ſicut álii, & advenientem vidit & demonſtrávit, & crédere in eum ſuáſit multis; ita ut & Prophétæ & Apóſtoli locum habúerit.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO III. *Cap.* 1. 5.

S. Joannis Baptiſtæ Genealogia & Nativitas.

FUit in diébus Heródis regis Judææ, Sacerdos quidam nómine Zacharías, de vice Abia; & uxor illíus de filiábus Aaron, & nomen ejus Elizabeth. Erant autem juſti ambo ante Deum. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

Lib. 1. *in Lucam.*

DOcet nos Scriptúra divína, non ſolùm mores in iis qui prædicábiles ſunt, ſed étiam parentes oportére laudari; ut véluti tranſmiſſa immaculátæ puritátis hæréditas, in iis quos vólumus laudáre, præcellat. Quæ enim ália inténtio hoc loco ſancti Evangeliſtæ, niſi ut ſanctus Joannes Baptiſta nobilitétur paréntibus, miráculis, móribus, múnere, paſſióne? Sic étiam ſancti Sámuël mater Anna laudátur: ſic Iſaac à paréntibus nobilitátem pietátis accépit, quam póſteris dereliquit. Sacerdos ítaque Zacharías, nec ſolùm Sacerdos, ſed étiam de vice Abia, id eſt, nóbilis inter ſuperióres famílias. Et uxor, inquit, ejus de filiábus Aaron. Non

..ſolùm ígitur à parén-
..is, ſed étiam à majó-
..is ſancti Joannis no-
..tas propagátur; non
..ilári poteſtáte ſublí-
..i, ſed religiónis ſucceſ-
..iè venerábilis. Tales
..m majóres habére dé-
..t Præníntius Chriſti;
non repentè concep-
..i, ſed à majóribus ac-
..tam & ipſo infúſam
..naturæ, prædicáre fi-
..a Domínici viderétur
..entûs.

Ad Laudes & Horas dicuntur Preces flexis genibus, ut in Pſalterio.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut família tua per viam ſalútis incédat, & beáti Joannis Baptiſtæ præcurſóris hortamenta ſectando, ad eum, quem prædixit, ſecúra pervéniat Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia.

DIE XXIV.

IN NATIVITATE S. JOANNIS BAPTISTÆ.

SOLEMNE-MINUS.

IN I. VESPERIS.

Ant. Multi in nativitáte ejus gaudébunt; erit enim magnus coram Dómino. *Luc.* 1. *v.* 14. 15.
6. F.

Ant. 1. D. Vinum & ſíceram non bibet, & Spíritu ſancto replébitur adhuc ex útero matris ſuæ. *Ibid.* *v.* 15.

Ant. 4. E. Multos filiórum Iſraël convertet ad Dóminum Deum ipſórum. *Ibid.* *v.* 16.

Ant. 7. d. Ipſe præcédet ante illum in ſpíritu & virtúte Elíæ. *Ibid.* *v.* 17.

Ant. 8. G. Concépit Elízabeth, & occultábat ſe ménſibus quinque. *Ib.* 24.

Capitulum. Iſaiæ 49. 1.

Audíte, ínſulæ, & atténdite, pópuli de longè: Dóminus ab útero vocávit me; de ventre matris meæ recordátus eſt nóminis mei.

℟. A ventre matris * Conſecrátus eſt prophéta, evértere, & erúere, & pérdere, & iterùm ædificáre, & renováre. *Eccli.* 49. 9. ℣. Dóminus Deus ſpirítuum Prophetárum miſit Angelum ſuum. *Apocalyp.* 22. 6. * Conſecrátus. ℣. Glória Patri. * Conſecrátus.

Hymnus, Christe, prolapſi, *ut in II. Veſperis.*

℣. Dabis eum, Dómine, in benedictiónem, ℟. In ſéculum ſéculi. *Pſ.* 20. *v.* 7.

Ad Magníf. Ant. 5. C. Convertet cor patrum ad filios, & cor filiórum ad patres eórum. *Mal.* 4. *v.* 6.

Oratio, ut infrà ad Laud.

AD OFFICIUM NOCT.

Invitat. Agnum Dei à Joanne demonſtratum, * Veníte, adorémus. *Joan.* 1. 29.

Pſalmus, Veníte.

Hymnus.

Exiit cunis pretióſus infans,
Munus Excelſi: venit ut tenello
Córpori robur, nova ditat intùs
Grátia mentem.

conventus ſu-
prophános,
blandâ procul
luſtris,
Chriſto, parat
:entes
rus in artus.
ʀ u s hirſúti ſpó-
améli,
am toleráre vi-

ıſulſas médicans
ti
:lle locuſtas.
ᴇᴛ, ſacrâ ſtimu-
flammâ,
natus renováre
:m;
n mentes revo-
olim
rda nepótum.
adventu, rígi-
ſuperbi
ıt montes caput:
.ntur
ıaſſim cava: cor-
ıtur
ıva viárum.
ᴇ Præcurſor, da-
æco lucis,
ſomno tua vox
:es;
s olim fugiámus

ndicis iras.
ſit æternæ ſua
ıitáti,
am mundo pari-
lucem,
Soli vóluit Joan-

rgere ſidus.
n.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. *D.* Zacharías & uxor illíus Elízabeth erant juſti ambo ante Deum, incedentes in ómnibus mandátis Dómini. *Luc.* 1. 6.

Ant. 2. D. Non erat illis filius, eò quod eſſet Elízabeth ſtérilis, & ambo proceſſiſſent in diébus ſuis. *Ibid.* 7.

Ant. 4. E. Et ecce Elízabeth concépit filium in ſenectúte ſua, quia non erit impoſsíbile apud Deum omne verbum. *Ib.* *v.* 36. 37.

℣. Adhuc multiplicabuntur in ſenecta úberi,
℟. Et bene patientes erunt. *Pſ.* 91. 15.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Poſt I. Lectionem, ℟. Intrávit María in domum Zacharíæ, & ſalutávit Eliſabeth; * Et factum eſt ut audívit ſalutatiónem Maríæ Elízabeth, exultávit infans in útero ejus. *Luc.* 1. 40. 41.
℣. Prævenisti eum, Dómine, in benedictiónibus dulcédinis. *Pſ.* 20. 4. * Et factum.

Poſt II. Lect. ℟. Elízabeth implétum eſt tempus pariendi, & péperit filiū; * Et audiérunt vicíni & cognáti ejus quia magnificávit Dóminus miſericórdiā ſuam cum illa. *Luc.* 1. *v.* 57. 58. ℣. Recordátus eſt

ejus Dóminus; & factum eſt poſt círculum diérum, concépit & péperit filium. 1. Reg. 1. 19. 20. * Et.

Poſt III. Lect. ℟. Innuébant patri ejus, quem vellet vocári eum: & póſtulans pugillárem ſcripſit, dicens: * Joannes eſt nomen ejus. *Luc. 1. v. 62. 63.* ℣. Nominábitur tibi nomen tuum à Deo in ſempiternum. *Baruch. 5. v. 4.* * Joannes. ℣. Glória. * Joannes.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Apertum eſt autem íllicò os Zacharíæ & lingua ejus. *Luc. 1. v. 64.*

Ant. 5. a. Et loquebátur benedícens Deum. *Luc. 64. 65.*

Ant. 6. F. Replétus eſt Spíritu ſancto, & prophetávit. *Ibid. v. 67.*

℣. Benedictus Dóminus Deus Iſraël, ℟. Qui facit mirabília ſolus. *Pſ. 71. 18.*

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 292. de Nat. S. J. B.

LECTIO IV.

NAtivitátis Joannis dies hodiernus tráditur, hódie celebrátur. Hoc majórum traditióne ſuſcépimus; hoc ad póſteros, imitandâ devotióne tranſmíttimus. Quâ re pósitâ, occurrit quæſtio non prætereunda: Quare natálem quo eſt ortus ex útero Joannes pótiùs celebrámus, quàm cujúſlibet Apóſtoli, vel Mártyris, vel Prophétæ, vel Patriarchæ. Si interrogémur, quid reſpondébimus? Quantùm mihi videtur, quantùm meárum vírium mediocritáti occurrit, hæc cauſa eſt. Diſcípuli Dómini nati ſunt, & per ætátis acceſſum ad annos capacióres perducti, in diſcipulátum aſſumpti ſunt: illórum póſtea fides Dómino adhæſit, ſed nullíus illórum nativitas Dómino militávit. Recordémur & Prophétas, recolámus Patriarchas: nati ſunt hómines, ætátis acceſſu repléti Spíritu ſancto Chriſtum prophetavérunt. Nati ſunt ut póſtea prophetárent: Joannis autem ipſa natívitas Dóminum Chriſtum prophetávit, quem conceptum ex útero ſalutávit.

℟. iv. Factus eſt timor ſuper omnes vicínos eórum, * Et ſuper ómnia montána Judææ divulgabantur ómnia verba hæc. *Luc. 1. v. 65.* ℣. Recordátus eſt Dóminus miſericórdiæ ſuæ. *Pſ. 95. v. 3.* * Et ſuper.

LECTIO V.

HIc Joannes non invenítur inter diſcípulos Dómini, ſed invenítur pótiùs diſcípulos ha-

fuiſſe cum Dómino. Quid eſt hoc? Quis eſt iſte homo? homo tantus? Quis homo tantus? Tamen non ſequebátur inter diſcípulos Dóminum; & ſequebantur eum diſcípuli, abſit ut dicam contra Dóminum, ſed tamen quaſi extra Dóminum. Diſcípulos habébat Chriſtus, diſcípulos habébat Joannes. Docébat Chriſtus, docébat Joannes. Quid jam dicam? Baptizábat Joannes, baptizábat Chriſtus. Plus hic de baptiſmo dico: A Joanne baptizátus eſt Chriſtus. Magna jam eminére cauſa cœpit, quâ fúerat & Chriſtus à Patre mittendus, & Joannes à Patre præmittendus. Prior miſſus eſt Joannes; ſed ſicut ab obſequéntibus antecéditur judex. Poſtérior homo creátus eſt Chriſtus; ſed Joannem creávit Deus Chriſtus.

℞. ℣. Poſuérunt omnes qui audíerant in corde ſuo, dicentes: Quis putas puer iſte erit? * Etenim manus Dómini erat cum illo. *Luc.* 1. *v.* 66. ℣. Miráti ſunt in illo multi, & honoravérunt Deum. *Eccli.* 11. *v.* 13. * Etenim.

LECTIO VI.

ERat ígitur Joannes homo perfectus quidem, & cujus tanta grátia commendáta eſt, ut ipſe de illo Dóminus díceret: In natis mulíerum nemo exurrexit major Joanne Baptiſtâ. Iſte ergo tam magnus agnoſcit Dóminum in parvo magnum, agnoſcit homo eum qui vénerat homo Deus. Si enim in natis mulíerum, hoc eſt, in homínibus, nemo exurrexit major Joanne Baptiſtâ; quiſquis Joanne plus eſt, non tantùm homo, ſed & Deus eſt. Débuit ergo tantus iſte & diſcípulos próprios habére, & cum diſcípulis ſuis magiſtrum ómnium Chriſtum cognóſcere. Quod enim eſt majus teſtimónium veritátis, quàm ſe humiliando eum agnóſcere, cui æmulando potúerat invidére? Putári Chriſtus pótuit, & nóluit. Dixérunt hómines cùm fallerentur in eo: Num fortè hic eſt Chriſtus? Reſpondit ille quod non erat, ut manéret quod erat. Inde quippe Adam lapſus pérdidit quod erat, quia quod non erat uſurpávit.

℞. vj. Tu, puer, Prophéta Altíſſimi vocáberis: præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus, * Ad dandam ſciéntiam ſalútis plebi ejus, † In remiſſiónem peccatórum eórum. *Luc.* 1. *v.* 76. 77. ℣. Ipſe eſt directus divínitùs in pœniténtiam gen-

tis. *Eccli.* 49. *v.* 3. * Ad dandam. ℣. Glória. † In remiſſiónem.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. a. Puer autem creſcébat & confortabátur Spíritu. *Luc.* 1. *v.* 80.

Ant. 8. c. Erat in deſertis uſque in diem oſtenſiónis ſuæ ad Iſraël. *Ibid.*

Ant. 1. a. Factum eſt verbum Dómini ſuper Joannem Zacharíæ filium in deſerto. *Luc.* 3. *v.* 2.

℣. Vox Dómini ſuper aquas; ℟. Deus majeſtátis intónuit. *Pſ.* 28. *v.* 3.

Sermo ſancti Pauli Apóſtoli ad Judæos.

Lectio VII. *Act.* 13. *v.* 22.

Prædicat Joannes.

Viri Iſraëlítæ, & qui timétis Deum, audíte..... Deus.... ſuſcitávit David regem, cui teſtimónium pérhibens, dixit: Invéni David filiū Jeſſe, virum ſecundùm cor meum, qui fáciet omnes voluntátes meas. Hujus Deus ex ſémine ſecundùm promiſſiónem eduxit Iſraël ſalvatórem Jeſum, prædicante Joanne ante fáciem adventûs ejus baptiſmum pœniténtiæ omni pópulo Iſraël.

℟. *vij.* Surrexit quaſi ignis, * Et verbum ipsíus quaſi fácula ardébat. *Eccli.* 41. *v.* 8. ℣. Non erat ille lux, ſed ut teſtimónium perhibéret de lúmine. *Joan.* 1. *v.* 8. * Et verbum.

Lectio VIII. *v.* 25.

Joannis humilitas.

Cum impléret autem Joannes curſum ſuū dicébat: Quem me arbitrámini eſſe, non ſum ego; ſed ecce venit poſt me, cujus non ſum dignus calceamenta pedum ſólvere. Viri fratres, filii géneris Abraham, & qui in vobis timent Deum, vobis verbum ſalútis hujus miſſum eſt. Qui enim habitábant Jeruſalem, & príncipes ejus, hunc ignorantes, & voces prophetárum, quæ per omne sábbatum leguntur, judicantes implevérunt: & nullam cauſam mortis inveniéntes in eo, petiérunt à Piláto ut interficerent eum. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

℟. *viij.* Egrediebátur ad Joannem omnis Judææ régio, & Jeroſolymítæ univerſi, & baptizabantur ab illo in Jordánis flúmine. * Et erat Joannes veſtitus pilis caméli & zonâ pelliceâ circa lumbos ejus. *Marc.* 1. 5. 6. ℣. Vir pilóſus, & zonâ pelliceâ accinctus rénibus; Elías Theſbítes eſt. 4. *Reg.* 1. 8. * Et erat.

ſancti Evangélii
…adùm Lucam.
… IX. *Cap.* 1. 57.
…nomen impoſitum.
…beth implétum eſt
…pus pariendi, &
filium. Et audié-
…ini & cognáti e-
…uia magnificávit
…is miſericórdiam
…m illa, & congra-
…tur ei. Et réliqua.
…a ſancti Ambróſii
Epíſcopi.
…. *in Luc.* 5. 30.
…et Sanctórum edí-
… lætítiam pluri-
…, quia commúne
…m: juſtítia enim
…nis eſt virtus: &
…ortu juſti, futúræ
…igne præmíttitur,
…a ſecutúræ virtútis
…óne vicinórũ præ-
…e ſignátur. Pulchrè
…empus quo fuit in
…rophéta deſcríbi-
… Maríæ præſéntia
…: ſed tempus ſilé-
…ntiæ, eò quòd præ-
…Dómini, matris in
…borátur, qui in-
…impedimenta neſ-
…t ídeò in Evangé-
…il ſuper eo légi-
…uiſi ortum ejus &
…m, exultatiónem
…, vocem in deſer-
…ue enim ullam in-
…enſit ætátem, qui
…túram, ſupra ætá-
…tero ſitus matris,
…ra perfectæ cœpit
ætátis plenitúdinis Chriſti. Mirè ſanctus Evangeliſta præmittendum putávit, quòd plúrimi infantem patris nómine Zacharíæ appellandum putáverint: ut advertas matri non nomen alicújus diſplicuiſſe degéneris; ſed id ei ſancto infúſum Spíritu, quod ab Angelo antè Zacharíæ fúerat prænuntiátum. Et quidem ille mutus intimáre vocábulum filii nequívit uxóri: ſed per prophetíam dídicit Eliſabeth quod non didícerat à maríto. Joannes eſt, inquit, nomen ejus. Hoc eſt, non nos ei nomen impónimus, qui jam à Deo nomen accépit; habet vocábulum ſuum quod agnóvimus, non quod elégimus.

℟. *ix.* Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Joannes; * Hic venit in teſtimónium, ut teſtimónium perhibéret de lúmine. *Joan.* 1. *v.* 6. 7. ℣. Vox clamantis in deſerto: Paráte viam Dómini. *Iſ.* 40. 3. * Hic. ℣. Glória. * Hic. *Repet.* Fuit homo.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Lætábimur in ſalutári tuo, ℟. Et in nómine Dei noſtri magnificábimur. *Pſ.* 19. *v.* 6.

Ant. 1. f. VEnit Joannes Baptiſta, prædicans in deſerto Judææ. *Matt.* 3. *v.* 1.

Ant. 2. D. Locuſtas & mel ſilveſtre edébat & prædicábat. *Marc.* 1. 6.

Ant. 4. E. Teſtimónium perhíbuit veritáti; ille erat lucerna ardens & lucens. *Joan.* 5. 33. 35.

Ant. 5. C. Hic eſt.

Canticum. Iſa. 40. 3.

VOx clamantis in deſerto: * Paráte viam Dómini;

Rectas fácite in ſolitúdine * sémitas Dei noſtri.

Omnis vallis exaltábitur, * & omnis mons & collis humiliábitur;

Et erunt prava in directa, * & áſpera in vias planas;

Et revelábitur glória Dómini: * & vidébit omnis caro páriter quòd os Dómini locútum eſt.

Super montem excelſum aſcende tu, * qui evangelízas Sion.

Exalta in fortitúdine vocem tuam, qui evangelízas Jerúſalem: * exalta, noli timére.

Dic civitátibus Juda: * Ecce Deus veſter.

Ecce Dóminus Deus in fortitúdine véniet; * & bráchium ejus dominábitur:

Ecce merces ejus cum eo: * & opus illíus coram illo.

Sicut paſtor gregem ſuū paſcet; * in bráchio ſuo congregábit agnos, & in ſinu ſuo levábit, fœtas ipſe portábit.

Ant. Hic eſt qui dictus eſt per Iſaíam prophétam: Vox clamantis in deſerto. *Matt.* 3. 3.

Ant. 8. G. Omnes Prophétæ & lex uſque ad Joannem prophetavérunt. *Matt.* 11. *v.* 13.

Capitulum. Act. 19. 4.

JOannes baptizávit baptiſmo pœniténtiæ pópulum, dicens: In eum qui ventúrus eſſet poſt ipſum, ut créderent, hoc eſt, in Jeſum.

Hymnus.

QUid moras nectis? Dómino jubenti
Cede: qui ſacro lavat igne corda,
Hic tuis ardet mánibus, Joannes,
Amne lavári.

Quis fuit ſenſus tibi, cùm vidéres
Súpplicis ritu dare colla pronum,
Cui pedum ſummo réputes honóri
Sólvere lora?

Cernis ut, nimbo rutilante, Chriſto,
Spíritus, Patris comitante voce,
Incubat; ſeſe Triadiſque tota

Pandit imago?
DILIGENS inſtas óperi miniſter:
ſtimam mundi ſcelus auferentem
ædicas Agnum, dĭgitóque fidus
Indice monſtras.
IMMEMOR laudis própriæ, magiſtro
ſbitos Chriſto próperas alumnos
ddere: ardébas mínui; decébat
Créſcere Chriſtum.
NEC fidem vitâ ſat erit probaſſe;
ndicem læſi rígidum pudóris
manet carcer: Dómino cruentâ
Morte præíbis.
LAUS ſit ætérnæ ſua Trinitáti,
uæ novam mundo paritúra lucem,
ævium Soli vóluit Joannem
Súrgere fidus.
Amen.
℣. Prævenisti eum, Dómine, ℟. In benedictióbus dulcédinis. *Pſalm.* 3.
Ad Benedict. *Ant.* 3. a. diébus Joannis Baptiſtæ gnum cœlórum vim pátur, & violenti rápiunt id. *Matt.* 11. 12.

Oratio.

DEus, qui præſentem diem honorábilē nobis in beáti Joannis Nativitáte feciſti: da pópulis tuis ſpirituálium grátiam gaudiórum, & ómnium fidélium mentes dírige in viam ſalútis ætérnæ. Per.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Venit.

CANON.

Ex Hiſtória Eccleſiáſtica Eusébii Cæſarienſis Epíſcopi.

Lib. 1. *Cap.* 10.

JOſéphus Joannem juſtíſſimum virum fuiſſe, & lavácri cujuſdam inſtitutórem affirmans, cum iis quæ in ſacris Evangeliórum volumínibus de eódem Joanne pródita ſunt, mirificè conſentit. Refert étiam Heródem Herodíadis culpâ principátu excidiſſe, & in urbem Gálliæ Viennam cum ea eſſe relegátum.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Locuſtas.

Capitulum. Iſ. 52. 9. 10.

GAudéte, & laudáte ſimul, deſérta Jerúſalem; quia conſolátus eſt Dóminus pópulum ſuum, redémit Jerúſalem. Parávit Dóminus bráchium ſanctum ſuum in óculis ómnium géntium; & vidébunt omnes fines terræ ſalutáre Dei noſtri.

℟. *br.* Vox Dómini concutientis deſértum, * Allelúia, allel. *Rep.* Vox Dómini. ℣. Vox Dómini revelábit condenſa,

* Allelúia. ℣. Glória Patri. *Rep.* Vox. *Pſ.* 28. 8. 9.

℣. Dabit Deus voci ſuæ vocē virtútis : ℟. Date glóriam Deo ſuper Iſraël. *Pſ.* 67. 34. 35.

AD SEXTAM.

Ant. 4. E. Teſtimónium.

Capitulum. Malach. 4. 5.

ECce ego mittam vobis Elíam Prophétam, ántequàm véniat dies Dómini magnus & horríbilis : & convertet cor patrum ad filios, & cor filiórum ad patres eórum.

℟. *br.* Altiſſimus dedit vocem ſuam, * Allelúia, allelúia. ℣. Et apparuérunt fontes aquárum, * Allelúia. ℣. Glória. *Rep.* Altíſſimus. *Pſal.* 17. 14. 16.

℣. Vox Dómini ſuper aquas : ℟. Dóminus dilúvium inhabitáre facit. *Pſ.* 28. 3. 10.

AD NONAM.

Ant. 8. G. Omnes.

Capitul. Eccli. 46. 17. 18.

IN fide ſua probátus eſt Prophéta, & cógnitus eſt in verbis ſuis fidélis ; quia vidit Deum lucis.

℟. *br.* Magna eſt glória ejus in ſalutári tuo, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Magna. ℣. Glóriam & magnum decórem impónes ſuper eum, * Allelúia. ℣. Glória. *Repetitur*, Magna.

℣. Lætificábis eum in gáudio, ℟. Cum vultu tuo. *Pſ.* 20. 6. 7.

AD II. VESPERAS.

Antiphonæ de Laudibus.

Capitulum. Iſ. 51. *v.* 16.

POſui verba mea in ore tuo, & in umbra manûs meæ protexi te, ut plantes cœlos & fundes terram ; & dicas ad Sion : Pópulus meus es tu.

Hymnus.

CHriste, prolapſi reparátor orbis,
Ut tuum caſto celebrémus omnes
Ore Baptiſtam, máculas profáni
Elue cordis.

Hunc paratúrum Dómino ſequenti
Sémitam, priſci cecinére vates :
Vátibus cunctis fuit ipſe major,
Júdice Christo.

Hic & inclúſus genitrícis alvo,
Sentit exultans Dóminum latentem ;
Jamque cœleſti trépidat veníre
Obvius Agno.

Quid fide pendes dúbiâ, Sacerdos ?
Muta torpébit tibi vox : at infans
Prótinus naſcens pátriæ reſolvet
Víncula linguæ.

Quin repromiſſam, ſubitus Prophéta,

Cernis humáno géneri ſalútem;
Núntias pacem, reſeraſque fatis
Grándibus ora.
GAUDET admírans pópulus, ſtupetque:
Quis puer, clamant, erit iſte, cujus
Se ſtatim prodit manifeſta tantis
Glória ſignis?
LAUS ſit ætérnæ ſuæ Trinitáti,
Quæ novam mundo paritúra lucem,
Prævium Soli vóluit Joannem
Súrgere ſidus.
Amen.

℣. Juſtítia ejus manet
℟. In ſéculum ſéculi. *Pſ.* 111. 3.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Inter natos mulíerum non ſurrexit major Joanne Baptiſtâ. *Matt.* 11. *v.* 11.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

Fit Commemor. ſancti Proſperi, Ant. Ipſe. ℣. Beátus. xiv. *Oratio*, Excita, *infrà.*

DE OCTAVA ſancti Joannis, fit ritu Feſti ſimplicis.

AD NOCTURNUM, Invitatorium & Hymnus Diei. Tres Antiphonæ ℣. *& tria Reſponſoria è Nocturno juxta Feriam occurr. I. Lect. ex j. & ij. Scripturæ occurrentis. II. erit iij. Scripturæ. Deinde legetur Sermo ut notatur pro quoque die. Dicitur* Te Deum.

AD LAUDES, Pſalmi Feriæ cum Cantico Diei ſub unica Antiphona, quæ eſt quarta Laudum Diei.

AD HORAS, ut in Die, omiſſis * Allelúia, allelúia.

AD VESPERAS, Pſalmi & Antiphonæ Feriales. Capitulum, Hymnus, ℣. *& Antiph. ad* Magnif. *ut in II. Veſp. Diei.*

DIE XXV.
De Octava SANCTI JOANNIS BAPTISTÆ.
Simplex.

Prima & ſecunda Lectio de Scriptura occurrente, ex tribus duæ.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 290. *Num.* 1.

LECTIO III.

SAnctus Joannes Baptiſta miſſus eſt ante fáciem Chriſti præparáre vias ejus. Teſtimónium Chriſti de Joanne eſt. In natáli mulíerum non ſurrexit major Joanne Baptiſtâ. Teſtimónium Joannis de Chriſto eſt: Qui venit poſt me, major me eſt, cujus non ſum dignus corrígiá calceamenti sólvere. Utrumque teſtimónium conſiderémus, quod

perhíbuit Dóminus ſervo, & quod perhíbuit ſervus Dómino. Si in natis mulierum non ſurrexit major Joanne Baptiſtâ; qui major illo eſt, quid eſt? Joannes magnus homo, ſed homo: Chriſtus Joanne major, quia Deus & homo. Ambo mirabíliter nati, præco & judex, lucerna & dies, vox & Verbum, ſervus & Dóminus. De ſtérili ſervus, de Vírgine Dóminus. Ipſe Dóminus fecit ſibi ſervum in útero ſtérili, de ſene patre, & de anícula matre. Et idem ipſe Dóminus fecit ſibi carnem in útero vírginis ſine hómine patre, qui fecit primum hóminem ſine patre & matre. Non ſurrexit in natis mulierum major Joanne Baptiſtâ. Tam magnus viſus eſt Joannes, ut à nonnullis étiam Chriſtus putarétur. Nec in ſupérbia ſua aliénum eſt ſecútus errórem, nec auſus eſt dicere: Sum quod putátis: ſed quod bonum erat ei, ſe agnóvit ut ad pedes Dómini, & ad corrígiam ſervus humiliarétur, ne vento ſupérbiæ lucerna extinguerétur.

AD LAUDES, pro Comm. S. Proſperi. Ant. Qui fécerit. ℣. Ignítum. xxviij.

Oratio.

Excita, Dómine, in Eccléſia tua Spíritum, quo beátus Proſper ſervívit; ut eódem nos replente, ſtudeámus amáre quod amávit, & ópere exercére quod dócuit; Per Dóminum.... in unitáte ejuſdem Spíritûs.

AD VESPERAS, pro Commem. SS. Joannis & Pauli Martyrum. Ant. Exultábitis. ℣. Cuſtódit. *p.* xiij.

Oratio.

Quæſumus, omnípotens Deus, ut nos gemináta lætítia hodiernæ feſtivitátis excípiat, quæ de beatórum Joannis & Pauli glorificatióne procédit, quos eádem fides & páſſio verè fecit eſſe germános; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte.

DIE XXVI.

De Octava SANCTI JOANNIS BAPTISTÆ.

Prima & ſecunda Lectio de Scriptura occurr. ex tribus dua.

Sermo ſancti Máximi Epíſcopi.

Homil. 3. in die S. Joan. in fine.

Advértite, dilectíſſimi, quantam Joanni Baptiſtæ reveréntiam,

m devotiónis de-
s impéndere, qui
orábilis ſit, à San-
íritu prophetátus,
ſus ab Angelo, lau-
i Dómino, & per-
ſanctæ mortis gló-
nſecrátus. Decébat
ie ut myſticam na-
:m ejus mirábilis
:querétur; & ſan-
erfectamque vitam
Deo devóta conclú-
ropter quod, fratres,
me toto hódie orbe
Eccléſia primórdia
átis ejus lætiſſimâ
áte concélebrat,
terna mortálibus
gáudia ſtupenti
teſtis fideliſſimus
rit.

*LAUDES, pro
em. SS. Joannis &
Mart. Ant.* Lætítia.
te. *Oratio*, Quæſu-
ſuprà.
*pera de ſequenti,
emoratio Octava.*

I E XXVII.

In Feſto
CTI IRENÆI,
pi, & Eccleſ. Doct.
iorum ejus, Mar-
tyrum.

Duplex-minus.
*ia de Communi plu-
Martyrum*, xij. *ad-
ua ſequuntur.*
io, ut infrà, ad
t.
*I. NOCT. Lectiones
ptura occurrente.*

IN III. NOCTURNO.

Ex Epíſtola ſancti Irenæi Epíſcopi & Mártyris, ad Florínum, de Monárchia.

Euſ. Hiſt. Eccleſ. Lib. 5. Cap. 20.

LECTIO IV.

FLoríne, vidi te, cùm adhuc puer eſſem, in inferióre Aſia apud Polycarpum, ſplendidè agentem in Palátio, & magnópere laborantem ut te illi approbáres. Etenim ea quæ tunc témporis geſta ſunt, mélius memóriâ téneo quàm illa quæ nuper accidérunt. Adeo ut & locum ipſum poſſem dícere in quo beatiſſimus Polycarpus ſedens diſſerébat, proceſſus quoque ejus & ingreſſus, vitæque totíus formam, & córporis ſpéciem; ſermónes dénique quos ad pópulum habébat, & familiárem conſuetúdinem quæ illi cum Joanne, ut narrábat, & cum réliquis qui Dóminum vidiſſent, intercéſſerat; & quáliter dicta illórum commemorábat; & quæcumque de Dómino ab iiſdem audíerat: de miráculis quoque illíus ac de doctrína, prout ab iis qui Verbum vitæ ipſi conſpéxerant, Polycarpus accéperat, eódem prorſus modo referébat, in ómnibus cum Scriptúris

conſéntiens. Hæc ego, divinâ mihi largiente miſericórdiâ, tunc ſtudióſiùs audiébam, non in charta, ſed in corde meo audita deſcribens: eademque per Dei grátiam aſſiduè répeto ac revolvo.

Ex libro ſancti Hierónymi Preſbyteri, de Scriptóribus eccleſiáſticis.

LECTIO V. *Cap.* 45.

IRenæus, Pothini Epíſcopi, qui Lugdunenſem in Gállia regébat Eccléſiam, Préſbyter, à Martyribus ejuſdem loci ob quaſdam Eccléſiæ quæſtiónes legátus Romam miſſus, honoríficas ſuper nómine ſuo ad Eléutherum Epíſcopum perfert litteras. Póſteà, jam Pothíno prope nonagenário, ob Chriſtum martyrio coronáto, in locum ejus ſubſtitúitur. Scripſit quinque adversùs hæreſes libros; & contra gentes, volúmen breve; & de diſciplína, áliud; & ad Marciánum fratrem, de apoſtólica Prædicatióne; & librum variórum tractátuum; & ad Blaſtum, de Schíſmate; & ad Florínum, de Monárchia, ſive quòd Deus non ſit cónditor malórum; & de Octonário, egrégium commentárium. Feruntur ejus & áliæ ad Victórem Epíſcopum Románum, de quæſtióne Paſchæ Epiſtolæ, in quibus cómmonet eum non fácilè debére unitátem collégii ſcíndere. Siquidem Victor multos Aſiæ & Orientis Epíſcopos, qui à decimaquarta luna cum Judæis Paſcha celebrábant, damnandos credíderat. In qua ſenténtia ii qui diſcrepábant ab illis, Victóri non dedérunt manus. Flóruit máximè ſub Cómmodo Príncipe, qui Marco Antoníno Vero in impérium ſuccéſſerat.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO VI. *Cap.* 10. 28.

Deus magis timendus.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Nolíte timére eos qui occídunt corpus, ánimam autem non poſſunt occídere? ſed pótiùs timéte eum qui poteſt & corpus & ánimam pérdere in gehennam. Et réliqua.

Homília ſancti Irenæi Epíſcopi & Mártyris.

Lib. 3. *adv. hær. C.* 20.

SCiébat Dóminus eos qui perſecutiónem paſſúri erant; ſciébat & eos qui flagellári & occídi habérent propter eum. Erat ergo ſermo ejus adhortantis étiam illos: Nolíte timére eos qui

occídunt corpus, ánimam autem non poſſunt occídere. Timéte autem magis eum qui habet poteſtátem & corpus & ánimam míttere in gehennam, & ſerváre eas quæ eſſent ad eum confeſſiónes. Etenim ipſe confeſſúrum ſe promittébat coram Patre ſuo, qui confiterentur nomen ſuum coram homínibus, negatúrum autem eos qui negárent eum, & confuſúrum eos qui confunderentur contra confeſſiónem ejus. Et cùm hæc ita ſe hábeant, ad tantam temeritátem progreſſi ſunt quidam, ut étiam Mártyres ſpernant, & vitúperent eos qui propter Dómini confeſſiónem occiduntur, & ſúſtinent ómnia à Dómino prædicta, & ſecundùm hoc conantur veſtígia ſequi paſſiónis Dómini, paſſíbiles Mártyres facti, quod & concúpimus ipſis Mártyribus. Cùm enim inquirétur ſanguis eórum, & glóriam conſequentur, tunc à Chriſto confundentur omnes qui inhonoravérunt eórum martyrium.

Oratio.

Deus, inviſíbilis fortitúdo certántium, adeſto, quæſumus, nobis ſupplicántibus; ut qui hodiernâ die ſanctórum mártyrum tuórum Irenæi & ſociórum glorióſum triŭphum recólimus, eórum méritis & précibus, contra ſpirituália nequítiæ muniámur; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte.

Commem. Octava.

Die XXVIII.

In Vigilia SS. Apostolorum PETRI ET PAULI.

Etiamſi occurrat in Sabbato, fit Officium de Feria cum Commem. Octava S. Joannis ad Laudes.

Lectio I. de Scriptura occurrente, ex tribus una.

℟. Parávit Dóminus bráchium ſanctum ſuum in óculis ómnium géntium, * Et vidébunt omnes fines terræ ſalutáre Dei noſtri. *Iſ.* 52. 10. ℣. Sedéntibus in regióne umbræ mortis, lux orta eſt eis. *Matth.* 4. *v.* 16. * Et vidébunt omnes.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

In Vigilia SS. Petri & Pauli.

Lectio II.

Gaudium noſtrum in hac valle lacrymárum, lacrymárum pane condíri debet. Si hæc in Vigíliis uniuſcujuſque San-

ćti cogitáre debémus, quid faciémus in ſolemnitáte Sanctórum & ſummórum Apoſtolórum? Petrum & Paulum loquor. Sufficeret uníus feſtívitas ad infundendam exultatiónem univerſæ terræ: ſed ambórum juncta eſt ad cúmulum gaudiórum; ut quómodò in vita ſua dilexérunt ſe, ita & in morte non ſint ſeparáti. Quid illis poténtius, dum fuérunt in terris? quorum álteri traduntur claves cœlórum, álteri magiſtérium géntium. Et qui nobis reliquérunt majóra exempla, quàm illi, qui in fame & ſiti, in frígore & nuditáte, & in ómnibus illis quæ Paulus enúmerat, júgiter ſunt afflicti, & demum felici martyrio regna cœléſtia conſcendérunt? Verè nobis rubor confuſiónis ſunt, quos vix audeámus reſpícere, ne dicam imitári. Orémus ergo eos, ut ipſi propítium nobis reddant amícum ſuum júdicem noſtrum, qui eſt Deus benedictus in ſécula.

℟. Addent mites in Dómino lætítiam, * Et páuperes hómines in ſancto Iſraël exultábunt. *Iſ.* 29. *v.* 19. ℣. Quicumque invocáverit nomen Dómini, ſalvus erit. *Act.* 2. *v.* 21. * Et páuperes.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio III. *Cap.* 21. *v.* 15.

Eccleſia Chriſti Petro commendata.

In illo témpore: Dixit Jeſus Simóni Petro: Simon Joannis, díligis me plus his? Dicit ei: Etiam, Dómine, tu ſcis, quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. Et réliqua.

Homília ſancti Euchérii Epíſcopi.

Inter ſermones Euſeb. Epiſ. Gall. 1. *in Vigilia S. Petri.*

Intérrogat Dóminus Petrum, an ſe díligat, quem ſemper & ubique majórem amóris affectiónem erga ſe oſténdere vidébat. Simon, inquit, Joannis, díligis me plus his? Dicit: Etiam, Dómine, amo te; & tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. Non vult Dóminus ſuos agnos álii commíttere, niſi illi, qui eum díligit, quos ipſe tantùm dilexit, ut pro eis mori dignarétur. Et ídeò priùs Eccléſiæ paſtórem intérrogat, an ſe díligat, & ſic póſteà paſcendos ei committit. Dicit ei íterum: Simon Joannis, díligis me? Ait illi: Etiam, Dómine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei:

agnos meos. Dicit
rtiò : Simon Joan-
amas me? Tunc Pe-
contriſtátus , & ti-
ſe habéri à Dómi-
ſpectum , quia dixit
tiò ; Amas me ; reſ-
ens , dicit : Dómi-
tu ómnia noſti , tu
quia amo te. Dicit
aſce oves meas. Priùs
s , deinde oves com-
ei : quia non ſolùm
rem , ſed paſtórum
rem eum conſtítuit.
t ígitur Petrus agnos,
t & oves : paſcit fi-
, paſcit & màtres :
& súbditos & præ-
. Omnium ígitur Pa-
ſt , quia præter agnos
ves , in Eccléſia ni-

. Audient in die illa
ſurdi verba libri , * Et
de ténebris & caligine
† Oculi cæcórum vidé-
bunt. *Iſ.* 29. *v.* 18. ℣. Ap-
propinquávit regnum cœ-
lórum. *Matt.* 10. *v.* 7.
* Et de. ℣. Glória Patri.
† Oculi.

Ad Benedict. *Ant.* 5. C.
Aſcendent ſalvatóres in
montem Sion ; & erit
Dómino regnum. *Abd.*
v. 21.

Preces flexis genibus.

Oratio.

DEus , qui nobis bea-
tórum Apoſtolórum
Petri & Pauli natalítia
glorióſa præire concédis ;
tríbue , quæſumus , eó-
rum nos ſemper & bene-
fíciis præveníri & oratió-
nibus adjuvári ; Per Dó-
minum.

DIE XXIX.

IN FESTO SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

SOLEMNE-MINUS.

IN I. VESPERIS.

Antiphona ut in primis Veſperis de Communi Apoſtolorum.

Capitulum. Iſa. 33. 20.

OCuli tui vidébunt Jerúſalem, habitatiónem opulentam, tabernáculum quod nequáquam transferri póterit: nec auferentur clavi ejus in ſempiternum, & omnes funiculi ejus non rumpentur.

℟. Deus patris tui erit adjútor tuus, * Et omnípotens † Benedícet tibi benedictiónibus cœli déſuper. *Gen.* 49. *v.* 26. ℣. Tu es Simon filius Jona; tu vocáberis Cephas, quod interpretátur Petrus. *Joan.* 1. 42. * Et. ℣. Glória. † Benedícet.

Hymnus, ut infrà in ij. Veſperis.

℣. Magnificéntiam glóriæ ſanctitátis tuæ loquentur, ℟. Et mirabília tua narrábunt. *Pſ.* 144. 5.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Iſti ſunt duo filii ólei qui aſſiſtunt dominatóri univerſæ terræ, allelúia. *Zach.* 4. 14.

Oratio, infrà ad Laudes.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Chriſtum Apoſtolórum Magiſtrum & Dóminum, * Veníte, adorémus. *Joan.* 13. 13.

Pſalmus, Veníte, exultémus.

Hymnus.

AMbo divíni próceres Senátûs,
Príncipes cœli, sócii labórum,
Quos amor junxit, ſimul una jungat
Pompa triumphi.

PAR fides, & par utriuſque votum,
Corda divíno penetrante verbo,
Sub jugo Chriſti nimis obſtinátas
Sûbdere gentes.

MAGNA vos vidit ſtupuitque Roma,
Roma tot diris habitáta monſtris;
Vidit excíſis pénitùs ſepulta
Númina fanis.

ıs in Roma ſu-
rátus orbis:
ıs tantis utriuſque
lmis,
cœleſtis pretióſa
:vat
Sémina verbi.
Deo Patri, ge-
tóque Verbo;
ıi compar, utriuſ-
ıe Flamen;
fac, tantis dúci-
ıs, beátos
Tángere portus.
en.

, *NOCTURNO.*

7. d. Aſcendens
ı unam navim quæ
mónis, rogávit
terra redúcere pu-
Luc. 5. 3.
8. G. Sedens do-
le navícula turbas.

3. a. Ut ceſſávit
dixit ad Simónem:
altum, & laxáte
eſtra. *Ibid.* 4.
enedixit eis, ℟. Et
licáti ſunt nimis.
6. 38.
Lectiones de Scrip-
:currente.
ı. Implevérunt am-
vículas, ita ut pe-
:gerentur: * Quod
idéret Simon Pe-
prócidit ad génua
:uc. 5. 7. 8. ℣. Ipſi
nt ópera Dómini,
abília ejus in pro-
Pſalm. 106. 24.
ɔd.

℟. *ij.* Deſcendens Petrus de navícula * Ambulábat ſuper aquam, ut veníret ad Jeſum. *Matt.* 14. 29. ℣. Qui ámbulat ſimplíciter, ámbulat confidenter. *Prov.* 10. 9. * Ambulábat.

℟. *iij.* Videns Petrus ventum válidum, tímuit; & cùm cœpiſſet mergi, clamávit: * Et contínuò Jeſus † Extendens manum ſuam, apprehendit eum. *Matt.* 14. 30. 31. ℣. Dediſti, Dómine, & in mari viam, & inter fluctus ſémitam firmíſſimam. *Sap.* 14. 3. * Et contínuò Jeſus. ℣. Glória Patri. † Extendens manum ſuam, apprehendit eum.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Multi diſcipulórum abiérunt retrò. Dixit ergo Jeſus ad duódecim: Numquid & vos vultis abíre? *Joan.* 6. 67.

Ant. 5. a. Reſpondit Simon Petrus: Dómine, ad quem íbimus? verba vitæ ætérnæ habes. *Joan.* 6. 69.

Ant. 3. à. Nos credídimus & cognóvimus quia tu es Chriſtus Fílius Dei. *Joan.* 6. 70.

℣. Confitebúntur cœli mirabília tua, Dómine, ℟. Veritátem tuam in Ecclésia Sanctórum. *Pſ.* 88. 6.

Sermo ſancti Leónis Papæ.

80. in Nat. Apoſt. Petri & Pauli.

LECTIO IV.

OMnium quidem ſanctárum ſolemnitátum, dilectiſſimi, totus mundus eſt párticeps; & unius fidei pietas éxigit, ut quidquid pro ſalúte universórum geſtum recólitur, commúnibus ubíque gáudiis celebrétur. Verúmtamen hodierna feſtivitas præter illam reveréntiam quam toto terrárum orbe proméruit, ſpeciáli & próprià noſtræ urbis exultatióne veneranda eſt: ut ubi præcipuórum Apoſtolórum glorificátus eſt éxitus, ibi in die martyrii eórum ſit lætítiæ principátus. Iſti enim ſunt viri, per quos tibi Evangélium Chriſti, Roma, reſplénduit; & quæ eras magiſtra erróris, facta es diſcipula veritátis.

℟. *iv.* Reſpondens Simon Petrus, dixit: * Tu es Chriſtus, Fílius Dei vivi. *Matt.* 16. 15. 16. ℣. Magnus es tu, & fáciens mirabília: tu es Deus ſolus. *Pſ.* 85. 10. * Tu es.

LECTIO V.

ISti ſunt patres tui veríque paſtóres, qui te regnis cœléſtibus inſerendam multò méliùs multóque felíciùs condidérunt, quàm illi quorum ſtúdio prima mœnium tuórum fundamenta locáta ſunt; ex quibus is qui tibi nomen dedit, fraternâ te cæde fœdávit. Iſti ſunt, qui te ad hanc glóriam provexérunt; ut gens ſancta, pópulus electus, cívitas ſacerdotális & régia, per ſacram beáti Petri ſedem caput orbis effecta, látiùs præſidéres religióne divínâ, quàm dominatióne terrénâ. Quamvis enim multis aucta victóriis, jus impérii tui terrâ maríque protúleris; minus tamen eſt quod tibi béllicus labor súbdidit, quàm quod pax Chriſtiána ſubjécit.

℟. *v.* Urbs fortitúdinis noſtræ Sion; Salvátor ponétur in ea * Murus & antemurále. *Iſ.* 26. 1. ℣. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram. *Matt.* 16. 18. * Murus.

Poſt pauca. LECTIO VI.

DIſpóſito namque divínitùs óperi máximè congruébat, ut multa regna uno confœderarentur império; & citò pérvios habéret pópulos prædicátio generális, quos unius teneret régimen civitátis. Hæc autem cívitas ignórans ſuæ provectiónis auctórem, cùm

nibus dominaré-
ibus, ómnium
ſerviébat errórí-
magnam ſibi vi-
aſſumpſiſſe reli-
quia nullam reſ-
falſitátem. Unde
erat per diábo-
ácius illigáta,
er Christum eſt
ùs abſolúta.
. Beátus es, Simon
, * Quia caro &
non revelávit ti-
Pater qui eſt in
Matth. 16. 17.
Deus in cœlo re-
yſtéria, qui indi-
ii. *Dan.* 2. 28.
℣. Glória. * Quia.
. NOCTURNO.
2. D. Converſus
s reſpexit Petrum,
dátus eſt Petrus
omini. *Luc.* 22. 61.
4. E. Egreſſus fo-
us flevit amáré.
. 62.
1. 2. Dixit Pe-
u: Dómine, tu
oſti; tu ſcis quia
Joan. 21. 17.
íligam te, Dó-
fortitúdo mea,
ninus firmamen-
um. *Pſ.* 17. 12.
ermóne ſancti
. Apóſtoli ad
Judæos.
II. *Act.* 11. v. 5.
eceſſit ad gentes.
eram in civitáte
e orans, & vidi

in exceſſu mentis viſió-
nem, deſcendens vas
quoddam velut línteum
magnum quátuor inítiis
ſummitti de cœlo, & ve-
nit uſque ad me: in quo
íntuens conſiderábam, &
vidi quadrupédia terræ,
& béſtias, & reptília, &
volatília cœli. Audívi au-
tem & vocem dicentem
mihi: Surge, Petre, oc-
cíde & mandúca. Dixi
autem: Nequáquam, Dó-
mine: quia commúne
aut immúndum numquam
introívit in os meum.
Reſpondit autem vox ſe-
cundò de cœlo: Quæ
Deus mundávit, tu ne
commúne díxeris.

℟. vij. Nunc omnes in
conſpectu tuo, Petre, * Ad-
ſumus audíre ómnia quæ-
cumque tibi præcepta ſunt
à Dómino. *Act.* 10. v.
33. ℣. Implétus es quaſi
flumen ſapiéntiâ. *Eccli.*
47. 16. * Adſumus.

LECTIO VIII. v. 11.
Petrus in Joppe.

ET ecce viri tres con-
feſtim aſtitérunt in
domo in qua eram, miſſi
à Cæſaréa ad me. Dixit
autem Spíritus mihi, ut
irem cum illis, nihil hæ-
ſitans. Venérunt autem
mecum & ſex fratres iſti,
& ingreſſi ſumus in do-
mum viri. Narrávit au-
tem nobis, quómodo vi-
diſſet Angelum in domo

tuórum Petri & Pauli martyrio conſecraſti: da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus ſequi præceptum, per quos Religiónis ſumpſit exórdium; Per Dóminum noſtrū Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per omnia ſécula ſeculórum. Amen.

Fit Commem. Octavæ.

AD PRIMAM.

Ant. 8. G. Factum eſt.

AD TERTIAM.

Ant. 1. f. Loquens.

Capitul. Act. 10. 35. 36.

IN omni gente, qui timet Deum & operátur juſtitiam, acceptus eſt illi. Verbum miſit Deus filiis Iſraël, annúntians pacem per Jeſum Chriſtum: hic eſt ómnium Dóminus.

℟. *br.* In omnem terram exívit ſonus eórum, * Allelúia, allel. *Repet.* In omnem. ℣. Et in fines orbis terræ verba eórum, * Allelúia. ℣. Glória. *Repet.* In omnem. *Pſ.* 18. 5.

℣. Benedícite, gentes, Deum noſtrum, ℟. Et auditam fácite vocem laudis ejus. *Pſ.* 65. 8.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Adhuc loquente Petro.

Capitul. Act. 15. 7. 8.

AB antíquis diébus Deus in nobis elégit per os meum audíre Gentes verbum Evangélii, & crédere: & qui novit corda Deus, teſtimónium perhíbuit, dans illis Spíritum ſanctum ſicut & nobis.

℟. *br.* Annuntiavérunt cœli juſtítiam ejus, * Allelúia, allelúia. *Repetitur,* Annuntiavérunt. ℣. Vidérunt omnes pópuli glóriam ejus, * Allel. Glória. *Rep.* Annuntiavérunt. *Pſ.* 96. 6.

℣. Afferte Dómino, pátriæ géntium, ℟. Afferte Dómino glóriam & honórem. *Pſ.* 95. 7.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Glorificavérunt.

Capitul. Act. 15. 9-11.

NIhil diſcrévit Deus inter nos & illos, fide puríficans corda eórum. Nunc ergo quid tentátis Deum, impónere jugum ſuper cervíces diſcipulórum, quod neque patres noſtri, neque nos portáre potúimus? Sed per grátiam Dómini Jeſu Chriſti crédimus ſalvári, quemádmodum & illi.

℟. *br.* Tu es, Deus, qui facis mirabília, * Allelúia, allelúia. *Rep.* Tu es. ℣. Notam feciſti in pópulis virtútem tuam, * Allelúia. Glória Patri. *Rep.* Tu es Deus. *Pſ.* 76. 15.

℣. Non

℣. Non nobis, Dómi-, ſed nómini tuo da ↄriam, ℟. Super miſe- ↄórdia tua & veritáte ı. Pſ. 113. 9. 10.

D II. VESPERAS.

Antiph. de Laudibus.

apitul. 2. Petr. 3. 1. 2.

Eſtram éxcito in commonitióne ſin-ram mentem, ut mé-ores ſitis eórum quæ edixi verbórum à ſan-s Prophétis, & Apoſto-rum veſtrórum, præ-ptórum Dómini & Sal-tóris.

Hymnus.

UOS fides, virtus,
pietaſque junxit,
incipes cœli géminos
canámus:
r decus vitæ, váriæ nec
impar
Glória mortis.

DUM latet ſummi déi-
tas Magiſtri,
ritas Petro ſine nube
fulget:
mus æterno génitum
fatétur
Número Chriſtũ.

QUA patet tellus, pó-
pulos tonanti,
ntium Doctor, domat
ore Paulus:
nc triumpháto rétulit
ſuperbum
Nomen ab orbe.

MILLE poſt gentes Dó-
mino ſubactas,
ic cadit ferro, cruce
pendet alter;
Splendidam fortes meruē-
re fuſo
Sánguine laurum.

EXPIANS ſeptem cruor
iſte montes
Rore fœcundo beat; inde
pingui
Efferent agro generóſa
pulchram
Sémina meſſem.

ROMA, ditáris mo-
riente Petro;
Fis poteſtátis potióris hæ-
res:
Majus & bello tibi Chri-
ſtiána
Pax decus addit.

STABIT æternùm tua,
Petre, ſedes:
Hanc ſuper petram ſtruit,
hanc fidélis
Fundat immótam Deus:
ac perenni
Fœdere firmat.

LAUS Deo Patri, ge-
nitóque Verbo;
Laus tibi compar, utriuſ-
que Flamen;
Noſque fac tantis dúci-
bus, beátos
Tangere portus.
Amen.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei, ℟. Et facta ejus intellexérunt. Pſal. 63. 10.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Inclyti Iſraël amábiles & decóri in vita ſua, in morte quoque non ſunt diviſi. 2. *Reg.* 1. 19. 23.

Orat. ut ſup. ad Laudes.

D i e xxx.

In Commemoratione

SANCTI PAULI,

Apoſtoli.

Duplex-majus.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Chriſtum qui vocávit Paulum per grátiam ſuam, * Veníte, adorémus. *Galat.* 1. 15.

Pſal. Veníte.

Hymnus. G. Ep. S.

SAT, Paule, ſat terris datum:
Poſt multa te certámina,
Curſu peracto, débita
Coróna jam cœlo manet.

Quot tu mari perículis,
Terráque jactátus malis!
Quot ſaxa, virgæ, cómpedes!
Quot damna, curæ, fúnera!

Nunc ille confixum ſuæ
Qui te cruci dudum tenet,
Te Chriſtus ad vitam vocat,
Tibíque lucrum jam mori.

Sed charitátis víſcera
Strictis coarctant néxibus;
Chriſtóque quos tu párturis,
Patrem repoſcunt fílii.

Verùm parátus jam tibi
Finis labóris árdui;
Merceſque, biſſénos thronus
Te poſcit inter júdices.

Uni ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Fuit cum diſcípulis qui erant Damaſci per dies áliquot. *Act.* 9. *v.* 19.

Ant. 7. *d.* Saulus multò magis convaleſcébat, & confundébat Judæos. *Act.* 9. *v.* 27.

Ant. 3. c. Cùm veniſſet in Jeruſalem, tentábat ſe júngere diſcípulis. *Act.* 9. *v.* 26.

℣. Miſerátor & miſéricors Dóminus, ℟. Longánimis & multùm miſéricors. *Pſ.* 102. 8.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Inſtábat verò Paulus, * Teſtíficans Judæis eſſe Chriſtum Jeſum. *Act.* 18. *v.* 5. ℣. Cervus emiſſus, & dans elóquium pulchritúdinis. *Gen.* 49. *v.* 21. * Teſtíficans.

℟. *ij.* Lætificábat Jacob in opéribus ſuis, & in ſǽculum memória ejus in benedictióne, * Et perambulábat civitátes Juda. 1. *Macab.* 3. *v.* 7. 8. ℣. Contínuo in ſynagógis prædicábat Jeſum. *Act.* 9. *v.* 20. * Et.

℟. *iij.* Abundántiâ per-

ir, & plenus erit
lictiónibus Dómini;
are & merídiem poſ-
it. *Deut.* 33. *v.* 23.
·ædicátor, & Apóſto-
x magiſter Géntium.
m. 1. *v.* 11. * Mare.
lória. * Mare.

II. NOCTURNO.

ut. 7. d. Córnua rhi-
·ótis córnua illíus;
ſis ventilábit gentes
: ad términos terræ.
. 33. *v.* 17.
ut. 6. F. Vidit prin-
um ſuum, quòd in
ſua doctor eſſet re-
is. *Deut.* 33. *v.* 21.
ut. 2. D. Confundé-
idæos, affirmans quó-
hic eſt Chriſtus.
9. *v.* 22.
Magna eſt glória
℟. In ſalutári tuo.
o. *v.* 6.
no ſancti Joannis
Chrysóſtomi.
*rſ. vitup. vita Mo-
naſt. Lib.* 1.

LECTIO IV.

Um beátus Paulus
péllicem quam Nero
·ibat, fidei ſacra-
a ſuſcípere induxiſ-
imul perſuáſerat im-
n illum congreſſum
náre. Ille corruptó-
& impoſtórem Pau-
vócitans, primùm
:m eum conjécit in
la: cùm verò illi
adére non poſſet ut
e hæc mónita dare
desíneret, necávit tandē.
Quid ígitur ex hoc cónti-
git vel detrimenti ei qui
mortem paſſus eſt, vel
emolumenti ei qui íntu-
lit? Imò, quid non emo-
lumenti fuit tunc necáto
Paulo? quid non detri-
menti necanti Neróni?

℟. *iv.* Induit ſe lorí-
cam ſicut gigas, * Et ſuc-
cinxit ſe arma béllica in
prǽliis. 1. *Mac.* 3. *v.* 3.
℣. Cùm accepiſſet cibum,
confortátus eſt. *Act.* 9. *v.*
19. * Et ſuccinxit.

In 2. *Ep. ad Tim. Cap.* 2.
Homil. 4.

LECTIO V.

PAulus Cilix erat, pél-
lium ſutor, inops,
imperítus externæ ſapién-
tiæ: homo ſæpè cum fa-
me luctátus, & cui veſtí-
tus neceſsárius ſæpè dé-
erat. Neque hoc ſolùm;
ſed in vínculis quoque
cum latrónibus & homi-
cídis, Neróne jubente,
cædebátur tamquam ma-
léficus. Quis ígitur illú-
ſtrior, quis glorióſior,
qui caténam circumferé-
bat, vinctuſque trahebá-
tur ex cárcere, an qui ſu-
perabátur in púrpura? qui
contemnebátur ímperans,
an qui juſſus nihil curábat
jubentis impérium? qui,
ſolus cùm eſſet, vicit, an
qui innúmero vallátus
exércitu victus eſt? Cu-
jus, inquam, ſortem quiſ-

ubíque celebrátur, coronatuſque prædicátur; ille contrà, maledíctis laceſſitur innúmeris.

℟. *v.* Perambulábat confirmans Ecclésias, * Præcípiens cuſtodíre præcepta Apoſtolórum & ſeniórum. *Act.* 15. 14.
℣. Cátulus leónis fluet lárgiter. *Deuter.* 33. 22. * Præcípiens.

In Ep. ad Rom. Cap. 16. *Hom.* 32.

Lectio VI.

Quis mihi dabit circumfundi córpori Pauli, affígi ſepulcro, vidére púlverem córporis illíus, quæ adhuc in Chriſto déerant, adimplentis, ſtígmata illíus geſtantis, prædicatiónem Evangélii ubíque ſeminantis? Púlverem, inquam, oris illíus per quod magnália & ineffabília Chriſtus locú-

dére vellem. Co
ádeo fuit latum, u
ſuſcéperit, & integ
bes, & pópulos, &
tes: cor cœlis ſubli
orbe látius, rádii
ribus ſplendídius
ferventius, adamar
lídius. Cor Pauli, c
Chriſti, & tábula
tûs ſancti, atque grá
lúmen. Quid opus e
gula recenſére? V
vidére ſepulcrum q
cóndita ſunt arma i
ſtítiæ, arma lucis,
bra in quibus v
Chriſtus; quæ ten
fuérunt Spíritûs
Hoc corpus Romar
nit, & cum iſto
étiam Petri.

℟. *vj.* Fuit cum p
pibus pópuli, * E
juſtítias Dómini, &
cium ſuum cum
Deut. 33. *v.* 21. ℣.

ılábat Syriam. *Act.*
.o.
ſ. 2. Diſputábat
agóga per omne
m. *Act.* 18. *v.* 4.
4. A. Interpónens
Dómini Jeſu, ſua-
udæis & Græcis.
. *v.* 4.
ıbis eum, Dómi-
benedictiónem,
éculum ſéculi. *Pſ.*
'.
nóne ſancti Pauli
łi ad Agrippam.
VII. *Act.* 26. *v.* 1.
ı *ſuam exponit.*
ómnibus quibus
:úſor à Judæis;
:ippa, æſtimo me
, apud te cùm ſim
:us me hódie, má-
ſciente ómnia, &
ud Judæos ſunt
ıdines & quæſ-
propter quod ób-
tienter me áudias.
:m vitam meam à
e, quæ ab inítio
ente mea in Jero-
, novérunt om-
:i: præſcientes me
ı (ſi velint teſti-
perhibére) quó-
:undùm certíſſimâ
ıoſtræ religiónis
ıriſæus: & nunc
ıuæ ad patres no-
ıromiſſiónis facta
ı, ſto judício ſub-

Dóminus ſcutum
ıi, & gládius gló-
riæ tuæ: * Negábunt te inimíci tui, & tu eórum colla calcábis. *Deut.* 33. *v.* 24. ℣. Paule, Cæſari te oportet aſsíſtere. *Act.* 27. *v.* 24. * Negábunt.

LECTIO VIII. *v.* 20.

Pauli prædicatio.

HIs, qui ſunt Damaſci primùm, & Jeroſólymis, & in omnem regiónem Judææ, & Géntibus annuntiábam, ut pœniténtiam ágerent, & converterentur ad Deum, digna pœniténtiæ ópera facientes. Hac ex cauſa me Judæi, cùm eſſem in templo, comprehenſum tentábant interficere. Auxílio autem adjútus Dei, uſque in hodiernum diem ſto, teſtíficans minóri atque majóri, nihil extrà dicens quàm ea quæ prophétæ locúti ſunt futúra eſſe, & Móyſes: ſi paſsíbilis Chriſtus, ſi primus ex reſurrectióne mortuórum, lumen annuntiatúrus eſt pópulo, & Géntibus.

℟. viij. Venérunt ad Paulum in hoſpítium plúrimi, quibus exponébat, * Teſtíficans regnum Dei, ſuadenſque eis de Jeſu ex lege Móyſi & Prophétis à mane uſque ad véſperam. *Act.* 28. *v.* 23. ℣. Benedictus in latitúdine; quaſi leo requiévit. *Deut.* 33. *v.* 20. * Teſtíficans.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio IX. *Cap.* 10. *v.* 16.

Manſuetudo & prudentia diſcipulorum.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Ecce ego mitto vos ſicut oves in médio lupórum. Eſtóte ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſímplices ſicut columbæ. Et réliqua.

Homília ſancti Joannis Chryſóſtomi.

Homil. 34. *in Cap.* 10. *Matt.*

SIc dícere vidétur: Nolíte turbári, ſi cùm vos inter lupos mitto, tamquam oves & columbas eſſe júbeo: nam etſi poſſum contrárium quoque præſtáre, & non permíttere ut grave áliquid patiámini, nec lupis tanquam oves ſubjecti ſitis, ſed efficere ut leónibus terribilióres evadátis; tamen ſic éxpedit fieri: hoc & vos quoque illuſtrióres fáciet, & meam declarábit virtútem. Sic enim póſtea dixit Paulo: Súfficit tibi grátia mea; nam virtus in infirmitáte perfícitur. Ipſe ígitur vos manſuetúdine oves efféci. Cùm enim ait: Ego mitto vos ſicut oves; illud occultè ínnuit: Ne ígitur ánimo dejiciámini; certè enim ſcio, hâc potiſſimùm manſuetúdine ubique invictos vos eſſe futúros. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui lóquitur in vobis. Habébant reges in médio ſui duódecim hómines idiótas, quos vínculis, flagellis, carcéribus, ut ſilérent, comminabantur: ſed ſicut rádii ſoláres vincíri néqueunt, ſic lingua eórum ligári non póterat. Quod ita fiébat, quia non ipſi erant qui loquebantur, ſed virtus Spíritûs ſancti. Quâ virtúte Paulus Agrippæ miniſtros, ipſum quoque Nerónem ómnium hóminum flagitioſiſſimū fácilè ſuperávit. Dóminus enim mihi áſtitit, (ait) & confortávit me, & éruit me de ore leónis.

℟. Petívit ánimæ ſuæ ut morerétur, & ait: * Súfficit mihi, Dómine; tolle ánimam meam, neque enim mélior ſum quàm patres mei. 3. *Reg.* 19. *v.* 4. ℣. Mihi enim vívere Chriſtus eſt, & mori lucrum. *Phil.* 1. *v.* 21. * Súfficit. ℣. Glória Patri. * Súfficit.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Miſit Dóminus ſervum ſuū, ℟. Quem elégit ipſum. *Pſ.* 104. 26.

Ant. TRibúnus apprehendit Paulum,
6. F.

: eum ligári caténis
. *Act.* 21. *v.* 33.
8. c. Sequebátur
ıdo pópuli, cla-
Tolle eum. *Act.*
36.
. 4. E. Tribúnus tí-
poſtquam reſcívit
vis Románus eſſet,
lligaſſet eum. *Act.*
.
. 1. f. Permiſſum
lo manére sibimet
ſtodiente ſe mílite.
8. *v.* 16.
5. a. Manſit bién-
o in ſuo conductu,
ans regnum Dei.
. *v.* 30.
lum. Rom. 15. 18.
n áudeo áliquid
qui eórum quæ
non éfficit Chriſtus
liéntiam Géntium,
& factis; in virtúte
ım & prodigiórum,
ıte Spíritûs ſancti.
ymnus. S. V.
LO paupéries, ſplén-
ida cópia;
mœror erat lætítiæ
ges;
, naufrágium, cré-
aque vérbera,
ltæ fémina glóriæ.
R S deſidérium,
ors fuit & lucrum:
hunc rétinet ſola
céſſitas,
n ſolus amor, pro
ibus óbviam
ie totum vovet hó-
ſtiam.

TANDEM Roma virum
vidit, inánium
Cultrix Roma deûm: Cæ-
ſaris in domum
Infert ille fidem: ſæva
nec álligant
Verbum víncula lí-
berum.

MUNDO conſpícuum,
ceu jubar émicat,
Spargens æthéreum, quà
gráditur, diem:
Humánis óculis qui ſemel
óccidit,
Æterno rútilat die.

LAUS ſit ſumma Patri,
súmmaque Fílio,
Par ſit, ſancte, tibi laus
quoque, Spíritus:
Da Paulum, per iter quod
docet árduum,
Nobis, quà líceat,
ſequi.
Amen.

℣. Potens in terra erit ſemen ejus; ℟. Generátio rectórum benedicétur. *Pſ.* 111. *v.* 2.

Ad Benedict. *Ant.* 7. *d.* Raptus eſt in paradíſum, & audívit arcána verba quæ non licet hómini loqui. 2. *Cor.* 14. *v.* 2.

Oratio.

DEus, qui multitúdinem Géntium beáti Pauli Apóſtoli prædicatióne docuiſti; da, quæſumus, ut cujus natalítia cólimus, ejus apud te patrocínia ſentiámus; Per.

Commem. S. Petri Apoſt.

Ant. Erit quaſi pater ha-

bitántibus Jerúſalem, & dómui Juda. *Iſ.* 22. 21.

℣. Lætificábis eum, Dómine, in gáudio, ℟. Cum vultu tuo. *Pſ.* 20. 7.

Oratio.

DEus, qui beáto Petro Apóſtolo tuo, collátis clávibus regni cœleſtis, ánimas ligandi atque ſolvendi Pontifícium tradidiſti: concéde, ut interceſſiónis ejus auxílio, à peccatórum noſtrórum néxibus liberémur; Qui vivis.

Fit Commemoratio Octavæ ſancti Joannis.

AD PRIMAM.

Ant. 6. F. Tribúnus.

AD TERTIAM.

Ant. 8. c. Sequebátur.

Capitulum. Act. 20. *v.* 18. 19. 20.

VOs ſcitis, à prima die quâ ingreſſus ſum, quáliter vobiſcum per omne tempus fúerim, ſérviens Dómino cum omni humilitáte, & láchrymis, & tentatiónibus, quæ mihi accidérunt ex insídiis Judæórum: quómodò nihil ſubtráxerim utílium, quóminùs annuntiárem vobis, & docérem vos públicè.

℟. *br.* Illic mandávit Dóminus * Benedictiónem. *Repet.* Illic. ℣. Et vitam uſque in ſéculum. * Benedictiónem. ℣. Glória. *Repet.* Illic. *Pſalm.* 132. 3.

℣. Intónuit de cœlo Dóminus: ℟. Et Altíſſimus dedit vocem ſuam. *Pſ.* 17. *v.* 14.

AD SEXTAM.

Ant. 4. E. Tribúnus.

Capitul. Philip. 4. 12.

SCio & humiliári, ſcio & abundáre; (ubíque & in ómnibus inſtitútus ſum,) & ſatiári, & eſuríre, & abundáre, & penúriam pati. Omnia poſſum in eo qui me confortat.

℟. *br.* Dóminus cuſtódit te, * Dóminus protéctio tua. *Repet.* Dóminus. ℣. Per diem ſol non uret te. * Dóminus protéctio tua. ℣. Glória. *Repet.* Dóminus cuſtódit.

℣. Ecce non dormitábit neque dórmiet, ℟. Qui cuſtódit Iſraël. *Pſ.* 120. *v.* 4. 5. 6.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Manſit.

Capitul. 1. Cor. 2. *v.* 4.

SErmo meus & prædicátio mea, non in perſuaſibílibus humánæ ſapiéntiæ verbis, ſed in oſtenſióne Spíritûs & virtútis.

℟. *br.* Vox Dómini * In virtúte. *Repet.* Vox. ℣. Vox Dómini in magnificéntia. * In. ℣. Glória. *Repet.* Vox. *Pſ.* 28. *v.* 4.

gnitum, Dómine,
am tuum, ℟. Et
tuus dilexit illud.
18. *v.* 140.

VESPERAS.

iphona de Laudibus.
lum. 2. Tim. 4. 6.
o jam delibor, &
mpus reſolutiónis
inſtat. Bonum cer-
certávi, curſum
nmávi, fidem ſer-
In réliquo repóſita
hi coróna juſtitiæ,
reddet mihi Dó-
in illa die juſtus

nnus, SAT, Pauſe,
106.
Præveniſti eum,
ne, ℟. In benedi-
bus dulcédinis. *Pſ.*
. 4.
Magníf. *Ant.* 3. a.
es non quáſlibet fa-
Deus per manum
, ita ut ſuper lán-
s deferrentur à cór-
ejus ſudária, & re-
ant ab eis languó-
& ſpíritus nequam
ebantur. *Act.* 19.
. 12.
Comm. S. Petri.
tiph. Natus eſt ho-
inceps fratrum, fir-
ntum gentis, re-
atrum, ſtabilimen-
pópuli. *Eccli.* 49.
.
Humília réſpicit
nus in cœlo & in
℟. Súſcitans à ter-
ra ínopem. *Pſalm.* 112.
v. 6. 7.

Oratio, Deus, qui beáto
Petro, *ut ſuprà.*

Deinde Octav. S. Joannis. Et tandem S. Martialis Epiſcopi. Ant. Elégit. ℣. Beátus. xix. *Orat.* Dírige. xxij.

IN OCTAVA SS. APOSTOLORUM, *fit ritu Feſti Simplicis.*

AD NOCTURNUM, *Invit. & Hymnus Diei: tres Antiph.* ℣. *& tria* ℟℟℟. *è Nocturn. juxta Feriam occurrente.*

I. Lectio ex j. & ij. Scriptura occurr. II. erit tertia Script. deinde Sermo ut notatur infrà.

AD LAUDES, *Pſalmi Feriæ cum Cantico pro Sanctis ſub unica Antiph. quæ eſt quarta Diei.*

Ad Bened. *Ant.* 8. G. Quorũ remiſéritis peccáta, remittuntur eis; & quorum retinuéritis, reténta ſunt. *Joan.* 20. 23.

℣. Conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram: ℟. Mémores erunt nóminis tui, Dómine. *Pſ.* 44. 17.

Oratio, Deus, qui. 503.

AD HORAS, *ut in Die*, *omiſſis* * Allelúia, allelúia.

AD VESPERAS, *Pſ. & Ant. Feriales. Capit. Hymnus & ℣. ut in II. Veſp. Diei.*

De ſancto Martiale Epiſcopo.

LECTIO VII.

Ex Greg. Turon. de glor. Confeſſ. Cap. 27. & 28.

Martiális in Galliárum regiónes à Románis Epíſcopis miſſus, Aquitániæ Apoſtolátum cum Stremónio, qui apud Arvernos conſédit, ſuſcepiſſe tráditur. Is cùm fidem uſque ad Bitúrigum civitátem efficaciſſimo ópere propagaſſet; jactiſque per ália ejuſdem províneiæ óppida religiónis ſanctæ fundamentis, tandem Lemovícas advénit: qua in urbe, ut primùm prædicáre cœpit, crédidit ac profeſſa eſt præ cæteris Chriſti nomen Valéria Leocádii ſenatóris filia, quæ virginitátem Deo vovit, & mox prima ómnium in Aquitánia ſánguinem martyrio profúdit. Statim verò ſedátâ illius perſecutiónis procellâ, ita deinceps in illa civitáte Martiális exemplo & virtútibus, ſalútis doctrína conváluit, ut fere pópulus omnis, abjectis ſimulachrórum rítibus, ad cultum Dei ſeſe conferret, nec ipſe álibi ſedem Epiſcopátûs ſui collocandam dúceret. Non tamen Pictónum, Santonumque regiónes prorsùs neglexit, in quibus Burdígalam uſque palàm ac líberè annuntiaſſe regnum Dei in ſenectúte tráditur. Demum poſt annos octo ſupra viginti miniſtério verbi impenſos, felíciter migrávit ad Dóminũ. Cónditum eſt corpus ejus in crypta, quam miráculis plúrimis ſuo témpore inclaruiſſe refert Gregórius Turonenſis.

AD LAUDES, fit Comm. Octava SS. Apoſtolorum.

Deinde S. Martialis Epiſcopi, ut in Communi. *Oratio*, Dírige, xxij.

DIE II.

VISITATIO BEATÆ MARIÆ VIRG.

Duplex-majus.

Omnia ut in Officio B. Mariæ in Sabbato, exceptis ſequentibus.

Pſalmi Feriæ in integro Officio.

IN I. VESPERIS.

Capitulum. Iſa. 45. 15.

Tantum in te eſt Deus, & non eſt abſque te Deus. Verè tu es Deus abſcónditus, Deus Iſraël Salvátor.

℟. Habitávit arca in domo Obédedom tribus ménſibus; * Et benedixit Dóminus omnem domum ejus propter arcam Dei. 2. *Reg.* 6. 11. ℣. Manſit María cum Elízabeth quaſi ménſibus tribus. *Luc.* 1. 56. * Et benedixit. ℣. Gló-

: verbum corde
m ! quantos præ-
; fecit Verbum
itrem manens !
itriarchas , Pro-
miſit tot & tan-
ıuntiatóres ſuos.
manens voces
& poſt multas
ıs voces , unum
erbum venit tam-
vehículo ſuo, in
ı , in carne ſua.
ergo tamquam in
mnes voces quæ
unt Verbum , &
ıes conſtitue in
Joannis. Harum
ſacramentum ille
; harum óm-
:rsóna ſacráta &
ille unus erat.
óprie dictus eſt
mquam ómnium
ignáculum atque
m.
ſancti Evangélii
ıdùm Lucam.
VI. *Cap.* 1. 57.
nis nativitas.
oeth implétum eſt
pus pariendi , &
ílium : & audié-
íni , & cognáti
uia magnificávit
s miſericórdiam
n illa ; & congra-
ur ei. Et réliqua.
ı ſancti Ambróſii
Epíſcopi.
ib. 2. *n.* 31. *&* 32.
actum eſt in die
vo venérunt cir-

cumcídere púerum ; & vocábant eum nómine patris ſui , Zacharíam. Et reſpondit mater ejus , & dixit : Non ; ſed vocábitur Joannes. Neque enim póterat Dómini ignoráre præníntium , quæ prophetáverat Chriſtum. Et dixérunt ad illam : Quia nemo eſt in cognatióne tua qui vocétur hoc nómine. Bene ádditur quia nemo in cognatióne ejus vocabátur hoc nómine : ut intélligas nomen non géneris eſſe , ſed vatis. Zacharías quoque nutu interrogátur : ſed quia incredúlitas ei affátum eripúerat & audítum ; quod voce non póterat , manu & lítteris eſt locútus. Scripſit autem : Joannes eſt nomen ejus. Et hic nomen non impónitur , ſed aſtrúitur : meritóque contínuò reſolúta eſt lingua ejus ; quia quam vinxerat incredúlitas , fides ſolvit. Credámus & nos ígitur ut loquámur ; ut lingua noſtra quæ incredulitátis vínculis eſt ligáta , ratiónis voce ſolvátur. Scribámus ſpíritu myſtéria , ſi vólumus loqui : ſcribámus præníntium Chriſti , non in tábulis lapídeis , ſed in tábulis cordis carnálibus. Etenim qui Joannem lóquitur , Chriſtum prophétat.

Mundo redemptor qui venis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

In Signum magnum.

LECTIO IV.

SI Mariam dilígitis, ſi conténditis ei placére, æmulámini modéſtiam ejus; nihil enim tam idóneum hómini, nihil tam cóngruum Chriſtiáno. Audíerat: Quod ex te naſcétur ſanctum, vocábitur Filius Dei. Et nihil áliud quàm ancillam ejus ſe eſſe reſpondit. Inde ventum eſt ad Eliſabeth; & continuò Vírginis glória ſinguláris eidem per Spíritum revelátur. Dénique & mirabátur perſónam veniéntis, dicens: Unde hoc mihi, ut véniat mater Dómini mei ad me? Commendábat & vocem ſalutantis adjíciens: Ut facta eſt vox ſalutatiónis tuæ in áuribus meis, exultávit in gáudio infans in útero meo. Et beatificábat fidem credentis: Beáta, ínquiens, quæ credidiſti; quóniam perficiéntur in te quæ dicta ſunt tibi a Dómino.

LECTIO V.

MAgna quidem præcónia; ſed & devóta humílitas nihil ſibi paſſa retinére, in eum magis univerſa refúdit, cujus in ſe benefícia laudabántur. Tu, inquit, magníficas matrem Dómini; ſed magníficat ánima mea Dóminum. In voce mea filium pérhibes exultaſſe in gáudio; ſed exultávit ſpíritus meus in Deo ſalutári meo; & ipſe quoque tamquam amícus ſponſi, gáudio gaudet ad vocem ſponſi. Beátam eſſe dicis quæ credidiſſet; ſed credulitátis & beatitúdinis cauſa reſpectus eſt ſupernæ pietátis, ut ex hoc magis beátam me dicant omnes generatiónes, quia ancillam húmilem & exíguam reſpexit Deus.

LECTIO VI.

VErúmtamen numquid putámus, fratres, Elízabeth ſanctam in eo quod per Spíritum útique loquebátur, erraſſe? Abſit. Beáta planè quam reſpexit Deus, & beáta quæ crédidit! Hic enim magnus divínæ reſpectiónis éxtitit fructus. Ineffábili síquidem artifício Spíritûs ſuperveniéntis, tantæ humilitáti magnanímitas tanta in ſe-

io Virgínei cordis
it, ut hæ quoque ni-
ainus fiant ſtellæ ex
ctu mútuo clarióres;
vidélicet nec humí-
tanta mínuit magna-
átem, nec magna-
tas tanta humilitá-
Agit hoc nimírum
órdibus electórum
e prærogatíva diví-
ut eos nec humílitas
ánimes fáciat, nec
ianimitas arrogan-
nagis autem coope-
r ſibi, ut non ſolùm
ex magnanimitáte
tret elátio, ſed hinc
mè provehátur hu-
as; ut inveniantur
mpliùs timoráti, &
óri múnerum non
ti: ac viciſſim ex
ióne humilitátis pu-
ímitas nulla ſubré-
ſed quò minùs de
uiſque vel in míni-
præsúmere conſué-
ò ámpliùs étiam in
iis quibuſque de di-
virtúte confídat.

III. NOCTURNO.

ántico Canticórum.

io VII. *Cap.* 2. *v.* 7.

dilecti tranſilientis colles.

Djúro vos, fíliæ Je-
rúſalem, per cápreas
ſque campórum, ne
étis, neque evigilá-
iátis dilectam, quo-
ue ipſa velit. Vox
i mei: ecce iſte ve-
nit sáliens in móntibus,
transíliens colles. Símilis
eſt dilectus meus cápreæ,
hinnulóque cervórum. En
ipſe ſtat poſt parietem no-
ſtrum: reſpíciens per fe-
neſtras, proſpíciens per
cancellos.

Lectio VIII. *v.* 10.

Invitatur ſponſa.

EN dilectus meus ló-
quitur mihi: Surge,
própera, amíca mea,
columba mea, formóſa
mea, & veni. Jam enim
hyems tránſiit; imber
ábiit & receſſit. Flores
apparuérunt in terra no-
ſtra; tempus putatiónis
advénit: vox túrturis au-
díta eſt in terra noſtra:
ficus prótulit groſſos ſuos:
víneæ florentes dedérunt
odórem ſuū. Surge, amíca
mea, ſpecióſa mea, & veni.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio IX. *Cap.* 1. 39.

Salutatio Mariæ & Elizabeth.

EXurgens María in
diébus illis, ábiit in
montána cum feſtinatió-
ne, in civitátem Juda; &
intrávit in domum Za-
charíæ, & ſalutávit Elí-
zabeth. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

Expoſ. Evang. ſec. Luc. lib. 2. §. 22.

VEnit propinqua ad
próximam, júnior

ad ſeniórem: nec ſolùm venit, ſed étiam prior ſalutávit; decet enim ut quantò cáſtior virgo, tantò humílior ſit. Nóverit honórem deferre ſenióribus. Sit magiſtra humilitátis, in qua eſt proféſſio caſtitátis. Eſt & cauſa pietátis, eſt étiam norma doctrínæ. Contuendum eſt enim quia ſupérior venit ad inferiórem, ut inférior adjuvétur: María ad Elízabeth, Chriſtus ad Joannem. Dénique étiam póſteà, ut ſanctificáret baptiſmum Joannis, Dóminus venit ad baptiſmum. Citò quoque advéntûs Maríæ, & præſéntiæ Domínicæ beneficia declarantur. Vocem prior Elízabeth audívit, ſed Joannes prior grátiam ſenſit: illa natúræ órdine audívit, iſte exultávit ratióne myſtérii: illa Maríæ, iſte Dómini ſenſit advéntum: fémina mulíeris, & pignus pígnoris. Iſtæ grátiam loquuntur, illi intùs operantur, pietatiſque myſtérium matérnis adoriuntur proféctibus; duplicique miráculo prophétant matres ſpíritu parvulórum. Exultávit infans, repléta eſt mater. Non priùs mater repléta, quàm filius; ſed cùm fílius eſſet replétus Spíritu ſancto, replévit & matrem. Tu autem, Dómine, miſerére noſtri.

℟. Habitávit arca in domo Obédedom tribus ménſibus; * Et benedixit Dóminus omnem domum ejus propter arcam Dei. 2. *Reg.* 6. 11. ℣. Manſit María cum Elízabeth quaſi ménſibus tribus. *Luc.* 1. 56. * Et benedixit. ℣. Glória. * Et benedixit.

Te Deum.

AD LAUDES.

Dicitur Canticum Officii Laudum Beatæ Mariæ in Sabbato.

℣. *Sacerd.* Habitáre facit Dóminus ſtérilem in domo, ℟. Matrem filiórum lætantem. *Pſ.* 112. 9.

Ant. 3. a. Exurgens María ábiit in montána cum feſtinatióne, in civitátem Juda. *Luc.* 1. 39.

Ant. 2. D. Intrávit in domum Zachariæ, & ſalutávit Elízabeth. *Ibid.* *v.* 40.

Ant. 4. a. Ut audívit ſalutatiónem Maríæ Elízabeth, exultávit infans in útero ejus: & repléta eſt Spíritu ſancto. *Ibid.* *v.* 41.

Ant. 5. C. Benedicta tu inter mulíeres, & benedictus fructus ventris tui. *Ibid.* *v.* 42.

Ant. 8. c. Beáta quæ credidiſti, quóniam per-

ur ea quæ dicta
oi à Dómino. *Luc.*
5.

el. Prov. 3. 17. 18.
æ ſapiéntiæ, viæ
ulchræ, & omnes
illíus pacíficæ: li-
vitæ eſt his qui ap-
derint eam; & qui
t eam, beátus.

mnus. S. V.

prima verba Vír-
ginis,
novente Spíritu,
ris alvo cónditus
Joannes géſtiit.
NOVIT infantem
Deum:
ſenſit, ardet pró-
ere:
& infans, quâ po-
eſt,
Chriſtum núntiat.
jam Redemptóris
ices,
is ille ſúſtinet:
a clauſtra non ve-
int,
ambo munus ím-
leant.
x puer, felix pa-
ens,
acerdos, & domus,
r parentem Vírgi-
em
uuntur hóſpite!
NDO redemptor qui
enis,
bi laus máxima,
Patre, cumque Spí-
itu,
piterna ſécula.
men.

℣. Benedixiſti, Dómine, terram tuam: ℟. Avertiſti captivitátem Jacob. *Pſ.* 84. 2.

Ad Bened. *Ant.* 1. D. Benedíctus Dóminus Deus Iſraël, quia viſitávit & fecit redemptiónem plebis ſuæ. *Luc.* 1. 68.

Oratio.

ADeſto Eccléſiæ tuæ, miſéricors Deus, & fílios adoptiónis júgiter in ejus ſinu purífica, qui Maríæ clauſus útero, Joannem in ſinu Elízabeth ſanctificaſti; Qui vivis, &c.

Fit Commemoratio Octavæ Apoſtolorum.

AD II. VESPERAS.

Antiphonæ de Laudibus.

Capitul. Act. 2. *v.* 16. 17.

HOc eſt, quod dictum eſt per Prophétam Joël: Et erit in noviſſimis diébus, (dicit Dóminus,) effundam de Spíritu meo ſuper omnem carnem: & prophetábunt fílii veſtri & fíliæ veſtræ.

Hymnus, Quò Sanctus, *ut ſuprà in I. Veſperis.*

℣. Quis ſicut Dóminus Deus noſter, qui in altis hábitat, ℟. Et humília réſpicit in cœlo & in terra? *Pſ.* 112. *v.* 5. 6.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. Manſit María cum Elízabeth quaſi ménſibus tribus, & reverſa eſt in do-

mum ſuam. *Luc.* 1. 56.

Fit Commemoratio Octava Apoſtolorum.

Die III.

De Octava

SS. APOST. PETRI ET PAULI.

Simplex.

Sermo ſancti Clementis Papæ & Mártyris.

Epiſt. ad Corinth. Cap. 5. ſec. 1.

Lectio III.

Propter æmulatiónem atque invídiam, qui Eccléſiæ erant fidéles ac juſtíſſimæ columnæ, étiam uſque ad mortem paſſi ſunt perſecutiónem. Accipiámus præ óculis noſtris bonos Apóſtolos. Petrus ob iníquam æmulatiónem non unum aut álterum, ſed multos ſuſtínuit labóres, atque ita Martyr effectus, diſceſſit ad débitum glóriæ locum. Propter æmulatiónem Paulus patiéntiæ præmium obtínuit, cùm caténas ſépties portaſſet, vapulaſſet, lapidátus eſſet, præco factus in Oriente ac Occidente, exímium fidei ſuæ decus accépit; totum mundum docens juſtitiam, & ad Occidentis términum véniens, & ſub princípibus martyrium paſſus, ita è mundo migrávit, atque in locum ſanctum ábiit, patiéntiæ magnum exemplar factus.

Die IV.

In Ordinatione et Translatione SANCTI MARTINI, Epiſcopi.

Semiduplex.

Omnia de Comm. Pontif. præter Lect. & Orat. Commem. Octavæ.

Lectio IV.

Martínus ab Hilário Pictavienſi antíſtite ante ejuſdem exílium baptizátus, ipſi poſt réditum ab exílio árctiùs adhæſit; & collocáto prope óppidú monaſtério, vicínis pópulis prædicáre exorſus eſt. Cùm verò duos mórtuos inter cætera virtútum insígnia ſuſcitaſſet, ad Turonenſem Epiſcopátú ex improvíſo petítus, ne effúgere poſſet, Rurícii civis indúſtriâ à monaſtério ſuo avulſus eſt, & diſpóſitis in itínere cívium turmis, ad eam urbem deductus. Illicò congregátis cum Clero ac plebe Præsúlibus, unâ ómnium ſenténtiâ renuntiátum eſt Martíno néminem eſſe Epiſcopátu digniórem. Objecta tamen ei fuit à plebéiis paucis, inſtinctu Defensóris Epíſcopi, cum neglectu faciéi, ſqualor véſtium, & crínium defórmitas. Sed hæc à ſapiéntibusméritò irríſa: imò quaſi divíno judício reprobári viſa

Jam cùm incœptis ſolémnibus, lecurba interclúſus ad non occúrreret, ab uno è circumus pſaltério, hic ex octávo pſalmo ntíquam verſiónem it versiculus: Ex fántium & lacténperfeciſti laudem r inimícos tuos, ut is inimícum & deem. Quod ad perlas Defensóris paron ſine Dei nutu iſſe créditum eſt. ordinatiónem anno is & Valentiniáni, quarto Nonas Júbrátam, tanta inllias benedíctio ſeſt, ut non majóres s ipſa Apoſtolórum átio per várias orrtes habúerit; nec, io teſte, cedat Gálæciæ quæ Paulum áudiit, poſtquā illi eſt habére Martínū.

LECTIO V.

lit Martínus in Epiſpátu annos viginti nenſes quátuor, & ginti ſeptem. Et conáto curſu in Condaico, Turónos eâ ipcte relátus, honoríſimulo ſepultus eſt, entis infra civitátem us. Bríctius ejus in pátu ſucceſſor, pár Eccléſiam ſuper illud ſepulcrum extruxit. Poſt annos verò ſexaginta quátuor, crebreſcéntibus ibi miráculis, Perpétuus quintus à Martíno Epíſcopus, majórem & admirábilis fábricæ basílicam, prióre dírutâ, ædificávit; quam ut dedicáret, & corpus beáti Martíni, è loco ubi fúerat ſepultum transferret, convocávit ad diem primam Július vicínos Epíſcopos, & Abbátum & Clericórum non mínimam multitúdinem. Sed cùm eo die ſancti Pontíficis corpus nullâ vi movéri poſſet, admonente quodam Clérico natále ordinatiónis ejus in diem quartam incídere, tranſlatiónem ad hanc diem díſtulit Perpétuus. Poſt triduánas ergo preces & vigílias, pródiit médiâ in turbâ ſenex, qui Martínum à ſe vidéri affirmáret parátum ad opem aſtántibus ferendam. Is primus féretro manum appóſuit; quod, réliquis adjuvántibus, nullo labóre levátum eſt, & in nova Eccléſia collocátum.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO VI. *Cap.* 11. 33.

Lucerna ſuper candelabrum.

IN illo témpore; Dixit Jeſus turbis: Nemo lucernam accendit, & in

abſcóndito ponit, neque ſub módio, ſed ſuper candelábrum; ut, qui ingrediuntur, lumen videant. Et réliqua.

Homilia ſancti Ambróſii Epiſcopi.

In Pſalm. 118. Octon. 14.

LUcerna pédibus meis verbum tuum, Dómine, & lux ſémitis meis. Verbum Dei, quómodo lucerna dicitur? Iſaias clamat: Pópulus qui ſedébat in ténebris, vidit lucem magnam. Quómodo hìc dicitur lucerna? Sed videámus ne fortè idem verbum Dei áliis magna lux ſit, áliis lucerna: mihi lucerna, Angelis lux eſt. Petro lux erat quando áſtitit ei Angelus in cárcere, & lumen circumfulſit eum. Paulo lux erat quando euntem ad perſequendum pópulum chriſtiánum circumfulſit eum lux de cœlo, & audivit dicentem ſibi: Saule, Saule, quid me perſéqueris? & magna quidem lux. Dénique lucernæ Pauli lumen evánuit, ubi divínæ ſplendor lucis emícuit. Et verè lucerna eſt mihi Chriſtus, quando iſto noſtro ore recenſétur. Lucet in limo, fulget in vaſe fictili theſaurus ille quem habémus in vaſis fictílibus. Mitte óleum, quia lumen lucernæ eſt óleum. Oleum tuum humílitas eſt, quo cervícis noſtræ dura molleſcunt. Oleum tuum miſericórdia tua eſt, quo étiam colliſa ſcópulis peccatórum foventur córpora. Infundámus méntibus noſtris óleum, ut corpus noſtrum lúcidum ſit. Lúceat tibi ſemper lucerna verbum Dei, lúceat & lucerna córporis tui óculus tuus. Conſciéntia tua lucens bene in hoc córpore, lucernæ lux eſt, quia ipſa eſt óculus tuus. Si púrus óculus tuus, ſi conſciéntia tua munda ſit, munda eſt caro tua: ſi tenebróſa, étiam corpus tuum conſciéntiæ tuæ nocte tenebróſum eſt.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ ſalútis beátum Martínum miniſtrum tribuiſti: præſta, ut quem doctórem vitæ habúimus in terris, interceſſórem habére mereámur in cœlis; Per Dóminum.

DIE V.

DE OCTAVA SS. Apoſtolorum PETRI ET PAULI.

Simplex.

De Expoſitióne ſancti Joannis Chryſóſtomi in Epíſtolam ad Romános.

In Cap. 16. Homilia 32.

LECTIO III.

EGo tametſi Romam laudáre queam à ma-

…itia, ab antiquitate,
…ritúdine, à multi-
…, à potentátu, à di-
… & à rebus in bello
… geſtis; his tamen
…, ob id illam beá-
…ædico, quòd erga
…aulus, dum vive-
…eò fuit benévolus,
… los amávit, & co-
…fféruit, & poſtré-
…am apud eos fini-
…ujus ſanctum cor-
… póſſident; & pro-
… cívitas illa hinc
…ſt inſignis magis,
…ab áliis rebus óm-
… & tamquàm corpus
…m ac válidum duos
… óculos fulgentes,
…um vidélicet ho-
…rpora. Non ita cœ-
…plendeſcit quando
…ſol demittit, quem-
…ùm Romanórum
…uos iſtos fulgóres
… terrárum emittens.
…apiétur Paulus, hinc
… Conſideráte & mi-
… quale ſpectáculum
…ſit Roma: Paulum
…et repentè ex theca
…m Petro reſurgen-
… occurſum Dómini
… fieri. Qualem to-
…riſto mittet Roma?
…us corónis duábus
…r urbs iſta? Quáli-
…énis áureis cincta
…uales habet fontes?
…eà admíror hanc
…, non propter có-
…uri, non propter
columnas, neque propter áliam quamcumque rerum ſpéciem, ſed propter columnas illas Eccléſiæ.

Die VI.

IN OCTAVA SS. Apoſtolorum PETRI ET PAULI.

Semiduplex.

Ut in Die, exceptis quæ ſequuntur.

IN II. NOCTURNO.

Lect. de Script. occurr.

IN III. NOCTURNO.

Ex libro ſancti Hierónymi Preſbyteri de Scriptóribus Eccleſiáſticis.

Lectio IV. *Cap.* I.

Simon Petrus, fílius Joannis, provínciæ Galilææ, vico Bethsáida, frater Andréæ Apóſtoli, & Princeps Apoſtolórum: poſt Epiſcopátum Antiochenſis Eccléſiæ, & prædicatióne̅ diſperſiónis eórum qui de circumciſióne credíderant, in Ponto, Galátia, Cappadócia, Aſia, & Bithynia; ſecundo Cláudii anno, ad expugnandum Simónem Magum, Romam pergit; ibíque viginti quinque annis Cáthedram Sacerdotálem ténuit, uſque ad últimum annum Nerónis, id eſt, décimum quartum; à quo affixus cruci, martyrio coronátus eſt, cápite ad terram verſo, & in ſublíme pédibus elevátis,

aſſerens ſe indignum quòd crucifigerétur ut dóminus ſuus. Sepultus Romæ in Vaticáno juxta viam Triũphálem, totíus orbis veneratióne celebrátur.

Lectio V. *Cap.* 15.

Paulus Apóſtolus, qui antè Saulus, extra número duódecim Apoſtolórum, de tribu Bénjamin & óppido Judææ Giſchális fuit: quo à Románis capto, cum paréntibus ſuis Tarſum Cilíciæ commigrávit; à quibus ob ſtúdia legis, miſſus Jeroſólymã, à Gamaliéle viro doctíſſimo, cujus Lucas méminit, eruditus eſt. Cùm autem interfuiſſet neci mártyris Stéphani; & accéptis à Pontífice templi epíſtolis ad perſequendos eos qui Chriſto crediderant, Damaſcum pérgeret; revelatióne compulſus ad fidem, quæ in Actibus Apoſtolórum ſcribitur, in vas electiónis de perſecutóre tranſlátus eſt. Cumque primùm ad prædicatiónem ejus Sérgius Paulus, Proconſul Cypri, credidiſſet; ab eo, quòd eum Chriſti fidei ſubégerat, ſortítus eſt nomen Paulus: & juncto ſibi Bárnabâ, multis úrbibus peragrátis; revertenſque Jeroſólymam, a Petro Jacobóque & Joanne Géntium Apóſtolus ordinátur. Et quia in Actibus Apoſtolórum pleniſſimè de ejus converſatióne ſcriptũ eſt, hoc tantùm dicam, quòd poſt Paſſiónem Dómini vigéſimo quinto anno, id eſt ſecundo Nerónis, eo témpore quo Feſtus Procurátor Judææ ſucceſſit Felíci, Romam vinctus míttitur: & biénnium in líbera manens custódia, adversùs Judæos de adventu Chriſti quotídie diſputávit. Sciendum autem in prima ſatisfactióne, necdum Nerónis império roboráto, nec in tanta erumpente ſcélera quanta de eo narrant hiſtóriæ, Paulum à Neróne dimiſſum, ut Evangélium Chriſti in Occidentis quoque pártibus prædicáret, ſicut ipſe ſcribit in ſecunda Epiſtola ad Timótheum. Hic décimo quarto Nerónis anno, eódem die quo Petrus, Romæ pro Chriſto cápite truncátus, ſepultus eſt viâ Oſtienſi, anno poſt Paſſiónem Dómini tricéſimo ſéptimo.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio VI. *Cap.* 14. 22.

Petrus in fluctibus ambulans.

In illo témpore: Compulit Jeſus diſcípulos aſcéndere in navículam, & præcédere eum trans

, donec dimítte-
as. Et réliqua.
a ſancti Hierónyi-
i Preſbyteri.
Matth. Lib. 2.
ſcipulis præcépit
ansfretáre, & cóm-
: aſcénderent naví-
: quo ſermóne oſ-
r invítos eos à Dó-
:ceſſiſſe, dum amó-
:ceptóris ne pun-
uidem témporis ab
unt ſeparári. Na-
autem in médio
ictabátur flúctibus:
um contrárius ven-
ectè quaſi inviti &
antes Apóſtoli à
io recéſſerant, ne
ſente naufrágia ſu-
nt. Dénique Dó-
in montis cacúmi-
mmorante, ſtatim
: contrárius óritur
oat mare, & peri-
:ur Apóſtoli: &
i ímminens naufrá-
perſevérat, quám-
:ſus véniat. Quartâ
vigíliâ noctis ve-
l eos ámbulans ſu-
are. Statiónes & vi-
militáres in terna
um ſpátia dividun-
Quando ergo dicit,
i vigíliâ noctis ve-
ad eos Dóminum,
dit totâ nocte peri-
os, & extrémo noctis
in conſummatióne
li eis auxílium præ-
um.

Oratio.

Deus, cujus déxtera beátum Petrum ambulantem in flúctibus, ne mergerétur, erexit; & coapóſtolum ejus Paulum tértiò naufragantem de profundo pélagi liberávit: exaudi nos propítius, & concéde, ut ambórum méritis æternitátis glóriam conſequámur; Qui vivis, &c.

DIE VII.

In Feſto

SANCTI PANTÆNI,

Preſbyteri Alexandrini.

Simplex.

De Communi unius Preſbyteri.

Lectio prima & ſecunda de Scriptura occurrente, ex tribus fiunt duæ.

LECTIO IV.

Ex Hier. lib. de viris illuſt. Cap. 36. & Euſeb. lib. 5. Cap. 10. 11.

Pantænus préſbyter, priùs Stóïcæ ſectæ Philóſophus, cujus pátriam deſignans Clemens Alexandrínus, apem Sículam vocat, quæ prophéticì & apoſtólici prati flores decerpens, ſincéram & incorruptam ingenerávit cognitiónem in eórum ánimis, qui ipſum audiébant. Magnæ fuit in ſacra & ſeculári litteratúra eruditiónis. Philoſophórum & hæreticórum dógmata diligéntiùs per-

ſcrutátus eſt, cujus exemplum ſequendum ſibi putávit Origenes, ne, ſi hæc ignoráret, ad eos convincendos imparátior inveniretur. Ejus multi in ſanctam Scriptúram Commentárii theſauros ſciéntiæ pôſteris dereliquérunt. Non minùs vivâ voce prófuit Ecclésiis; cœpit enim ſub Marco Aurélio præeſſe illi Alexandrínæ ſcholæ quæ ab Apoſtólicis tempóribus inſtitúta, per plura ſécula durávit. Alexandrum Jeroſolymórum Epíſcopum & Mártyrem, & Clementem Alexandrínum præcípuos hábuit diſcípulos, & hunc in Scripturárum ſchola ſucceſſórem. Orientálibus géntibus à Demétrio Evangélii prædicátor ordinátus, penetrávit uſque ad Indos, ibíque verè Apoſtólico ánimi ardóre Bracmanórum ſuperſtitióni Evangélicam fidem oppóſuit. Alexandríam reverſus, ſub Sevéro & Caracalla princípibus nóbilem vitam admirábili fine conclúſit.

Die x.

SS. SEPTEM FRATRUM ET FELICITATIS, Matris eorum, Martyrum.

Simplex.

De Communi plurium Martyrum.

Orat. Præſta, *ut infrà.*

Prima & ſecunda Lectio de Scriptura occurrente, ex tribus duæ.

Sermo ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 3. hab. in Baſil. S. Felicitatis die Natali ejus.

Lectio III.

Beáta Felícitas, cujus hódiè natalítia celebrámus, ſeptem fílios ſic poſt ſe tímuit vivos in carne relínquere, ſicut carnáles parentes ſolent metúere ne mórtuos præmittant. In perſecutiónis enim labóre deprehenſa, filiórum corda in amóre ſupernæ pátriæ prædicando roborávit: & parturívit ſpíritu, quos carne pepérerat; ut prædicatióne páreret Deo, quos carne pepérerat mundo. Numquid ergo hanc féminam mártyrem díxerim? Sed pluſquàm mártyrem; quæ ſeptem pignóribus ad regnum præmiſſis, tóties ante ſe mórtua, ad pœnas prima venit, ſed pervénit octáva. Optávit nullum poſt ſe relínquere, ne ſi quem habéret ſupérſtitem, non poſſet habére conſortem.

Oratio.

Præſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut qui glorióſos Mártyres fortes in ſua confeſſióne cognóvimus, pios apud te

ſtra intercesſióne
is ; Per Dómi-
ſtrum.

Die xxi.

In Feſto
I BENEDICTI,
Abbatis.

... duplex.

... unius Ab-
... : Omnípo-
xxviij.

... de Scriptura
...

... Dialogórum
... Gregórii Papæ.
... & ſequent.

Lectio IV.

... edictus liberióri
... ex província
... exortus, Romæ
... litterárum ſtú-
... ditus fuerat : ſed
... eis multós ire per
... vitiórum cérne-
... ſpectis litterárum
... relictâ domo re-
... patris, ſoli Deo
... desíderans, receſ-
... ter néſcius, & ſa-
... indoctus. Vir au-
... ei in arctíſſimam
... ſe trádidit, &
... annis, excepto Ro-
... Mónacho, homí-
... i incógnitus man-
... men ejus nihiló-
... per vicína loca
... t. Non longè au-
... onaſtérium fuit,
... ongregátio magnis
... , ut eis præeſſe
... pétiit ; qui diù
... diſtulit, ſed vi-
... iva. Carc.

ctus précibus aſſenſum de-
dit. Cumque in eódem
Monaſtério reguláris vitæ
cuſtódiam tenéret, nullí-
que, ut priùs, per actus
illícitos in déxteram læ-
vamque partem deflécte-
re à converſatiónis itíne-
re licéret ; tractáre de
ejus morte fratres áliqui
conáti ſunt, qui ínito
consílio venénum vino
miſcuérunt. Quâ re có-
gnitâ vir Dei ad locum
dilectæ ſolitúdinis rédiit,
& ſolus in ſuperni ſpe-
ctatóris óculis habitávit
ſecum. Tu autem, Dó-
mine, miſerére noſtri.

Lectio V.

Cum ſanctus vir diù
in eádem ſolitúdine
virtútibus ſigniſque ſuc-
créſceret, multi ab eo in
eódem loco ad omnipo-
tentis Dei ſunt ſervítium
congregáti : ita ut il-
lic duódecim Monaſtéria
conſtrúeret, in quibus
ſtatútis pátribus, duodé-
nos Mónachos deputávit.
Sed ob invídiam cujuſ-
dam Preſbyteri ejus vitæ
inſidiántis, paucis ſecum
Mónachis ablátis habita-
tiónem mutávit loci, &
Caſtrum Caſſínum pétiit.
Inter mirácula quibus in
mundo cláruit, doctrínæ
quoque verbo non me-
diócriter fulſit. Nam ſcri-
pſit Monachórum Régu-
lam diſcretióne præci-

puam, ſermóne luculentam: cujus ſi quis velit ſubtíliùs mores vitáque cognóſcere, poteſt in eádem inſtitutióne Régulæ, omnes magiſtérii actus inveníre; quia ſanctus vir nullo modo pótuit áliter docére, quàm vixit. Eódem anno quo de hac vita erat exitúrus, quibuſdam diſcípulis ſanctíſſimi ſui óbitûs denuntiávit diem. Ante ſextum verò ſui éxitûs diem aperíri ſibi ſepultúram jubet; qui mox correptus fébribus, cùm per dies ſíngulos languor ingravéſceret, ſextâ die portári ſe in oratórium à diſcípulis fecit: ibíque éxitum ſuum Domínici córporis & ſánguinis perceptióne munívit; atque inter diſcipulórum manus imbecilla membra ſuſtentans, erectis in cœlum mánibus ſtetit, & últimum ſpíritum inter verba oratiónis efflávit.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO VI. *Cap.* 19. *v.* 27.

Temporalium rerum relictio.

IN illo témpore; Reſpondens Petrus, dixit Jeſu: Ecce nos relíquimus ómnia, & ſecúti ſumus te: quid ergo erit nobis? Et réliqua.

Homília ſancti Paulíni Epiſcopi.

Epiſt. 2. *ad Sulp. Severum.*

BOna quæ nobiſcum non intulerámus in hunc mundum, nec poterámus auferre, quaſi mutuáta reddídimus; nec ut cutem à carne diſtráximus, ſed ut veſtem à córpore depoſúimus. Nunc opus eſt, ut quæ verè noſtra ſunt, dependámus Deo, hoc eſt, cor, & ánimam, & córpora noſtra, exhibentes in hóſtiam vivam. Quæ nobis grátia, ſi in aliéno tantùm fidéles fuérimus, niſi de próprio ſerviámus, id eſt, de líbero voluntátis arbítrio, ex toto corde noſtro diligentes Deum? Quamobrem temporálium bonórum relíctio, ſive diſtráctio, non decurſus ſtádii, ſed ingreſſus; nec ut meta, ſed ut jánua eſt: non enim tum vincit, cùm exúitur Athléta; qui ídeo nudátur, ut incípiat dimicáre; cùm legítimè certáverit, coronandus. Et natátor amnem interpóſitum ſuperatúrus exúitur; nec tamen tranſnatábit, niſi toto córporis niſu torrentis ímpetum ſcindat, & labórem natatiónis exháuriat. Tu autem, Dómine, miſerére noſtri.

℟. Deo grátias.

Die XIV.

In Feſto
BONAVENTURÆ,
Epiſcopi & Eccleſiæ
Doctoris.

Semiduplex.

Omnia ut in Communi
...nius Doctoris.
...ratio, Deus, qui pópu-
..., p. xxviij.
...ectiones de Scrip. occurr.

LECTIO IV.

...x S. Bonaventuræ vita
apud Surium.

BOnaventúra Balneo-
régii in Etrúria na-
...s, cùm infans incidiſſet
... vitæ perículum, vovit
...ater ipſíus, ſi inde eva-
...ſet, eum ſe religióni
...ti Franciſci dicatúram.
...ique anno ætátis vicé-
...mo ſecundo, in órdi-
...m fratrum Minórum
...ſcríbi vóluit: ubi Ale-
...ndro Alenſi magiſtro
...us), tantos progreſſus
...cit, ut ſéptimo pòſt an-
...o Libros ſententiárum
...ríſiis públicè interpretá-
...s ſit, & láuream docto-
...lem adeptus. Miniſter
...nerális ſéptimus poſt
...nctum Franciſcum ele-
...us, órdinem in provín-
...as cuſtodiaſque diviſit,
...ſingulárem in ejus ad-
...iniſtratióne prudéntiam
...ſollicitúdinem adhí-
...uit. Archiepiſcopátum
...oracenſem in Anglia,
...i à Clemente quarto
...látum, recusávit.

LECTIO V.

CUm autem Gregórius décimus Cleméntis ſucceſſor, Concílium generále Lugdúni indixiſſet; Bonaventúram ad ſe vocávit, ratus è bono Ecclésiæ fore, ſi Concílio non intereſſet modò, ſed étiam præeſſet; ideóque illum honóres licèt fugientem in Cardináliũ Collégium & in Epiſcopórum órdinem ſtatim cooptávit, novo eum propter exímias virtútes exemplo præfíciens Ecclésiæ Albanenſi, quæ non niſi antiquióribus Cardinálibus committi ánteà ſolébat. Hâc ille ampliſſimâ dignitáte auctus, in propugnandâ Cathólicâ fide & gerendis rebus difficillimis egrégiam in Concílio præſtitit óperam: pravas opiniónes acérrimè confutávit; ejúſque prudéntiâ, doctrínâ, & oratiónibus ſubláto ſchíſmatis diſsídio, Míchaël Palæólogus Græcórum Imperátor, orientaléſque natiónes ad Apoſtólicæ Sedis communiónem rediérunt. Migrávit è vita in eódem Concílio quinquaginta très annos natus, anno Chriſti milléſimo ducentéſimo ſeptuagéſimo quarto, décimâ quartâ Július; & poſt óbitum cláruit miráculis.

Multa ſcripſit in quibus lectórem ſic docendo áfficit, ut in íntimos ánimi receſſus penetráre videátur. Eum Sixtus quartus in Sanctórum númerum rétulit.

Lectio VI. Homil. ut pro S. Pontifice, in Com. Lect. pag. lxviij.

Die xvii.

In Feſto

SANCTI SPERATI, & Socior. ejus Mart.

Simplex.

Oratio, Exaudi nos, *pag.* xvij.

Ex Actis Mártyrum Scillitanórum.

Apud Baronium, anno 202.

Lectio III.

CArthágine præcepérunt Magiſtrátus aſtáre ſibi Sperátum & Sócios ejus, (qui Africánæ Eccléſiæ Protomártyres eſſe creduntur.) Aſtántibus eis Saturnínus Proconſul, dixit: Poteſtis véniam à dóminis noſtris Imperatóribus Sevéro & Antoníno promeréri, ſi conversi fuéritis ad deos noſtros. Sperátus dixit: Dóminum verum & regem adorámus. Saturnínus dixit: Jura per génium regis noſtri. Sperátus dixit: Ego Imperatóris mundi génium néſcio; ſed cœleſti Deo meo ſérvio. Sequenti die Saturnínus dixit Speráto: Perſeveras ut Chriſtiánus ſis? Sperátus dixit: Etiam, perſevéro. Audientes omnes qui cum illo retenti fuerant: conſenſérunt confeſſióni illíus. Proconſul dedit in eos senténtiam per exceptórem, dicens ſic: Sperátum, Nárzalem, Cittínum, Veturium, Felícem, Acyllínum, Lætántium, Januáriam, Generóſam, Veſtinam, Donátam & Secundam, Chriſtiános ſe eſſe confitentes, & Imperatóri honórem dare recuſantes, cápite truncári præcípimus. Hæc cùm eſſent ex tabellâ recitáta, Sperátus, & qui cum eo erant omnes, dixérunt: Deo grátias conférimus. His dictis, truncáta ſunt ſingulórum cápita menſe Július, die décimo ſéptimo. Beáti Sperári membra Lugdúnum ex Africa Cároli Magni témpore deláta, ſanctus Ado in Martyrológio teſtátur.

Die xviii.

In Feſto

SANCTI THOMÆ AQUINATIS, Eccleſiæ Doctoris.

Duplex-minus.

Omnia de Communi Doctorum, xxiv. *additis quæ ſequuntur. Oratio*, Deus, qui Eccléſiam. *infrà*, 535.

IN II. NOCTURNO, Lectiones de Scrip. occurr.

III. NOCTURNO.

ECTIO IV.

Homas, Landulfo Cómite Aquináte, ac órâ Cómitis Thea- iliâ nátus, quintum n agens, Caſſinári- Mónachis pietáte & s imbuendus trádi- nde Neápolim ſtu- m causâ miſſus, au- átis décimo octávo, Domínici Ordine ſus eſt. Quod cùm tes indignè ferrent, am Pariſiórum mít- Verùm in itínere ratrum per vim rap- n caſtrum paternæ is deductus eſt. Ibi à frátribus, tùm à bus váriè exagitá- uò ſanctum mutáret ſitum, eárum álteri iſit, ut, contemptis pompis, ſacris ſe ibus adjúngeret. rem quoque impu- , quæ ad labeſa- um ejus caſtitátem ucta fúerat, titióne it. E caſtro per fene- poſt biénnium ferè um emiſſus, Neá- redúcitur: unde m, póſteà Paríſios one Teutonico Or- Generáli ductus, tum iam Agrippínam eſt, ut Alberto o doctóre uterétur. s revocátus, poſt tas Petri Lombardi Senténtias, gradum Magiſtérii obtínuit. Summæ eruditióni acceſſit ſumma vitæ ſánctitas. Numquam ſe lectióni aut ſcriptióni dabat, niſi poſt oratiónem, ad quam in exponendis difficilióribus Scriptúræ locis, jejúnium adhibébat; dícere ſólitus, quidquid ſciret non tam ſe ſtúdio & labóre ſuo reperiſſe, quàm divínitùs tráditum accepiſſe. Nullum penè fuit ſcriptórum genus, in quo non eſſet diligentíſſimè verſátus; ac ne ex rerum ſubtiliórum inquiſitióne charitátis ardor tepéſceret, collatiónes Patrum aſſíduè pervolvébat.

LECTIO V.

SCripta ejus, & multitúdine, & varietáte, ac in rebus étiam intricatíſſimis perſpicuitáte ádeò excellunt, ut eam ob cauſam Doctóris Angélici nomen adeptus ſit. De Sacro-ſancto potíſſimùm Euchariſtiæ ſacramento multa piè non minùs quàm ſcitè conſcripſit, ac præter cætera illud célebre offícium, quod juſſu Urbáni quarti ordinávit. Delátum ſibi à Clemente quarto Archiepiſcopátum Neopolitánum conſtanter recuſávit. Miſſus à Gregório décimo ad Concílium Lugdunenſe, in itínere

morbo correptus, divertit in Monaſtérium Foſſanovenſe Ordinis Ciſterciensis in diœcéſi Terracinenſi; & in ipſo ingreſſu mortem præſéntiens, ait: Hæc réquies mea in ſǽculum ſǽculi; hìc habitábo, quóniam elégi eam. Tum rogátus à frátribus, expóſuit Cántica Canticórum. Deficiéntibus víribus, exhibéri ſibi pétiit Eccléſiæ ſacramenta. Priuſquam autem Viáticum ſuſcíperet, proſúſus in lácrymas ad præſéntiam Domínici Córporis, & aſſuétâ amóris Dei dulcédine liquefáctus, hæc verba protuliſſe refertur: Ego de ſanctiſſimo Córpore Dómini noſtri Jeſu Chriſti, & áliis Sacramentis multa dócui, multa ſcripſi in fide Jeſu Chriſti, & ſanctæ Románæ Eccléſiæ, cujus correctióni cuncta ſubjício. Recepto deinde Viático, & áliis Eccléſiæ Sacramentis, tértio die obdormívit in Dómino, anno ætátis quadragéſimo nono, Chriſti verò milléſimo ducentéſimo ſeptuagéſimo quarto. Clarus miráculis, à Joanne vigéſimo ſecundo Sanctis aſcriptus eſt, décimo quinto Kalendas Auguſti, anno milléſimo trecentéſimo vigéſimo tértio. Anno autem milléſimo trecentéſimo ſexagéſimo nono, juſſu Urbáni quinti, bráchium ejus dextrum Paríſios ad ſanctum Jacóbum Prædicatórum, réliquum corpus Tolóſam tranſlátum eſt.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO VI. *Cap.* 5. 13.

Sal terræ; lux mundi.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Vos eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal evanúerit, in quo ſaliétur? Ad níhilum valet ultrà, niſi ut mittátur forás, & conculcétur ab homínibus. Vos eſtis lux mundi. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 17. *in Evang.*

PRæcónes ventúri júdicis ſumus. Quis ergo ventúrum júdicem núntiet, ſi præco tacet? Proinde conſiderandum nobis eſt, ut, in quantum valet quiſque, vel in quantum ſúfficit, & terrórem ventúri judícii, & dulcédinem regni ſuſceptæ Eccléſiæ inſinuáre contendat. Et quia unâ eâdemque exhortatiónis voce non ſúfficit ſimul cunctos admonére; debet ſíngulos, in quantum valet, inſtrúere, privátis locutiónibus ædificáre,

exhortatióne ſímplici, fructum in filiórum ſuórum córdibus quærere. Debémus namque penſáre continuò, quod ſanctis Apóſtolis dícitur, & per Apóſtolos nobis: Vos eſtis ſal terræ. Si ergo ſal ſumus, condíre mentes fidélium debémus. Curáre namque ſacerdótem neceſſe eſt quæ ſíngulis dicat, unumquemque quáliter admóneat; ut quiſquis ſacerdóti júngitur, quaſi ex ſalis tactu, ſapóre vitæ ætérnæ condiátur. Sal étenim terræ non ſumus, ſi corda audiéntium non condímus. Quod profectò condimentum illo veráciter próximo impendit, qui prædicatiónis verbum non ſúbtrahit: ſed tunc verè áliis recta prædicámus, ſi dicta rebus & exemplis oſténdimus.

Oratio.

Deus, qui Eccléſiam tuam beáti Thomæ Doctóris mirâ eruditióne clarificas, & ſanctâ operatióne fœcundas: da nobis, quæſumus, & quæ dócuit intellectu conſpícere, & quæ egit imitatióne complére; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus ſancti Deus, per ómnia, &c.

Die xix.

In Feſto SANCTI ARSENII, Solitarii.

Simplex.

Omnia de Communi unius Monachi.

Oratio, Deus qui nos. xxxix.

Lectio prima & ſecunda de Scriptura occurr. ex tribus fiunt duæ.

Lectio III.

Ex Vitis Patrum.

Arſénius, Románæ Eccléſiæ Diáconus, à Dámaſo ad Theodóſium Magnum miſſus eſt, ut Arcádii ſtúdiis præficerétur. In Imperatório palátio ad annum ætátis quadragéſimum magno in prétio fuit. Sed dum de ſalúte ánxius, viam quâ ſalvarétur ſibi péteret oſtendi, hæc audíre verba ſibi viſus eſt: Arſéni, fuge hómines. Fugit ígitur in Scetin Ægypti ſolitúdinem; ibíque orans, íterùm audit: Fuge, tace, quieſce. Hæc illi deinceps vivendi rátio per annos quinquaginta quinque. Ab homínibus remótus, non ſecum ſed cum Deo & cum Angelis verſabátur, & prióris vitæ delícias arctióris vitæ auſteritáte, jejúniis, & continuis lácrymis expiábat. His ſe verbis ſemper interpellábat: Arſéni, ad quid ve-

niſti? Locútum me fuiſſe, inquiébat, ſæpe pœnituit, tacuiſſe nunquam. Sceti à Mazicis vaſtatâ, primò Canópum, mox Thohen contra Memphim ſe recépit, ubi annum agens nonagéſimum quintum, lugendi ſe ſimul ac vivendi finem fecit. Cùm enim eum jam in extrémis flentem animadvertiſſent duo, quos habébat, diſcípuli: An tu, aiunt, pater, mortem formídas? Et ille: Verè, inquit, & valdè formído; neque unquam, ex quo mónachum indui, hic à me abſceſſit timor.

DIE XXI.

In Feſto

SANCTI VICTORIS, Martyris.

Semiduplex.

De Communi unius Martyris præter Lectiones & Orat.

IN II. NOCTURNO.

Legitur de Scriptura occurrente.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Apud Ruinart ad annum 290.

VIctor miles in perſecutióne Diocletiáni & Maximiáni, cùm idólis ſacrificáre nollet, præfectórum tribunálibus oblátus eſt: ibíque Chriſtum líberè confeſſus, quia vir nóbilis erat, Maximiáni Imperatóris audiéntiæ reſervátus eſt. Hic fruſtrà tam blandítiis, quam terróribus adhíbitis, ut eum ad ſacrifícia perurgéret, loris ligátum, retortis bráchiis, & pedes fune conſtrictum, per médiam civitátem trahi præcépit. Tum ad tribunália præfectórum reductus, dum alter álterum crudelitáte víncere nititur, recedente Eutychio qui primus aggreſſus mártyrem fúerat, Aſtérii juſſu, cujus tandem eſt poteſtáti tráditus, fúſtibus crudeliſſimè cæſus, deinde ſuſpenſus, & tætris cruciátus, cùm exhíbitam ſibi aram in qua ſacrificáret, calce excuſſiſſet, pedem ei Præſes abſcindi juſſit.

LECTIO V.

CUm autem in confeſſióne conſtans permanéret, ſubjectus molæ piſtrináriæ, atque ita contrítus, martyrium conſummávit. Paſſi ſunt cum eo tres mílites, Alexander, Feliciánus, & Longínus: qui dum eum noctu in cárcere cuſtodírent, inſólito fulgóre percúlſi quem illuc ventitantes Angeli emittébant, credidérunt in Chriſtum, & eâdem nocte in mari baptizáti ſunt, ſequenti verò die ante conſumma-

[…]tiónem beáti Mártyris gládio juguláti. Quorum córpora unà cum beáti Victóris córpore in mare demerſa, líttori réddita ſunt, & à Chriſtiánis ſepulta. Eo in loco Caſſiánus ſancti Chryſóſtomi diſcípulus duo monaſtéria, unum virórum, mulíerum álterum, ſancti Victóris nómine conſtruxit.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

LECTIO VI. *Cap.* 12. 24.

Granum frumenti mortuum.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Amen, amen dico vobis; niſi granum frumenti cadens in terram mórtuum fúerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mórtuum fúerit, multum fructum affert. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Enarr. in Pſalm. 59.

NIſi granum cáderet in terram, non multiplicarétur; ſolum remaneret. Cécidit ergo in terram Chriſtus in Paſſióne; & ſecúta eſt fructificátio in Reſurrectióne. Pendébat, & contemnebátur: granum erat intùs; habébat vires trahendi poſt ſe ómnia. Quómodo in grano númeri ſéminum latent, abjectum néſcio quid appáret óculis; ſed vis convertens in ſe matériam, & próferens fructum, abſcóndita eſt: ſic in Chriſti cruce abſcóndita erat virtus, apparébat infírmitas. O magnum granum! Certè infirmus eſt pendens; certè ante illum caput plebs illa agitávit; certè dixérunt, Si Fílius Dei eſt, deſcendat de Cruce. Audi fortitúdinem ejus: Quod infirmum eſt Dei, fórtius eſt homínibus. Méritò tanta fructificátio conſecúta eſt. Hæc mea eſt, dicit Ecclélia. Grátias grano trítici, quia mori vóluit, & multiplicári; grátias único Fílio Dei Dómino & ſalvatóri noſtro Jeſu Chriſto, qui mortem noſtram ſubíre non dedignátus eſt, ut nos vitâ ſuâ dignos fáceret. Ecce, qui ſinguláris erat donec transíret, ſicut dixit in Pſalmo: Singuláris ego ſum donec tránſeam; quia ſic erat ſinguláre granum, ut in ſe habéret magnam multitúdinis fœcunditátem; in quantis granis paſſiónem ejus imitántibus exultámus, quando natalítia mártyrum celebrámus?

Oratio.

COntere, Dómine, ſátanam ſub pédibus noſtris, qui beáto Victóri

Mártyri tuo in confeſſióne tui nóminis cultum dæmoniórum calcáre tribuiſti; Per Dóminum noſtrum.

Die xxii.

In Feſto

Sanctæ Mariæ Magdalenæ.

Duplex-majus.

Pſalmi de Feria.

IN I. VESPERIS.

Ant. Jeſus iter faciébat 4. E. per civitátes & caſtella, prædicans & evangelízans regnum Dei; & Duódecim cum illo. *Luc.* 8. 1.

Ant. 2. D. Mulíeres, inter quas erat María Magdaléne, cùm eſſet Jeſus in Galilæa, ſequebantur eum. *Marc.* 15. 40. 41.

Ant. 7. d. Erant curátæ à ſpirítibus malignis & infirmitátibus; & miniſtrábant ei de facultátibus ſuis. *Luc.* 8. 2. 3.

Ant. 1. D. De María Magdaléne Jeſus ejécerat ſeptem dæmónia. *Marc.* 16. 9.

Ant. 8. G. Ejiciébat ſpíritus verbo, & omnes malè habentes curávit. *Matth.* 8. 16.

Capitulum. Tob. 11. 17.

Benedíco te, Dómine, Deus Iſraël, quia tu caſtigaſti me, & tu ſalvaſti me.

℟. Jeſum à Názareth unxit Deus Spíritu ſancto
& virtúte: * Qui
ſiit † Benefacien
nando omnes op
diábolo. *Act.* 10.
greſſus es, Dóm
ſalútem pópuli tui
lútem cum Chri
Hab. 3. 13. * Q
tránſiit. ℣. Glóri
nefaciendo.

Hymnus. S.

PRocul mali
te ſpíritus,
Nunc imperanti
Númini
Feſſamque diri
dalénam
Párcite nunc agi
nis.

Christi jube
mine térriti
Fugère ſeptem:
réddita
Te, Chriſte, c
tur unum,
Et mémori tib
ſervit.

Quin & cruent
be péndulo
Chriſto litábat m
lóribus:
Quàm vellet
Magiſtri
Sola graves
pœnas!

Miscere fle
guinis æmu
Non ceſſat, aſtan
ma víctimæ
Chriſtus ſilendo
pendit:
Quàm mélius
hinc amante

ſumma Patri,
mæque Filio :
a puro laus quo-
Flámini,
e quo ſemper ca-
unt
iis pia corda
mis.
nen.
on timébis à ti-
turno, ℟. A ſa-
nte in die. Pſal.

gníf. Ant. 6. C.
t hoc verbum,
oteſtáte & virtú-
t immundis ſpi-
& éxeunt? Luc.

, infrà ad Lau-

mmemoratio ſan-
is, Ant. Factus.
at. xij.
, Cóntere, ſu-

ICIUM NOCT.
Deum qui mani-
diligéntibus eum,
, adorémus. Joan.

ius, Veníte.
us. G. Ep. S.
's Magiſtri ſáu-

æſta largos fún-
et
tus, ácrior
n pœnis amor.
turba, non vetat
cis
ıc diræ ſcánda-
n,

Inter furentes quærere
Ligno peremptum milites.

Quis tantus ignáram labor
Exercet? extinctam doles
In morte vitam: quid gemis,
Mors ipſa cùm victrix cadit?

En ille quem luges amans,
Præſens reſumpto córpore,
Notis amantem te redux
Primam ſalútat vócibus.

O ſi beátos tángere,
O ſi tenére fas pedes!
Sed hic perennis non datur
Guſtáre vitæ gáudia.

Impleta nunc Apóſtolam
Promiſſa te primam choro
Apoſtolórum grándia
Jubent referre núntia.

Deo Patri ſit glória,
Ejuſque ſoli Fílio,
Sancto ſimul cum Spíritu,
Nunc & per omne ſéculum. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. D. Non extinguétur in nocte lucerna ejus. Prov. 31. v. 18.

Ant. 2. D. Habébit fructum in reſpectióne animárum ſanctárum. Sap. 3. v. 14.

Ant. 3. g. Deus miſéricors, Deus tuus eſt; non dimittet te. Deut. 4. v. 30. 31.

℣. Exultent filiæ Judæ, ℟. Propter judícia tua, Dómine. *Pſ.* 47. 12.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Poſt j. Lect. ℟. María quæ vocátur Magdaléne, de qua ſeptem dæmónia exíerant, & áliæ mulíeres, * Miniſtrábant Jeſu de facultátibus ſuis. *Luc.* 8. *v.* 2. 3. ℣. Hæc eſt generátio quæréntium fáciem Dei Jacob. *Pſ.* 23. *v.* 6. * Miniſtrábant.

Poſt ij. Lect. ℟. Fortis eſt ut mors diléctio: lámpades ejus, lámpades ignis atque flammárum; * Aquæ multæ non potuérunt extínguere charitátem. *Cant.* 8. 6. 7. ℣. Stabant juxta crucem Jeſu mater ejus, & ſoror matris ejus María Cléophæ, & María Magdaléne. *Joan.* 19. 25. * Aquæ.

Poſt iij. Lect. ℟. Accepto Joſeph córpore Jeſu, póſuit illud in monumento ſuo, & ábiit: * Erat ibi Magdaléne, & áltera María, ſedentes contra ſepulcrum. *Matt.* 27. 59. 60. 61. ℣. Abjecérunt in terram cápita ſua vírgines Jerúſalem. *Thren.* 2. 10 * Erat. ℣. Glória. * Erat.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Dóminus Deus Iſraël, ipſe eſt poſſeſſio ejus. *Joſ.* 13. 33.

Ant. 5. C. Abundáre te fáciet Dóminus Deus tuus in cunctis óperibus mánuum tuárum. *Deut.* 30. *v.* 9.

Ant. 6. F. Dóminus Deus tuus ignis consúmens eſt, Deus æmulátor. *Deut.* 4. *v.* 24.

℣. Regnábit Dóminus in ſécula Deus tuus, ℟. In generatiónem & generatiónem. *Pſ.* 145. 10.

Sermo ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 25. *in Evang.*

LECTIO IV.

María Magdaléne, poſtquam venit ad monumentum, ibíque corpus Domínicum non invénit, ſublátum crédidit, atque diſcípulis nuntiávit. Qui venientes, vidérunt; atque ita eſſe ut múlier díxerat, credidérunt. Et de eis prótinus ſcriptum eſt: Abiérunt ergo diſcípuli ad ſemetipſos. Ac deinde ſubjúngitur: María autem ſtabat ad monumentum foris, plorans. Quâ in re penſandum eſt hujus mulíeris mentem quanta vis amóris accénderat, quæ à monumento Dómini, étiam diſcípulis recedéntibus, non recedébat. Exquirébat quem non invénerat: flebat inquirendo, & amóris ſui igne ſuccenſa, ejus quem ſublátum crédidit, ardébat

[illegible]ſidério. Unde cóntigit
[illegible] eum tunc ſola vidéret,
[illegible] remánſerat ut quære-
[illegible]: quia nimírum virtus
boni óperis, perſeverán-
[illegible] eſt; & voce Veritátis
[illegible]citur: Qui perſeveráve-
rit uſque in finem, hic
ſalvus erit.

℟. Unâ sábbati María Magdaléne * Venit manè, cùm adhuc ténebræ eſſent, ad monumentum, & vidit lápidem ſublátum à monumento. *Joan.* 20. 1. ℣. Bene conſurgit dilúculo, qui quærit bona. *Prov.* 11. 27. * Venit.

LECTIO V.

SEd María cùm fleret, inclinávit ſe, & proſpexit in monumentum. Certè jam monumentum vacuum víderat, jam ſublatum Dóminum nuntiáverat: quid eſt quòd ſe iterùm inclínat, íterùm videre desíderat? Sed amanti ſemel aſpexiſſe non ſufficit; quia vis amóris intentiónem multíplicat inquiſitiónis. Quæsívit ergo priùs, & mínimè invénit: perſeverávit ut quæreret, unde & cóntigit ut inveníret: actumque eſt ut desidéria diláta créſcerent, & creſcéntia cáperent quod inveniſſent. Sancta enim deſidéria dilatióne creſcunt; ſi autem dilatióne deficiunt, deſidéria non fuérunt. Hoc amóre arſit quiſquis ad veritátem pertíngere pótuit. Hinc Ecclésia in Cánticis Canticórum dicit: Vulneráta charitáte ego ſum. Hinc rurſus ait: Anima mea liquefacta eſt, ut dilectus locútus eſt.

℟. Abiérunt íterùm diſcípuli ad ſemetipſos; María autem * Stabat ad monumentum foris, plorans. *Joan.* 20. 10. 11. ℣. Non conſolábitur, & non diſcédet donec Altíſſimus aſpíciat. *Eccli.* 35. 21. * Stabat.

LECTIO VI.

MEns namque hóminis, Conditóris ſui ſpéciem non quærentis, malè dura eſt; quia in ſemetipſa rémanet frígida. At ſi ardére jam ex deſidério cœperit ad ſequendum quem díligit, liquefacta per ignem amóris currit. Fit deſidério ánxia: viléſcunt in ſǽculo cuncta quæ placébant: nihil eſt quod extra Conditórem líbeat; & quæ priùs delectábant ánimum, fiunt póſtmodùm vehementer oneróſa. Nihil ejus mœſtítiam conſolabátur, quouſque adhuc qui deſiderátur, non aſpícitur. Mœret mens, lux ipſa faſtídio eſt. Iſta ítaque quæ ſic amat, ſe ad monumentū quod perſpéxerat, iterùm inclínat.

℟. Dum fleret, proſpexit in monumentum, & vidit duos Angelos. * Dicunt ei illi: Múlier quid ploras? † Dicit eis: Quia tulérunt Dóminum meum. *Joan.* 20. 12. ℣. Plorans plorávit in nocte, & lácrymæ ejus in maxillis ejus. *Thr.* 1. *v.* 2. * Dicunt. ℣. Glória. † Dicit eis.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. *D.* Silébit Dóminus in dilectióne ſua, exultábit ſuper te in laude. *Soph.* 3. *v.* 17.

Ant. 7. d. Dóminus Deus in médio tuî fortis; ipſe ſalvábit. *Soph.* 3. *v.* 17.

Ant. 8. *c.* Igitur ipſe eſt vita tua & longitúdo diérum. *Deut.* 30. *v.* 20.

℣. Corónat te Dóminus in miſericórdia, ℟. Et miſeratiónibus. *Pſ.* 102. *v.* 4.

De Cántico Canticórum.

LECTIO VII. *Cap.* 3. *v.* 1.

Ardor in Deum.

IN léctulo meo per noctes quæſívi quem díligit ánima mea: quæſívi illum, & non invéni. Surgam, & circuíbo civitátem: per vicos & platéas quæram quem díligit ánima mea: quæſívi illum, & non invéni. Invenérunt me vígiles, qui cuſtódiunt civitátem: Num quem díligit ánima mea, vidiſtis? Páululùm cùm pertranſiſſem eos, invéni quem díligit ánima mea: ténui eum, nec dimittam.

℟. Quò ábiit diléctus tuus, ô pulchérrima mulíerum? * Quò declinávit diléctus tuus? & quærémus eum tecum. *Cant.* 5. *v.* 17. ℣. In prima Sábbati venit María Magdaléne. *Matth.* 28. *v.* 1. * Quò.

LECTIO VIII.

Cap. 4. *v.* 1.

Pulchritudo animæ Deum amantis.

QUàm pulchra es, amíca mea, quàm pulchra es! Oculi tui columbárum, abſque eo quod intrínſecùs latet. Capilli tui ſicut greges caprárum, quæ aſcendérunt de monte Gálaad. Dentes tui ſicut greges tonsárum, quæ aſcendérunt de lavácro, omnes gemellis fœtibus, & ſtérilis non eſt inter eas. Sicut vitta coccínea, lábia tua: & elóquium tuū dulce. Sicut fragmen mali púnici, ita genæ tuæ, abſque eo quod intrínſecùs latet. Sicut turris David collum tuum, quæ ædificáta eſt cum propugnáculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatúra fórtium.

℟. María inclinávit ſe, * Et vidit duos Angelos in albis ſedentes, unum

nt, & unum ad pe-
ibi póſitum fúerat
Jeſu. *Joan.* 20. *v.*
. Præ ſollicitúdine
:re non pótuit. *Jer.*
. * Et vidit.
ſancti Evangélii
ndùm Joannem.
o IX. *C.* 20. *v.* 11.
dalene ad monu-
mentum.
lo témpore; María
ıt ad monumentum
plorans. Et réliqua.
ia ſancti Auguſtini
Epíſcopi.
oan. Tract. 121.
látum eſſe Dómi-
n de monumento,
llis ejus nuntiáverat
Magdaléne: quò
ıientes, invenérunt
inteámina quibus
fúerat involútum.
nt ergo ad ſemet-
iſcípuli, id eſt, ubi
bant, & unde ad
nentũ cucúrrerant.
autem ſtabat ad
nentum foris, plo-
/iris enim recedén-
infirmiórem ſexum
lem loco fórtior fi-
affectus; & óculi
minum quæſíerant,
n invénerant, lá-
; jam vacábant, ám-
lolentes quòd fúe-
monumento ablá-
ıuàm quòd fúerat in
occíſus; quóniam
:ri tanti, cujus eis
btracta fúerat, nec
memória remanébat. Te-
nébat ítaque ad monu-
mentum jam dolor iſte
mulíerem. Dicit ei Jeſus:
Noli me tángere. Aut ſic
dictum eſt, Noli me tán-
gere, nondum enim aſ-
cendi ad Patrem meum;
ut in illa fémina figuraré-
tur Eccléſia de Géntibus,
quæ in Chriſtum non cré-
didit, niſi cùm aſcendiſ-
ſet ad Patrem: aut ſic in
ſe credi vóluit Jeſus, hoc
eſt, ſic ſe ſpirituáliter tan-
gi, quòd ipſe & Pater
unum ſint. Ejus quippe
íntimis ſénſibus quodám-
modo aſcendit ad Patrem,
qui ſic in eo profécerit ut
Patri agnoſcat æquálem.
Aliter non rectè tángitur,
id eſt, áliter non rectè in
eum créditur.

℟. Converſa eſt retror-
sùm, & vidit Jeſum ſtan-
tem, * Et non ſciébat
María † Quia Jeſus eſt.
Joan. 20. 14. ℣. Fratres
ipſe cognoſcens, non eſt
cógnitus ab eis. *Gen.* 42.
v. 8. * Et non. ℣. Glória.
† Quia.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Séminant in
lácrymis, ℟. In exulta-
tióne metent. *Pſ.* 125. *v.* 5.

Ant. 8. G. SUrgens Jeſus ma-
nè primâ Sábbati,
appáruit primò Maríæ
Magdaléne. *Marc.* 16. *v.* 9.

Ant. 3. à. Illa vadens

nuntiávit his qui cum eo fuerant lugéntibus & flén-tibus. *Ibid. v.* 10.

Ant. 4. a. Recordátæ ſunt mulíeres verbórum Jeſu. *Luc.* 24. *v.* 8.

Ant. 7. a. Erat autem María Magdaléne, & Joanna, & María Jacóbi, & cæteræ quæ cum eis erant. *Ibid.* 10.

Ant. 1. *f.* Regreſſæ à monumento nuntiavérunt illis úndecim & cæteris ómnibus. *Ibid. v.* 9.

Capitulum. Prov. 8. 17.

EGo diligentes me díligo; & qui manè vígilant ad me, invénient me.

Hymnus. S. V.

MAria ſacro ſáucia vúlnere,
Non jam dolendum quid Dóminum doles?
Semper renaſcens hic amóris
Unde tibi violentus ardor?

QUEM quæris ipſo fúneris in ſinu,
Victo triumphat fúnere clárior.
Vivit: retecto jam ſepulcro,
Ecce jacent revolúta ſaxa.

MYRRHAM quid affers, vanaque bálſama?
Hæc luce functis débita múnera:
Mox ille donandos Olympo
Non eget his redivivus artus.

INGENS amantem te dolor índicat;
Amans viciſſim ſe Deus óbtulit:
Agnoſce vocem tu Magiſtri
Nómine te próprio vocantis.

TU prima teſtis, primaque núntia,
Velox in urbem prótinus ádvola;
Chriſtíque nutantes Miniſtros
Plena Deo propióre firma.

LAUS ſumma Patri, ſummaque Fílio:
Sit ſumma puro laus quoque Flámini,
Afflante quo ſemper caleſcunt
Æthéreis pia corda flammis. Amen.

℣. Magna eſt glória ejus, ℟. In ſalutári tuo, Dómine. *Pſ.* 20. *v.* 5. 6.

Ad Benedict. *Ant.* 6. F. Venit María Magdaléne núntians diſcípulis: quia vidi Dóminum. *Joan.* 20. 18.

Oratio.

DEus, cujus Unigénitus poſt reſurrectiónẽ ſuam primò Maríæ Magdalénæ appáruit; præſta, quæſumus, ut ejus interceſſióne, eumdem in déxtera tua ſedentem vidére mereámur, Dóminũ, &c.

AD PRIMAM.

Ant. 8. G. Surgens Jeſu.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Illa vadens.

Capitulum. Sap. 6. *v.* 17.

SApiéntia dignos ſe ipsâ circuit quærens, in viis oſtendit ſe hilariter, & in omni providéntiâ occurrit illis.

℟. *br.* Exaltáre, Dómine, * In virtúte tua. *Repet.* Exaltáre. ℣. Cantábimus & pſallémus.*In. Glória. *Repet.* Exaltáre. *Pſ.* 20. *v.* 14.

℣. Lætábimur in ſalutári tuo, ℟. Et in nómine Dei noſtri magnificámur. *Pſ.* 19. *v.* 6.

AD SEXTAM.

Ant. 4. a. Recordátæ ſunt.

Capitul. Sap. 6. 13. 14.

SApiéntia fácilè vidétur ab his qui díligunt eam, & invenítur ab his qui quærunt illam. Præóccupat qui ſe concupiſcunt, ut illis ſe prior oſtendat.

℟. *br.* Recordátus eſt Dóminus * Miſericórdiæ ſuæ. *Repet.* Recordátus. ℣. Et veritátis ſuæ. * Miſericórdiæ ſuæ. ℣. Glória. *Rep.* Recordátus. *Pſ.* 20. 6.

℣. Jubiláte Deo, omnis terra; ℟. Cantáte,& exultáte, & psállite. *Pſ.* 97. *v.* 5.

AD NONAM.

Ant. 1. *f.* Regreſſæ.

Capitulum. Tob. 12. 7.

SAcramentum regis abſcóndere bonum eſt; ópera autem Dei reveláre & confitéri, honorificum eſt.

℟. *br.* Magnificávit Dóminus, * Fácere cum eis. *Repet.* Magnificávit. ℣. Magnificávit Dóminus fácere nobiſcum. * Fácere. ℣. Glória. *Repet.* Magnificávit. *Pſ.* 125. 3.

℣. Apud Dóminum miſericórdia, ℟. Et copióſa apud eum redémptio. *Pſ.* 129. *v.* 7.

AD II. VESPERAS.

Antiphona de Laudibus.

Capitulum. Act. 10. 39. 40.

QUem occidérunt ſuſpendentes in ligno, hunc Deus ſuſcitávit tértiâ die, & dedit eum manifeſtum fieri.

Hymnus, MARIA ſacro, *ut ſuprà ad Laudes.*

℣. Non dereliquiſti quærentes te, Dómine: ℟. Psállite Dómino. *Pſ.* 9. *v.* 11.

Ad Magníf. *Ant.* 5. D. Erant Apóſtoli perſeverantes unanímiter in oratióne cum muliéribus. *Act.* 1. 14.

Oratio, *ut ſuprà ad Laudes.*

Fit Commem. S. Apollinaris Episc. & Mart.

Ant. Pro certo. ℣. Juſtus. vij. *Orat.* Deus. *infrà.*

Die xxiii.

In Feſto S. APOLLINARIS, Epiſcopi & Martyris.

Simplex.

Sermo ſancti Petri Chrysólogi.

Serm. 128.

Lectio III.

BEátus Apollináris primo ſacerdótio ſolus hanc Eccléſiam Ravennátem vernáculo atque ínclyto martyrii honóre decorávit. Nec eum quiſquam Confeſlóris vocábulo, minórem credat eſſe quàm Mártyrem, quem Dei nutu quotidiánum & multíplicem reverſum cónſpicit ad agónem. Audi Paulum dicentem: Quotídie mórior. Semel mori parum eſt eum qui poteſt Regi ſuo glorióſam ſæpe de hóſtibus referre victóriam. Non tam mors, quàm fides & devótio, mártyrem facit: & ſicut virtútis eſt, in ácie, in conflictu pro re amáta ſuccúmbere; ita perfectæ virtútis eſt diu ágere, & conſummáre certámina. Injécit tela quæ pótuit, & ómnia armórum ſuórum génera cállidus exégit inimícus; nec tamen fortíſſimi ductóris movére mentem pótuit, aut temeráre conſtántiam. Feſtinábat Chriſtus ad Mártyrem; Martyr ſuum feſtinábat ad Regem. Sed ut propugnatórem ſuum ſibi Eccléſia ſancta retinéret, Chriſto vehementer occurrit; ut vincenti juſtítiæ reſerváret corónam; & ſibi, belli témpore, præliatóris ſui præſéntiam condonáret. Fundébat ſæpè Confeſſor ſánguinem ſuum; ſuiſque vulnéribus, fide mentis ſuæ teſtabátur auctórem. Cœlum ſuſpíciens, carnem deſpiciébat & terram. Vicit tamen, ténuit, & à ſuo deſidério retardári Mártyrem ténera adhuc Eccléſiæ impetrávit infántia. Et quid plura, fratres? Egit, egit Eccléſia ſancta mater, ut nuſquam à ſuo ſepararétur Antíſtite. Ecce vivit, ecce ut bonus paſtor ſuo médius aſſiſtit in grege; nec umquam ſeparátur ſpíritu, qui córpore præceſſit ad tempus. Præceſſit, dico, hábitu: cæterùm ipsâ inter nos córporis ſui habitatióne quieſcit. Extinctus eſt diabolus, perſecútor occúbuit: ecce regnat & vivit qui pro Rege ſuo deſiderávit occídi.

Oratio.

DEus, qui hunc diem beáti Apollináris Sa-

[...]erdótis tui martyrio con[...]ſecraſti: tríbue nobis fa[...]mulis tuis, ut cujus venerandam celebrámus feſtivitátem, précibus ejus indulgéntiam conſequámur; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum.

Die xxv.

In Feſto

SANCTI JACOBI,

(*Zebed.*) Apoſtoli.

Duplex majus.

Omnia de Communi Apoſtolorum, præter ea quæ hic habentur propria.

Pridie ad Magníficat, *Ant.* J. Procédens Jeſus, vidit Jacóbum & Joannem fratrem ejus in navi, cum Zebedæo patre eórum, reficientes rétia ſua; & vocávit eos: illi autem relíctis rétibus, & patre, ſecúti ſunt eum. *Matth.* 4. *v.* 21.

Oratio, Omnípotens. *p.* 549.

Fit Commem. S. Chriſtophori, Martyris, Ant. Pro certo. ℣. Juſtus. vij. *Orat.* Adeſto. xj.

IN I. NOCT. Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Ex Evangelio Act. Apoſt. & Scriptoribus Eccleſiaſticis.

JAcóbus Zebedæi fílius, Joannis Apóſtoli frater, natióne Galilæus, vocátus à Chriſto cum fratre, relícto patre cum mercenáriis, & rétibus, ſecútus eſt Dóminum; qui impóſuit utríque nomen Boanerges, quod eſt Filii tonitrui. Is unus fuit ex tribus Apóſtolis quos Salvátor máximè diléxit, voluitque intereſſe miráculo, cùm Jáiri Archiſynagógi filiam à mórtuis excitávit. Eum étiam cum Petro & Joanne aſſumpſit Chriſtus teſtem ſuæ Transfiguratiónis. Ambitióſæ illius petitiónis occaſióne, quâ fratres ambo Dóminum rogábant, ut alter ad déxteram ejus, alter ad ſiniſtram in glória ſedéret, ſuam Chriſtus, eorumque Paſſiónem prædixit his verbis: Cálicem quem ego bibo, bibétis; & baptiſmo quo ego baptízor, baptizabímini.

Lectio V.

JAcóbum quoque cum Petro & Joanne aſſumpſit Chriſtus, cùm éxiit in montem Olivéti, Patrem rogatúrus ántequam à Judæis apprehenderétur; & poſt Reſurrectiónem appáruit eídem cum Petro, & áliquot áliis piſcántibus ad mare Tiberíadis. Quamvis autem hos tres Petrum, Jacóbum & Joannem Dómi-

nus per tot ſigna cæteris prætuliſſet, non tamen, inquit Clemens Alexandrinus, poſt Servatóris aſcenſum de primo honóris gradu inter ſe contendérunt, ſed Jacóbum, cognómine Juſtum, Hieroſolymórum Epiſcopum elegérunt. Duódecim verò tribubus quæ erant in diſperſióne Jacóbus Zebedæi prædicator deſtinátus fuiſſe tráditur. Sed ántequam ab Hierosólymis diſcéderet, Heródes, ut Judæis ſe gratum exhibéret, Jacóbum in civitáte Evangélium Chriſti prædicantem, in ipſo Azymórum die, cápitis condemnávit. Hunc in virginitáte uſque ad mortem permanſiſſe refert Epiphánius. Ejus corpus Compoſtellam in Hiſpánia tranſlátum magnâ veneratióne cólitur; conveniéntibus eò religiónis & voti causâ, ex toto terrárum orbe peregrínis. Cæterùm memória ipsíus natális hodierno die, qui Tranſlatiónis dies eſt, ab Ecclésia celebrátur; cùm ipſe, circa Feſtum Paſchæ, primus Apoſtolórum Hierosólymis profúſo sánguine teſtimónium Jeſu Chriſto déderit. Tu autem, Dómine, miſerére noſtri.

℟. Deo grátias.

Ex libro ſéptimo Hypotypóſeon ſancti Clementis Preſbyteri Alexandrini.

Euſ. hiſt. Eccleſ. Lib. 2. Cap. 9.

LECTIO VI.

IS qui Jacóbum judício obtúlerat, cùm illum vidiſſet Chriſti fidem líberè confitentem, commótus viri conſtántiâ, ſe quoque Chriſtiánum eſſe affirmávit. Ambo ígitur ſimul ad ſupplícium ducti ſunt. Cumque inter eundum rogaſſet Jacóbum comes, ut ſibi véniam daret, pauliſper morátus Jacóbus: Pax tibi, inquit; ſtatimque illum oſculátus eſt. Ita ſimul ambo cápite truncáti, intériêre.

IN III. NOCTURNO.

De Actibus Apoſtolórum.

LECTIO VII. *Cap.* 11. *v.* 29.

Herodes occidit Jacobum.

DIſcípuli prout quis habébat, propoſuérunt ſínguli in miniſtérium míttere habitántibus in Judæa frátribus: quod & fecérunt, mittentes ad ſenióres per manus Bárnabæ & Sauli. Eódem autem témpore miſit Heródes rex manus, ut affligeret quoſdam de Ecclésia. Occídit autem Jacóbum fratrem Joannis gládio. Videns autem

tet Judæis, ap-
pprehénderet &
rant autem dies
a.
VIII. *Cap.* 12.
v. 21.
erodem Angelus.
ɔ autem die, He-
veſtítus veſte ré-
pro tribunáli, &
ɔátur ad Tyrios
os. Pópulus autẽ
at: Dei voces, &
inis. Confeſtim
cuſſit eum Ange-
ni, eò quòd non
honórem Deo:
mptus à vérmi-
irávit. Verbum
ómini creſcébat,
plicabátur.
ſancti Evangélii
ùm Matthæum.
IX. *Cap.* 20. 20.
à filiis Zebedæi
bibendus.
o témpore; Ac-
ad Jeſum mater
Zebedæi cum fi-
, adórans & pe-
quid ab eo. Et

a ſancti Joannis
hrysóſtomi.
petit. fil. Zebed.
ſtis bíbere cáli-
ı quem ego bibi-
um, & baptiſmo
ɔ baptízor, bapti-
cálicem hoc loco
tiſmum, crucem
k mortem appel-
cálicem quidem, quóniam cum voluptáte illam adíbat: baptiſmum autem, quia per illam orbem terrárum expurgábat; nec tantùm propter iſta, ſed & propter reſurrectiónis facilitátem; ut enim qui baptizátur multâ cum facilitáte aſcendit, ab aquárum natúra nihil impedítus; ſic & ille cùm in mortem deſcendiſſet, multâ cum facilitáte aſcendit; proptérea baptiſmum illam appellat. Quod autem dicit, eſt hujuſmodi. Poteſtis occídi & mortem oppétere? horum enim nunc tempus eſt; funerum, periculórum, labórum. Verùm illi, Póſſumus, ínquiunt: cùm nec intélligant quid affirment, ſed adducti ſpe impetrandi poſtuláta, promittant. At illis ait: Cálicem quidem meum bibétis, & baptiſmo quo ego baptízor baptizabímini; mortem ſic appellans: nam & Jacóbo; gládio caput abſciſſum; & multóties mórtuus eſt Joannes.

Ad Benedict. *Ant.* 4. *D.*
Ait eis Jeſus: Poteſtis bíbere cálicem, quem ego bibo, aut baptiſmo, quo ego baptízor, baptizári? *Marc.* 10. 38.

Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui Apoſ-

tolórum tuórum primítias beáti Jacóbi sánguine conſecraſti: da Eccléſiæ tuæ, quæſumus, & amáre quod crédidit, & prædicáre quod dócuit; Per.

Fit Commemoratio ſancti Chriſtophori.

Extra Cath. VESPERÆ *à Capit. de ſequenti.*

DIE XXVI.

In Feſto
SANCTOR. JOACHIM
ET ANNÆ,
Parentum B. M. Virg.
Duplex-majus.
(*In Cathedrali, Solemne-minus.*)

IN I. VESPERIS.

Ant. 3. a. EXcelſus jurejurando dedit Abrahæ glóriam in gente ſua, & ut ſtellas exaltáre ſemen ejus. *Eccli.* 44. 22.

Ant. 4. E. In Iſaac eódem modo fecit: benedictiónem ómniũ géntium dedit illi. *Eccli.* 44. 25.

Ant. 8. G. Teſtamentum confirmávit Dóminus ſuper caput Jacob. *Eccli.* 44. 25.

Ant. 1. D. Státuit teſtamentum David regi fílio Jeſſe de tribu Juda, hærédítas ipſi & ſémini ejus. *Eccli.* 45. 31.

Ant. 7. a. Dabis, Dómine, veritátem Jacob, miſericórdiam Abraham, quæ juraſti pátribus noſtris à diébus antíquis. *Mich.* 7. 20.

Capitulum. Iſa. 55. 3.

(DIcit Dóminus:) Veníte ad me: audíte, & vivet ánima veſtra, & fériam vobiſcum pactum ſempitérnum, miſericórdias David fidéles.

℟. Ecce dies véniunt, dicit Dóminus: * Et ſuſcitábo David germen juſtum; † Regnábit Rex, & fáciet judícium & juſtítiam in terra. *Jerem.* 23. 5. ℣. Ita dixit: Quia dabo vobis ſancta David fidélia. *Act.* 13. 34. * Et. Glória. † Regnábit.

Hymnus.

REGALE Dávidis genus,
Et cónjugum par nóbile,
Mundo datúri Vírginem,
Matrem futúram Núminis:

QUI ſacra nectit víncula,
Vos jungit ínnocens amor;
Pioſque ſenſus ápprobans
Divínus aſpírat favor.

VIRTUTE ſolâ dívites,
Non vos opum fugax decus,
Sed corde fervens cháritas,
Et caſta commendat fides.

QUI natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempitérna ſǽcula.
Amen.

℣. Jurávit Dóminus David veritátem; ℟. Et

rábitur eum. *Pſ.*

ıgníficat. *Ant.* 3.
ır virga de radí-
& flos de radíce
ndet. *Iſ.* 11. 1.
ut inf. ad Laudes.
mmem. S. Jacobi
iſit Heródes rex
ıt affligeret quoſ-
Ecclésia : occídit
acóbum fratrem
gládio. *Act.* 12.
nuntiavérunt ópe-
℟. Et facta ejus
runt. *Pſ.* 63. 10.
)mnípotens. 549.
ICIUM NOCT.
Chriſtum fílium
* Veníte, adoré-
nt. 1. 1.
níte.
us. Regale.
NOCTURNO.
.. D. Dóminus te-
eſt inter te &
: & hæc párticeps
ıxor fœderis tui.
. 2. 14.
3. à. Fáciat Dó-
ınc mulíerem quæ
ur domum tuam,
chel & Liam, quæ
érunt domum Iſ-
th. 4. 11.
4. E. Fiat domus
t domus Phares,
ne quod tibi déde-
iinus ex hac puel-
). 4. 12.
enedicti vos à Dó-
℟. Qui fecit cœ-
erram. *Pſ.* 113. 23.

Lect. de Script. occurrente.

℟. *j.* Tu, Dómine Deus, elegiſti Abraham, & percuſſiſti cum eo fœdus, & impleſti verba tua ; * Quóniam juſtus es. 2. *Eſd.* 9. 7. 8. ℣. Ex fide ſunt fílii Abrahæ ; benedicentur cum fidéli Abrahā. *Gal.* 3. 7. 9. * Quóniā.

℟. *ij.* Quǽrite Dóminum : * Mementóte mirabílium ejus, ſemen Abraham ſervi ejus. *Pſ.* 104. 4. 5. 6. ℣. Fílii Dei eſtis per fidem : ſemen Abrahæ, ſecundùm promiſſiónem herédes : * Mementóte. *Gal.* 3. 26. 29.

℟. *iij.* Deus memínerit teſtamenti ſui quod locútus eſt ad Abraham, & Iſaac, & Jacob, * Et † Exáudiat oratiónes veſtras. 2. *Mach.* 1. 2. 5. ℣. Vos Dóminus multíplicet, & abundáre fáciat charitátem veſtram in ínvicē. 1. *Theſſ.* 3. 12. * Et. ℣. Glória. † Exáudiat.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Erant juſti ambo ante Deum incedentes in ómnibus mandátis Dómini. *Luc.* 1. 6.

Ant. 8. c. Exaudítæ ſunt preces ambórum in conſpectu glóriæ ſummi Dei. *Tob.* 3. 24.

Ant. 1. a. Dóminus amávit eos, elegitque ſemen eórum poſt eos. *Deut.* 10. 15.

℣. Oculi Dómini ſuper Juſtos; ℟. Et aures ejus in preces eórũ. *Pſ.* 33. 16.

Sermo ſancti Joannis Damaſcéni.

Orat. 1. *de Nat. B. M. V.*

Lectio IV.

QUóniam futúrum erat ut Dei génitrix virgo ex Anna gignerétur, natúra grátiæ germen antevértere mínimè auſa eſt. Verùm infructuóſa manſit, donec grátia fructum germináret. Síquidem oportébat eam primogénitam in lucem edi, quæ ómnium creaturárum primogénitum, in quo ómnia coagmentáta ſunt, paritúra erat. O par beátum Jóachim & Anna! vobis omnis creatúra obſtricta eſt: per vos enim, donum, ómnium donórum præſtantíſſimũ, Creatóri óbtulit; caſtam matrem, quæ ſola Creatóre digna erat.

℟. iv. Benedictus Dóminus, qui * Non eſt paſſus ut deficeret familiæ tuæ nomen in Iſraël. *Ruth.* 4. 14. ℣. Deus Iſraël ad faciendam miſericórdiam cum pátribus noſtris, & memorári teſtamenti ſui ſancti. *Luc.* 1. 72. * Non.

Lectio V.

Long. poſt præd.

EXulta, Jóachim, quóniam ex filia tua puer natus eſt nobis; & vocátur nomen ejus Magni consílii, hoc eſt, ſalútis totíus mundi, Angelus. Pudóre afficiátur Neſtórius, ac manum ori impónat. Puer hic, Deus eſt. Quonam ígitur modo ea Dei génitrix non ſit, quæ péperit? Si quis ſanctam Dei genitrícem non confitétur, à Deitáte remótus eſt. Mea non eſt hæc orátio, quanquam alióqui mea: hanc enim máximè theológicam hereditátem à Theólogo Patre Gregório accépi. O beátum par Jóachim & Anna! ac profectò ex ventris veſtri fructu immaculáti agnoſcímini quemádmodum Chriſtus quodam loco dixit: Ex frúctibus eórum cognoſcétis eos. Ut Deo gratum erat, ac dignum eä quæ à vobis orta eſt, vitæ veſtræ rationes inſtituiſtis. Caſtè enim ac ſanctè múnere veſtro functi, virginitátis theſaurum produxiſtis.

℟. v. Ex toto corde ſuo * Orábant Deum, ut viſitáret pópulum ſuum Iſraël. *Jud.* 4. 17. ℣. Expectábant redemptiónem Iſraël. *Luc.* 2. 36. * Orábant.

Lectio VI.

O Caſtíſſimum rationálium túrturum par Jóachim & Anna! vos

rem, quam na-
præſcribit con-
, ea quæ natú-
ant, divínitùs
ſecúti : mundo
i matrem, viri
peperiſtis. Vos
ictè in humána
am agentes, fi-
lis ſuperiórem,
Angelórum dó-
lidiſtis. O ſpe-
dulciſſimaque
) lílium inter
x generoſiſſima
nè nobilíſſima,
nè régia radíce
progénitum ! O
ex ſpinis, Ju-
cet, orta es, di-
odóre cuncta
! O filia Adá-
ei mater ! Beátæ
e te geſtavérunt !
n, quibus caſtis
iis frui conceſ-

Cùm eſſent juſti,
unt fíliam ſuam
legem Móyſi.
3. ℣. Coæquá-
iſcum ſortíri fi-
juſtítia Dei no-
lvatóris. 2. *Petr.*
idiérunt. ℣. Gló-
idiérunt.

NOCTURNO.

. *d.* Nunc, Dó-
eus Iſraël, fir-
erba tua, quæ
s ſervo tuo Da-
g. 8. 26.
. F. Hujus Deus
va. Carc.

ex ſémine ſecundùm promiſſiónem eduxit Iſraël Salvatórem Jeſum. *Act.* 13. 23.

Ant. 4. a. Quæ ad patres repromíſſio facta eſt, hanc Deus adimplévit in filiis. *Act.* 13. 32. 33.

℣. Fidélis Dóminus in ómnibus verbis ſuis, ℟. Et ſanctus in ómnibus opéribus ſuis. *Pſ.* 144. 13.

De libro Ruth.

Lectio VII. *Cap.* 4. *v.* 9.

Booz Ruth in uxorem accipit.

(Ait Booz) majóribus natu, & univerſo pópulo : Teſtes vos eſtis hódie, quòd poſſéderim omnia quæ fuérunt Elímelech, & Chélion, & Máhalon, tradente Noémi : & Ruth Moabítidem, uxórem Máhalon, in conjúgium súmpſerim, ut ſúſcitem nomen defuncti in hæreditáte ſua, ne vocábulum ejus de família ſua ac frátribus & pópulo deleátur. Vos, inquam, hujus rei teſtes eſtis. Reſpondit omnis pópulus, qui erat in porta, & majóres natu : Nos teſtes ſumus : fáciat Dóminus hanc mulíerem, quæ ingréditur domum tuam, ſicut Rachel & Liam, quæ ædificavérunt domum Iſraël : ut ſit exemplum virtútis in E-

phrata, & hábeat célebre nomen in Béthlehem. Fiatque domus tua, ſicut domus Phares, quem Thamar péperit Judæ, de ſémine quod tibi déderit Dóminus ex hac puella.

℞. vij. Miſericórdia Dómini ab æterno & uſque in æternum ſuper timentes eum; * Et juſtítia illíus in filios filiórum, his qui ſervant teſtamentum ejus. *Pſ.* 102. 17. 18. ℣. Miſericórdia ejus à progénie in progénies timéntibus eum. *Luc.* 1. 50. * Et juſtítia.

LECTIO VIII.

Obed Davidis avus ex Ruth ſuſceptus.

TUlit itaque Booz Ruth, & accépit uxórem: ingreſſuſque eſt ad eam, & dedit illi Dóminus ut concíperet & páreret filium. Dixeruntque mulíeres ad Noémi: Benedictus Dóminus, qui non eſt paſſus, ut deficeret ſucceſſor famíliæ tuæ, & vocarétur nomen ejus in Iſraël. Et hábeas qui conſolétur ánimam tuam, & enútriat ſenectútem; de nuru enim tua natus eſt, quæ te díligit: & multò tibi mélior eſt, quàm ſi ſeptem habéres filios. Suſceptumque Noémi púerum póſuit in ſinu ſuo, & nutricis ac gérulæ fungebátur offício. Vicinæ autem mulíeres congratulantes ei, & dicentes: Natus eſt filius Noémi: vocavérunt nomen ejus Obed: hic eſt pater Iſai, patris David.

℞. viij. Dóminus erexit cornu ſalútis nobis in domo David púeri ſui * Sicut locútus eſt per os ſanctórum Prophetárum ejus. *Luc.* 1. 69. 70. ℣. Recordátus eſt veritátis ſuæ dómui Iſraël. *Pſ.* 97. 3. * Sicut.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO IX. *Cap.* 3. 23.

Chriſti genealogia.

IN illo témpore; Jeſus erat incípiens quaſi annórum triginta, ut putabátur, filius Joſeph, qui fuit Heli. Et réliqua.

Homília ſancti Irenæi Epíſcopi & Mártyris.

Lib. 3. *contra Hæreſ. cap.* 22. §. 3. 4.

LUcas genealógiam, quæ eſt à generatióne Dómini noſtri uſque ad Adam, ſeptuaginta duas generatiónes habére oſtendit, finem conjungens inítio, & ſignificans quóniam ipſe eſt, qui omnes Gentes exinde ab Adam diſperſas, & univerſas linguas, & generatiónem hóminum cum ipſo Adam in ſemetipſo recapitulátus eſt. Unde & à Paulo typus futúri dictus

eſt ipſe Adam. Prophéta dicit: Pro pátribus nati ſunt tibi filii. Primogénitus enim mortuórum natus Dóminus, & in ſinum ſuum recípiens priſtinos Patres, regenerávit eos in vitam Dei, ipſe inítium vivéntium factus, quóniam Adam inítium moriéntium factus eſt. Propter hoc & Lucas inítium generatiónis à Dómino inchoans, in Adam rétulit, ſignificans quóniam non illi hunc, ſed hic illos in Evangélium vitæ regenerávit. Sic autem & Hevæ inobediéntiæ nodus ſolutiónem accépit per obediéntiam Maríæ: quod enim alligávit virgo Heva per incredulitátem, hoc virgo María ſolvit per fidem.

℟. *ix.* Vos eſtis filii Prophetárum & teſtamenti quod diſpóſuit Deus ad patres noſtros, dicens ad Abraham: * Et in sémine tuo † Benedicentur omnes famíliæ terræ. *Act.* 3. 25. ℣. Dixit Dóminus ad Abram: Fáciam te in gentem magnam, & benedícam tibi. *Gen.* 12. 1. 2. * Et in sémine. ℣. Glória. † Benedicentur.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Qui timétis Dóminum, laudáte eum. ℟. Univerſum ſemen Jacob, glorificáte eum. *Pſ.* 21. 24.

Ant. 1. g. LAudémus glorióſos parentes in generatióne ſua. *Eccli.* 44. 1.

Ant. 4. A. Dívites in virtúte, glóriam adepti ſunt, & in diébus ſuis habentur in láudibus. *Ibid.* v. 6. 7.

Ant. 6. F. Qui de illis nati ſunt, reliquérunt nomen narrandi laudes eórum. *Ibid.* v. 8.

Ant. 8. G. Cum sémine eórum pérmanent bona; ſemen eórum & glória eórum non derelinquétur. *Ibid.* v. 11. 13.

Ant. 3. a. Benedicta inter mulíeres uxor ejus, & benedicátur in tabernáculo ſuo. *Judic.* 5. 24.

Capitulum. Iſa. 44. 3.

HÆc dicit Dóminus: Effundam Spíritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictiónem meam ſuper ſtirpem tuam.

Hymnus.

PROMISSA mundo gáudia
Jam ſperat humánum genus:
Adſunt beáti cónjuges,
Orbíque Chriſtum præparant.

HUNC Anna votis ádvocans,
Summi parentem Núminis,
Thori fidélis præmium,

Favente cœlo, cóncipit.

Foecunda radix púllulans
Florem tenellum prófe-
ret,
Qui lætus optáto dabit
Fructum ſalútis gérmine.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempitérna ſécula.
Amen.

℣. Dñs fáciens miſericórdiã Chriſto ſuo David, ℟. Et sémini ejus uſque in ſéculum. *Pſ.* 17. *v.* 51.

Ad Benedict. *Ant.* 7. c. Jusjurandum jurávit Deus Iſraël ad Abraham patrem noſtrum datúrum ſe nobis. *Luc.* 1. 73.

Oratio.

DEus, qui præ ómnibus ſanctis tuis beátos Jóachim & Annam ſanctiſſimæ genitrícis Fílii tui parentes eſſe voluiſti; concéde, ut quorum ſoléṁnia cum gáudio celebrámus, eórum apud te ſuffrágiis adjuvémur; Per eumdem Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat.

AD HORAS, Pſalmi de Feria.

AD PRIMAM.

Ant. 1. g. Laudémus.

AD TERTIAM.

Ant. 4. A. Divites.

Capitul. Deut. 33. 9. 10.

HI cuſtodiérunt elóquium tuum, & pactum tuum ſervavérunt; judícia tua, ô Jacob, & legem tuam, ô Iſraël.

℟. *br.* Cuſtodiébant * Teſtimónia ejus. *Repet.* Cuſtodiébant. ℣. Et præceptum quod dedit illis. * Teſtimónia ejus. ℣. Glória. *Repet.* Cuſtodiébant. *Pſ.* 98. 7.

℣. In nómine tuo exultábunt totâ die, ℟. Quóniam glória virtútis eórum tu es. *Pſ.* 88. 17. 18.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Qui de illis.

Capitulum. Rom. 9. 6. 7. 8.

NOn omnes qui ex Iſraël ſunt, ii ſunt Iſraëlítæ; neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes fílii; id eſt non qui fílii carnis, hi fílii Dei; ſed qui fílii ſunt promiſſiónis, æſtimantur in ſémine.

℟. *br.* Beáta gens * Cujus eſt Dóminus Deus ejus. *Repet.* Beáta gens. ℣. Pópulus quem elégit in hæreditátem ſibi. * Cujus eſt. ℣. Glória. *Repet.* Beáta. *Pſ.* 32. 12.

℣. Firmamentum eſt Dóminus timéntibus eum, ℟. Et teſtamentum ipſius ut manifeſtétur illis. *Pſ.* 24. 14.

AD NONAM.

Ant. 3. a. Benedicta.

Capitul. Eccli. 26. 16. 17.

GRátia mulíeris ſédulæ delectábit virum ſuum, & oſſa illíus impinguábit; diſciplína illíus, datum Dei eſt.

℟. *br.* Uxor tua * Sicut vitis abundans. *Repet.* Uxor. ℣. In latéribus domûs tuæ. * Sicut. ℣. Glória. *Rep.* Uxor. *Pſ.* 127. 3.

℣. Ecce ſic benedicétur homo, ℟. Qui timet Dóminum. *Pſ.* 127. 4.

AD VESPERAS, Ant. de Laudibus.

Capitul. Rom. 9. 4. 5.

SUnt Iſraëlítæ, quorum adóptio eſt filiórum, & glória, & teſtamentum, & legiſlátio, & obſéquium, & promiſſa, quorum patres, & ex quibus eſt Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt ſuper ómnia Deus benedictus in ſécula.

Hymnus, Regale. *ut in I. Veſperis.*

℣. Memor fuit in ſéculum teſtamenti ſui; ℟. Verbi quod mandávit in mille generatiónes. *Pſ.* 104. 8.

Ad Magníf. *Ant.* 7. a. Suſcépit Deus Iſraël púerum ſuum, recordátus miſericórdiæ ſuæ, ſicut locútus eſt ad Abraham & ſémini ejus in ſécula. *Luc.* 1. 54. 55.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

DIE XXVII.

In Vigilia

SS. NAZARII & CELSI, Martyrum.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio III. *Cap.* 6. 17.

Beati qui perſecutiones patiuntur.

IN illo témpore; Deſcendens Jeſus de monte, ſtetit in loco campeſtri, & turba diſcipulórum ejus, & multitúdo copióſa plebis ab omni Judæa & Jerúſalem, & marítima, & Tyri, & Sidónis, qui vénerant ut audírent eum, & ſanarentur à languóribus ſuis. Et réliqua.

Homília ſancti Cypriáni Epíſcopi & Mártyris.

Epiſt. 58. *ad Thibarit. de exhort. Mart.*

BEáti éritis cùm vos óderint hómines: gaudéte in illa die, quia merces veſtra copióſa eſt in cœlo.... Gaudére nos & exultáre vóluit Dóminus; quia quando perſecutiónes fiunt, tum dantur corónæ fídei, tum probantur mílites Dei, tum martyribus patent cœli. Neque enim ſic nomen milítiæ dédimus, ut pacem tantúmmodò cogitáre, & detrectáre & recuſáre milítiam debeámus, quando in ipſa milítia primus ambuláverit Dóminus,

humilitátis & toleránitiæ & paſſiónis magiſter: ut quod fieri dócuit, ipſe prior fécerit; & quod pati hortátur, prior pro nobis ipſe paterétur.

℟. Dixit Jeſus:... Mementóte ſermónis mei; * Non eſt ſervus major dómino ſuo: ſi me perſecúti ſunt, & vos perſequentur. *Joan.* 15. 20. ℣. Locúti ſunt adversùm me linguâ dolósâ, & ſermónibus ódii circumdedérunt me. *Pſal.* 108. 1. * Non eſt. ℣. Glória. * Non eſt.

Oratio.

MArtyrum tuórum, Dómine, Nazárii & Celſi natalítia præeuntes, súpplices te rogámus; ut quos cœleſti glóriâ ſublimaſti, tuis concédas adeſſe fidélibus; Per.

DIE XXVIII.

IN FESTO

SS. NAZARII ET CELSI,

MARTYRUM,

Eccleſiæ Carcaſſonenſis ac totius Diœceſis Patronorum.

ANNUALE.

IN I. VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Ant. 8. G. JUſtítia rectórum liberábit eos ; & in insídiis ſuis capientur iníqui. *Prov.* 11. 6.

Ant. 1. D. Oculi Dómini præbent fortitúdinem his qui corde perfecto credunt in eum. 2. *Paral.* 16. 9.

Ant. 7. d. Eligentur & dealbabuntur, & quaſi ignis probabuntur multi. *Daniel.* 12. 10.

Ant. 4. D. Vaſa figuli probat fornax, & hómines juſtos tentátio tribulatiónis. *Eccli.* 27. 6.

Ant. 2. D. In paucis vexáti, in multis benè diſponentur. *Sap.* 3. 5.

Capitulum. Sap. 5. v. 16. 17.

JUſti in perpétuum vivent, & apud Dóminum eſt merces eórum, & cogitátio illórum apud Altíſſimum : ídeò accípient regnum decóris & diadéma ſpeciéi de manu Dómini ; quóniam déxterâ ſuâ teget eos & bráchio ſuo defendet illos.

℟. Ruent in gládio, & in flamma, & in captivitáte : * Ut conflentur & dealbentur uſque ad tempus præfinítum. *Dan.* 11. v. 33. 35. ℣. Datum eſt béſtiæ bellum fácere cum ſanctis. *Apoc.* 13. 7. * Ut. ℣. Glória. * Ut.

Hymnus.

O QUÆ, Tyrannis cédere néſcia,
Invicta formas péctora Mártyrum,
Attende ab alto ; te, tuoſque,
Diva Fides, cánimus triumphos.

Ipſo tuórum fúnere ſcílicet,
Fuſóque paſſim ſánguine mílitum,
Regum timendórũ trophæis,
Nobilior tibi palma ſurgit.

Quot te per orbem ferre laboribus
Aggreſſus olim Nazárius! rudes
Quot auſus, invítis Tyrannis,
Luce tuâ renováre gentes!

Erroris umbris exitiálibus
Quæ tunc jacébas; jam tibi, Gállia,
Auróra ſurgit: prima dantur
Ecce tibi documenta Chriſti.

Par ille tanto par óperi comes,
Fide nec impar, Celſus: ubi pedem
Tulére terris, ceſſit error;
Impíetas furióſa ceſſit.

Quam veſter olim partúriit fidem,
Sanxitque fuſus ſponte cruor, Patres,
Serváte; & intactam perenni
Auxílio mémores fovéte.

Fonti bonórum máxima laus Patri:
Nos qui redémit, máxima Fílio:
Quo corda flagrant charitáte,
Laus páriter tibi ſumma, Flamen.
Amen.

℣. Cuſtódit Dóminus ánimas ſervórum ſuórum; ℟. De manu peccatóris liberábit eos. *Pſ.* 96. 10.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Exultábitis lætítiâ inenarrábili & glorificátâ, reportantes finem fídei veſtræ ſalútem animárum. 1. *Petr.* 1. 8. 9.

Oratio ut infrà ad Laudes.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Deum patiéntiæ & ſolátii, * Veníte, adorémus. *Rom.* 15. 5.

Pſ. 94. Veníte, exultémus.

Hymnus.

Quæ cæca gentes barbáries agit!
Clauduntur atro cárcere; proh nefas!
Necíque dantur, qui ſalútem,
Quique fidem pópulis tulére.

Jam mille ſecti verbéribus cutem,
Tortóre laſſo, (fúneris ut decus
Tollátur,) in fluctus aguntur
Præcípites, data præda ponto.

Fruſtra: profundos æquora gúrgites,
Exóſa crimen, prótinus óbſerant:
Supplexque tellúri repónit
Unda viros, famulante fluctu.

Pontus quod horret, ſit gládio nefas;

Cadunt cruentâ cúſpide
Mártyres;
Sic, morte ſpretâ, victimárum
Primítiæ rémeant olympum.
Cruore fuſo, quò præeunt duces,
Da, Chriſte, da nos ſponte viam ſequi:
Si morte non fas, ah! litémus
Innócuâ tibi, Chriſte, vitâ.
Laus ſumma Patri, quo duce non timet
Sævos leónum grex tener ímpetus:
Laus ſumma Nato; laus ſit æqua
Perpétuo tibi, Flamen, ævo. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Pſalmus 5. Verba mea áuribus. 86.

Ant. 8. *G.* Per viam quam præcépit Dóminus Deus veſter, ambulábitis. *Deut.* 5. 33.

Pſalmus 45. Deus noſter refúgium. 157.

Ant. 2. D. Tentat vos Dóminus, ut palàm fiat utrùm diligátis eum, an non, in toto corde. *Deut.* 13. 3.

Pſalmus 59. Deus, repuliſti nos. 158.

Ant. 3. c. Vos hódie contra inimícos veſtros pugnam committitis. *Deut.* 20. 3.

℣. Lætámini in Dómino, & exultáte, juſti; ℟. Et gloriámini, omnes recti corde. *Pſal.* 31. 11.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

Lectio I. *Cap.* 8. 18.

Non condigna paſſiones hujus temporis.

Exíſtimo, quòd non ſunt condignæ paſſiónes hujus témporis ad futúram glóriam, quæ revelábitur in nobis. Nam expectátio creatúræ, revelatiónem filiórum Dei expectat. Vanitáti enim creatúra ſubjecta eſt non volens, ſed propter eum qui ſubjécit eam in ſpe: quia & ipſa creatúra liberábitur à ſervitúte corruptiónis, in libertátem glóriæ filiórum Dei. Scimus enim quòd omnis creatúra ingemiſcit, & párturit uſque adhuc. Non ſolùm autem illa, ſed & nos ipſi primítias ſpíritûs habentes; & ipſi intra nos gémimus, adoptiónem filiórum Dei expectantes, redemptiónem córporis noſtri. Spe enim ſalvi facti ſumus. Spes autem quæ vidétur, non eſt ſpes: nam quod videt quis, quid ſperat? Si autem quod non vidémus, ſperámus, per patiéntiam expectámus.

℟. j. Vobis donátum eſt pro Chriſto, * Non

ſolùm ut in eum credátis, ſed ut étiam pro illo patiámini. *Philip.* 1. 29. ℣. In virtúte Dei custodímini per fidem. 1. *Pet.* 1. 5. * Non ſolùm.

LECTIO II. *v.* 28.

Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.

SCimus autem quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperantur in bonum, iis qui ſecundùm propóſitum vocáti ſunt ſancti. Nam quos præſcívit, & prædeſtinávit conformes fieri imáginis Fílii ſui, ut ſit ipſe primogénitus in multis frátribus. Quos autem prædeſtinávit, hos & vocávit: & quos vocávit, hos & juſtificávit: quos autem juſtificávit, illos & glorificávit. Quid ergo dicémus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui étiam próprio Filio ſuo non pepercit; ſed pro nobis ómnibus trádidit illum: quómodo non étiam cum illo ómnia nobis donávit? Quis accuſábit adversùs electos Dei? Deus qui juſtificat. Quis eſt qui condemnet? Chriſtus Jeſus, qui mórtuus eſt, immò qui & reſurrexit, qui eſt ad déxteram Dei, qui étiam interpellat pro nobis.

℟. ij. Dóminus Deus veſter in médio veſtrì eſt, * Et pro vobis contra adversários dimicábit, ut éruat vos de perículo. *Deut.* 20. 4. ℣. Quóniam eſtis fílii, miſit Deus Spíritum Fílii ſui in corda veſtra. *Galat.* 4. 6. * Et pro.

LECTIO III. *v.* 35.

Inſeparabilitas à charitate Chriſti.

QUis ergo nos ſeparábit a charitáte Chriſti, tribulátio, an anguſtia, an fames, an núditas, an perículum, an perſecútio, an gládius? (Sicut ſcriptum eſt: Quia propter te mortificámur totâ die: æſtimáti ſumus ſicut oves occiſiónis.) Sed in his ómnibus ſuperámus, propter eum qui dilexit nos. Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principátus, neque virtútes, neque inſtántia, neque futúra, neque fortitúdo, neque altitúdo, neque profundum, neque creatúra ália póterit nos ſeparáre à charitáte Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu Dómino noſtro.

℟. iij. Mundi Creátor qui formávit hóminis nativitátem, * Et ſpíritum vobis iterùm cum miſericórdia reddet & vitam, ſicut nunc voſmetipſos deſpícitis † Propter leges ejus. 2. *Mac.* 7. 23.

℟. Qui ſuſcitávit Jeſum Chriſtum à mórtuis, vivificábit & mortália córpora veſtra. *Rom.* 8. 11. * Et ſpíritum. ℣. Glória. † Propter. *Rep.* Mundi.

IN II. NOCTURNO.

Pſ. 43. Deus áuribus. 131. *ad* 1. *uſque Diviſ.*

Ant. 7. a. Fidélis Deus eſt, qui confirmábit vos, & cuſtódiet a malo. 1. *Theſſ.* 3. 3.

Diviſio Pſalmi. 43. In Deo laudábimur. 131. *ad aliam uſque Diviſionem.*

Ant. 1. a. Non injuſtus Deus, ut oblivíſcátur óperis veſtri, & dilectiónis quam oſtendiſtis in nómine ipsíus. *Hebr.* 6. 10.

Altera Div. Pſ. 43. Si oblíti ſumus. 132. *ad finem.*

Ant. 4. A. Sicut sócii paſſiónũ eſtis, ſic éritis & conſolatiónis. 2. *Cor.* 1. 7.

℣. Salvábit eos Dóminus; ℟. Quia ſperavérunt in eo. *Pſ.* 36. 40.

LECTIO IV.

Ex Append. S. Ambr. Serm. 55. *auter. incerto, ſed magni ponderis, & S. Ambr. fere coævo. n.* 5.

BEátus Nazárius cujus hódie glorióſam de mundi hoſte victóriam universális Ecclésia feſtâ exultatióne concélebrat, cùm témpore Gentilitátis non ignobílibus paréntibus oriundus exíſteret, ſacrílegi adhuc puer genitóris, milítiam ſimúl & doctrinam deteſtári ex improvíſo cœpit; atque ab innocente matre, quæ jam chriſtiánæ fidei títulis inſignita, Chriſto ſédulè inſiſtébat, ſacro-ſanctæ regeneratiónis fluenta, fidélis jam ſpíritu, demonſtrári ſibi flagitábat. Nondum ſiquidem Baptiſmum conſecútus, ſed inter religiónis princípia conſummátus, & nondum manifeſtátis ſibi légibus, Deo plenus, repente poſſéſſio atque habitáculum Dei factus eſt. Atque ita perventúræ uſque ad cœlos turris priùs méruit eleváre faſtígium, quàm diſpóneret fundamentum; nondum Sacramentórum cónſcius, & in ſacrifícium jam prælectus.

℟. iv. Tamquam aurum in fornáce, probávit illos Dóminus, * Et quaſi holocauſti hóſtiam accépit illos. *Sap.* 3. 6. ℣. Diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptiónem, ut meliórem invenírent reſurrectiónem. *Hebr.* 11. 35. * Et quaſi.

LECTIO V. *num.* 7.

QUid illud, quàm eque inſigne divínæ grátiæ munus! quòd accepto jam ſalutári lavácro, poſt innúmera virtútum ſigna, poſt peragitátas circùmquàque

que ob Chriſti prædicatiónem innúmeras regiónes; cùm pro Dei ſummi confeſſióne diverſa per ſupplícia adversùs eum totus penè orbis bacchharétur, & nunc atrociſſimis arctarétur pœnis cruciandus, nunc in longinquis finibus tranſveherétur exulandus; ita robuſtíſſimo Chriſti athléta péctore tormenta ómnia devincébat, ut ſtrénuum de proſtráto hoſte reportáret trophæum; interque cruenta Cæſaris juſſa, vaſti maris dejectus gurgítibus, ambuláre ei divínâ ſuper aquas conceſſum eſt providéntiâ; & rerum obſtupeſcente natúrâ, per inſuéti itíneris novas vias, péndulum ínferens greſſum, tuméntia maris dorſa calcávit. Vidéres æquóreas ſancti ſubſterni méritis undas, ſupráque Angélicis confortátum allóquiis, in Chriſti Jeſu láudibus exultáre. Ecce profánus hoſtis numquam beáto Mártyri tantū prodeſſet obſéquio, quantùm prófuit ódio.

℟. v. Benedictus Deus, qui éruit ſervos ſuos qui credidérunt in eum, * Et tradidérunt córpora ſua, ne servírent, & ne adorárent omnem Deum excepto Deo ſuo. *Dan.* 3. 95. ℣. Per fidem vicérunt regna, operáti ſunt juſtítiam. *Hebr.* 11. 33. * Et tradidérunt.

Lectio VI. num. 8.

Sed tandem perfecto agónis certámine cum Celſo puérulo, quem ipſe Deo in holocauſtum pollúto adsúmpſerat ex ſéculo, crudéli império damnatióne absólvitur, gládio conſecrátur. Felix hic tali éxitu, quo omne delictum ita ab eo éxiit, ut étiam redíre non poſſit: quo ſic débita ſua ſolvit, ne ultrò creditórem timéret: quo in ſe hóſtium peccáta fide clauſit, fide damnávit: per quem innocéntiam devotióne quæsívit, perſeverántiâ invénit, morte ſacrávit. Quæ cùm ita ſint, chariſſimi, licèt hic tantus Chriſti teſtis pretióſus confeſſióne, pretióſior sánguine, & tinctâ veſte candídior: licèt hic Mediolanénſium peculiáris putétur privilégio ſepulcri; ſed ómnium eſt communióne ſuffrágii. Non cláuditur locis, quod diffúnditur méritis. Honorémus ergo beátos Mártyres, príncipes fidei, interceſsóres mundi, præcónes regni, & coherédes Dei.

℟. vj. Decantavérunt, Dómine, nomen ſanctum tuum, * Et victrícem

m tuam † Lauda-
it páriter. *Sap.* 10.
℣. In multo experi-
o tribulatiónis, abun-
a gáudii ipsórum
2. *Cor.* 8. 2. * Et
cem. ℣. Glória Pa-
Laudavérunt. *Repet.*
ntavérunt.

III. NOCTURNO.

73. Ut quid repuli-
159. *uſque ad Diviſ.*
n. 5. a. Rex mundi
ctos pro ſuis légi-
in æternæ vitæ re-
tióne ſuſcitábit. 2.
ab. 7. 9.
viſio Pſalmi 73. Uſ-
no, p. 160.
t. 6. F. Agnus reget
& dedúcet eos ad vitæ
s aquárum. *Ap.* 7. 17.
lmus 78. Deus, ve-
nt, p. 79.
t. 1. f. Si coram ho-
ous tormenta paſſi
ſpes illórum immor-
te plena eſt. *Sap.* 3. 4.
Salus juſtórum à
ino; ℟. Et prote-
eórum in die tribu-
nis. *Pſ.* 36. 39.
libro Sapiéntiæ.
IO VII. *Cap.* 3. 1.
rum anima in manu Dei.

lórum ánimæ in ma-
Dei ſunt, & non
t illos tormentum
s. Viſi ſunt óculis
éntium mori: &
áta eſt afflíctio éxi-
lórum, & quod à
nobis eſt iter, extermí-
nium: illi autem ſunt in
pace. Et ſi coram homí-
nibus tormenta paſſi ſunt,
ſpes illórum immortali-
táte plena eſt. In paucis
vexáti, in multis bene
diſponentur: quóniam
Deus tentávit eos, & in-
vénit illos dignos ſe. Tã-
quam aurum in fornáce
probávit illos, & quaſi
holocauſti hóſtiam accé-
pit illos, & in témpore
erit reſpectus illórum.

℟. *vij.* Ludíbria & vérbera experti ſunt, inſuper & víncula, & cárceres: lapidáti ſunt, ſecti ſunt, tentáti ſunt, in occiſióne gládii mórtui ſunt: * Circuiérunt egentes, anguſtiáti, afflicti, qui-bus dignus non erat mundus. *Hebr.* 11. *v.* 36. 37. ℣. Deus tentávit eos, & invénit illos dignos ſe. *Sap.* 3. 5. * Circuiérunt.

LECTIO VIII. *v.* 8.

Juſtorum gloria; impiorum infelicitas.

Fulgébunt juſti, & tamquam ſcintillæ in arundinéto diſcurrent. Judicábunt natiónes, & dominabuntur pópulis, & regnábit Dóminus illórum in perpétuum. Qui confídunt in illo, intélligent veritátem; & fidéles in dilectióne acquiéſcent illi: quóniam donum & pax eſt electis

ejus. Impii autem ſecundùm quæ cogitavérunt, correctiónem habébunt, qui neglexérunt juſtum & à Dómino receſſérunt. Sapiéntiam enim & diſciplínam qui ábjicit, infélix eſt: & vácua eſt ſpes illórum, & labóres ſine fructu, & inutília ópera eórum.

℟. viij. Abſterget Deus omnem lácrymam ab óculis eórum: & mors ultrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultrà; * Quia prima abiérunt. *Apoc.* 21. 4. ℣. Accípient regnum décoris, & diadéma ſpeciéi de manu Dómini. *Sap.* 5. *v.* 17. * Quia prima.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio IX. *Cap.* 10. *v.* 9.

Deus magis timendus.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Nolíte timére eos qui occídunt corpus, ánimam autem non poſſunt occídere. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 286. *n.* 3.

QUaſi ſémine ſánguinis impléta eſt martyribus terra, & de illo ſémine ſeges ſurrexit Eccléſiæ. Plus aſſeruérunt Chriſtum mórtui quàm vivi. Hódie aſſerunt, hódie prædicant: tacet lingua, ſonant facta. Tenebantur, ligabantur, includebantur, producebantur, torquebantur, urebantur, lapidabantur, percutiebantur, béſtiis ſubrigebantur. In ómnibus ſuis mórtibus quaſi viles irridebantur: ſed pretióſa in conſpectu Dómini mors ſanctórum ejus. Tunc in conſpectu Dómini tantùm pretióſa, nunc & in conſpectu noſtro. Tunc enim quando oppróbrium erat eſſe Chriſtiánum, vilis erat mors ſanctórum in conſpectu hóminum: deteſtabantur, execratióni habebantur: pro maledícto objiciebantur: Sic moriáris, ſic crucifigáris, ſic incendáris. Modò iſta maledícta quis fidélis non exoptat!

℟. ix. Ipſi vicérunt propter ſánguinem Agni, * Et non dilexérunt ánimas ſuas uſque ad mortem: † Proptérea lætámini, cœli, & qui habitátis in eis. *Apoc.* 12. *v.* 11. 12. ℣. Módico dolóre ſuſtentáto, ſub teſtamento ætérnæ vitæ effecti ſunt. 2. *Machab.* 7. 36. * Et non. ℣. Glória Patri. * Proptérea. *Repet.* Ipſi.

Te Deum.

LAUDES.
... Non derelin-
Dóminus ſanctos
℟. In æternum
abuntur. Pſ. 36.

... de Dominica,
... excepto Cantico.
Ecce beatificámus
eos qui ſuſtinué-
quóniam miſéri-
Dóminus eſt. Jac.

. 7. ... Magnum
... ſuſtinuiſtis paſ-
, oppróbriis & tri-
nibus ſpectáculum
Hebr. 10. 32. 33.
2. D. Rapínam
m veſtrórum cum
ſuſcepiſtis, co-
ntes vos habére
em & manentem
tiam. Hebr. 10.

4. f. Qui ſponte
cum. Iſa. 51. 7.
Jdite me, qui ſcitis
iſtum; * pópulus
lex mea in corde

ite timére oppró-
hóminum, * &
émias eórum ne
is.
t enim veſtimen-
ſic cómedet eos
; * & ſicut la-
ſic devorábit eos

s autem mea in
ernum erit, * &
. mea in genera-
tiónes generatiónum.

Conſurge, conſurge, * indúere fortitúdinem, bráchium Dómini:

Conſurge ſicut in diébus antiquis, * in generatiónibus ſeculórum.

Numquid non tu percuſſiſti ſuperbum, * vulneraſti dracónem?

Numquid non tu ſiccaſti mare, aquam abyſſi vehementis: * qui póſuiſti profundum maris viam, ut tranſírent liberáti?

Et nunc qui redempti ſunt à Dómino, revertentur, * & vénient in Sion laudantes.

Et lætítia ſempiterna ſuper cápita eórum; * gáudium & lætítiam obtinébunt:

Fúgiet dolor & gémitus: * ego, ego ipſe conſolábor vos.

Quis tu ut timéres ab hómine mortáli, & à filio hóminis, * qui quaſi fœnum ita areſcet?

Ant. Qui ſponte obtuliſtis ánimas veſtras ad perículum, benedícite Dómino. Judic. 5. 2.

Ant. 5. a. Tamquam filiis vobis offert ſe Deus: quis enim filius, quem non córripit pater? Hebr. 12. 7.

Capitulum. Jac. 1. 2.

OMne gáudium exiſtimáte, fratres mei,

cùm in tentatiónes vá-rias incidéritis: ſcientes quòd probátio fidei veſtræ patiéntiam operátur. Patiéntia autem opus perféctum habet; ut ſitis perfécti & íntegri, in nullo deficientes.

Hymnus.

Tyranne, demens
quò récidet furor?
Quot enſe mactas, ímpie, víctimas,
Cœlo receptos, tot faventes
Suppéditas fidei patrónos.

Ex quo magiſter péndulus in cruce
Terris ſalútem partúriit Deus;
Plus morte, quàm verbo, potentes
Diſcípuli domuére terras.

Fundata Chriſti ſánguine, mártyrum
Fœcunda crevit ſupplíciis fides;
Et mors parentûm germinávit
Multíplicem generóſa prolem.

Sic vos opímas dum ſégetes metit
Impúra ſævi carníficis manus;
Cruóre veſtro mille natas
Relligio videt aucta fruges.

Vos ergo, lecti primítiæ gregis;
Vos, dulce noſtrî præſídium & decus,
Adeſte, Patres: ferte veſtræ,
Ferte Deo pia vota plebis.

Laus ſumma Patri; ſummaque Fílio;
Tibíque compar glória, Spíritus,
Quo flante fœcundátur orbis,
Et nova gens tibi, Chriſte, ſurgit.
Amen.

℣. In te, Dómine, ſperavérunt, ℟. Et liberaſti eos. *Pſ.* 21. 5.

Ad Benedict. *Ant.* 3. 2. Lætítia ſempiterna ſuper caput eórum; gáudium & lætítiam obtinébunt, & fúgiet dolor & gémitus. *Iſa.* 35. 10.

Oratio.

Largiente te, Dómine, beatórum Nazárii & Celſi natalítium nobis effulſit: concéde, quæſumus, ut ſicut hodierna paſſiónis glória, illis magnificéntiam tríbuit ſempiternam, ita nobis munímen operétur perpétuum; Per Dóminum.

Per Octavam dicitur ſequens

Oratio.

Beatórum Mártyrum tuórum Nazárii & Celſi nos, Dómine, fóveant continuáta præſí-

a: quia non définis pro-
tius intuéri, quos táli-
s concessléris auxiliis
ljuvári; Per.

AD HORAS.

Psalmi de Dominica:
'nt. de Laudibus.

AD PRIMAM.

Ant. 6. F. Ecce beatiſſi-
mus.

CANON.

x antíquis Conſtitutióni-
ius Ecclésiæ Orientális.
'om. 2. *Conc. Labb. pag.*
330. *c.* 62.

Anctórum Mártyrum
& ómnium qui bo-
um certámen pro Chri-
o, ejuſque orthodoxa
de certârunt, oſſa de-
onantur in Ecclésiis, ut
mánent ex iis ſanitátes
: utilitátes ægrótis, in-
rmis & indigéntibus á-
is. Eórum fiat quotan-
is commemorátio ab
niverſa chriſtiána plebe:
ec reputentur ut réliqui
ıórtui; ſed máximus de-
:rátur illis honor: quó-
iam amíci Dei, & Ecclé-
æ diadéma & coróna:
10 quippe pretióſo sán-
uine cornu Chriſtiánæ
:ligiónis extulérunt præ
ınctis géntibus & pópu-
s.

AD TERTIAM.

Ant. 7. *d.* Magnum.

Capitul. Apoc. 22. 3. 4.

Idébunt fáciem A-
gni, & nomen ejus
1 fróntibus eórum; & nox ultra non erit, & non egébunt lúmine lucernæ, neque lúmine ſolis, quóniam Dóminus Deus illuminábit illos.

℟. *br.* Exultent juſti * In conſpectu Dei. *Repet.* Exultent. ℣. Et delecténtur in lætítia. *Pſal.* 67. 4. * In conſpectu Dei. ℣. Glória. *Repet.* Exultent.

℣. Próteges eos, Dómine, ℟. In tabernáculo tuo. *Pſal.* 30. 21.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Rapínam.

Capitulum. Sap. 10. *v.* 17. 18.

Reddidit juſtis Deus mercédem labórum ſuórum, & deduxit illos in via mirábili; tránſtulit illos per mare rubrum, & tranſvexit illos per aquam nímiam.

℟. *br.* Clamavérunt juſti, * Et Dóminus exaudívit eos. *Repet.* Clamavérunt. ℣. Et de ómnibus tribulatiónibus liberávit eos. *Pſal.* 33. 18. * Et Dóminus. ℣. Glória. *Repet.* Clamavérunt.

℣. Speravérunt in Dómino, ℟. Et protector eórum eſt. *Pſ.* 113. 11.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Tamquam.

Capitulum. Dan. 3. 88.

Laudáte & ſuperexaltáte Dóminum in ſécula, quia éruit nos de

inferno, & ſalvos fecit de manu mortis.

℟. *br.* Abſcondes eos, Dómine, * In abſcóndito faciéi tuæ. *Repet.* Abſcondes. ℣. A conturbatióne hóminum. *Pſ.* 30. 21. * In abſcóndito. ℣. Glória. *Rep.* Abſcondes.

℣. Confitebuntur nómini tuo, ℟. Et habitábunt recti cum vultu tuo. *Pſ.* 139. 14.

AD II. VESPERAS.

Antiph. de Laudibus.

Pſalmus 115. Crédidi, *pag.* 117.

Pſalmus 122. Ad te levávi, *pag.* 97.

Pſalmus 123. Niſi quia, *pag.* 55.

Pſalmus 124. Qui confídunt, *pag.* 97.

Pſalmus 125. In convertendo, *pag.* 56.

Capitulum. Sap. 5. 1.

STabunt juſti in magna conſtántia adversùs eos qui ſe anguſtiavérunt, & qui abſtulérunt labóres eórum.

Hymnus, O quæ: *ut in I. Veſperis*, pag. 559.

℣. Oculi Dómini ſuper juſtos, ℟. Et aures ejus in preces eórum. *Pſ.* 33. 16.

Ad Magníficat. *Ant.* J. Hi ſunt qui venérunt de tribulatióne magna, & lavérunt ſtolas ſuas in sánguine Agni. *Apoc.* 7. 14.

Oratio, ut ſup. ad Laudes.

Diebus intra Octavam SS. NAZARII & CELSI, Martyrum.

Officium ſit ritu Semiduplici. Invit. & Hymnus, ut in Die: Pſalmi de Feria in toto Officio.

AD NOCTUR. Ant. ℣. *&* ℟. *ex Nocturn. Diei juxta Feriam.*

Lectio I. & II. ex Scriptura occurrente, ex tribus duæ. III. ut infrà.

AD LAUDES.

Canticum Diei: hac una Ant. 2. D. Mors ultrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor, quia prima abiérunt. *Apoc.* 21. 4.

AD HORAS, Pſalmi de Feria, cætera ut in Die.

AD VESPERAS.

Quinque Pſalmi ſub hac una Ant. 4. a. Datæ ſunt illis ſtolæ albæ; & dictum eſt illis, ut requiéſcerent adhuc tempus módicum. *Apoc.* 6. 11.

DIE XXIX.

De Octava SS. MARTYRUM.

Ex Epíſtola ſancti Cypriáni Epíſcopi & Mártyris.

LECTIO III. *Epiſt.* 8. *Ed. Baluz. an.* 1726.

QUibus ego vos láudibus prædicem, fortíſſimi fratres? Robur péctoris veſtri, & perſeve-

ntiam fídei quo præcó-
o vocis exórnem? To-
raſtis uſque ad conſum-
atiónem glóriæ duriſſi-
am quæſtiónem: nec
ſſiſtis ſupplíciis; ſed
bis pótius ſupplícia ceſ-
runt. Finem dolóribus,
iem tormenta non da-
unt, corónæ dedérunt.
uæſtio grávior ad hoc
u perſeverávit; non ut
antem fidem dejíceret,
d ut hómines Dei ad
óminum velóciùs mít-
ret. Vidit admírans præ-
ntium multitúdo cœ-
ſte certámen, certámen
ei, certámen ſpirituále,
rælium Chriſti, ſtetiſſe
rvos ejus voce líberâ,
nente incorruptâ, virtú-
e divínâ: telis quidem
eculáribus nudos; ſed ar-
nis fídei credentes armá-
os. Stetérunt torti tor-
uéntibus fortióres; &
pulſantes & laniantes ún-
gulas pulsáta & laniáta
membra vicérunt. Pretió-
ſa mors hæc eſt, quæ
émit immortalitátem pré-
tio ſui sánguinis, quæ ác-
cipit corónam de conſum-
matióne virtútis.

DIE XXX.

In Feſto
S. IGNATII LOYOLÆ,
Preſbyteri.
Semiduplex.

De Communi unius Preſbyteri. XXX. *Orat.* Dó-
mine. XXXIV.

Commemoratio Octavæ.

LECTIO IV.

Ex Scriptoribus coævis.

Ignátius in diœcéſi Pompelonenſi nobíli-
bus paréntibus natus eſt. Adoleſcens à milítia ſe-
culári ex lectióne piórum librórum ad Deum con-
verſus, facta in Monte Serráto ómnium delictó-
rum exomologéſi, apud Minoriſſam inter egénos,
quibus viliſſima étiam ob-
ſéquia exhibébat, vitam
áſperam egit. Hinc Ro-
mam, dein Jeroſólymam
ſe cóntulit; perluſtratiſ-
que ſacris locis, in Hiſ-
pániam reverſus, tricéſi-
mum jam agens annum,
Grammáticis, Philoſó-
phicis, atque Theológi-
cis operam dedit. Paríſios
ádiens, ſtúdia illa repé-
tiit, eleemóſynis ínterim
víctitans, non intermiſ-
ſis charitátis & pœnitén-
tiæ opéribus. Ibi ſócios
ſibi adjunxit, Pariſienſis
Académiæ grádibus inſi-
gnes, qui in inferióri Ec-
cléſia Montis-Mártyrum,
ſeſe omnes in próximi
auxílium devovérunt.

LECTIO V.

Et hæc fuére Societá-
tis Jeſu incunábula;
quam póſtea, áddito ad
tria religiónis vota de
Miſſiónibus quarto, Igná-
tius inſtítuit; & à Paulo
tértio confirmátam, in

Præpóſitum generálem electus, ſumma cum prudéntia rexit. Præcípua illi cura erat, ut rudes & púeri doctrínam Chriſtiánam perdiſcerent, carcéribus inclúſi levarentur, ſacramentórum uſus & frequéntior eſſet & ſánctior. Non eum ab opéribus charitátis difficultátes, non contuméliæ aut irriſiónes deterrébant. Ad Deum ómnia referébat, his verbis, Ad majórem Dei glóriam, velut ſymbolo uti ſólitus. Romæ obdormívit in Dño; eumque Gregórius décimus quintus ſanctis aſcripſit.

Lectio VI. ut in Codice Lectionum pro ſancto non Pontifice, pag. lxxj.

Fit Commem. Octava.

AD VESPERAS, fit à Capit. de ſeq. cum Commem. S. Ignatii & Octava.

DIE XXXI.

In Feſto
SANCTI GERMANI,
Autiſſiodorenſis
Epiſcopi.

Semiduplex.

De Communi unius Pontificis, pag. xviij. *Oratio*, Dirige. xxij.

LECTIO IV.

GErmánus nóbili génere Autiſſiodóri natus, poſt auditória Gallicána Romæ juris perítiam adeptus, cauſas egit; ibíque uxórem duxit. Provínciæ ſuæ viſitátor conſtitútus, in Gálliam rédiit: ubi venatióni nímium déditus, ab Amatóre Autiſſiodorenſi Epiſcopo reprehénſus eſt, quòd ferárum quas venando céperat, trunca cápita, ex ritu Gentílium, de árbore quæ in médio civitátis erat, non ſine fidélium offenſióne, ſuſpénderet. Sed ubi Germánum ſibi ſucceſſórem futúrum divínitùs compérit Amátor, Auguſtodúnum ſe cóntulit, ut Germáni in Clerum aſciſcendi poteſtátem à Júlio præfecto impetráret. Quod ut obtínuit, Germánum, reſciſſo capillítio, clericáli veſte índuit. Creátus Epíſcopus, súbitò mutátur in virum álterum: exinde namque cœpit ſéculi pompam aſpernári, uxórem habére pro ſoróre, vitam áſperam dúcere, cilício carnem domáre, vilem indúere hábitum, ſua paupéribus erogáre, ómnibus ſine perſonárum acceptióne hoſpítium præbére, oratiónem vix unquam intermíttere.

LECTIO V.

CUm autem Pelagiána hæreſis in Británnia majóre graſſarétur, ad eam extirpandam Gálliæ Epíſcopi, rogántibus Britannis, miſérunt Ger-

a cum Lupo Tre-
qui ínſulam purgâ-
errôre. Cláruit ibi
mus miráculis; &
nis, quos Saxónum
umque juncti pre-
it exércitus, præ
insignem procurá-
tóriam, non armó-
i, ſed Clericórum
litum précibus, &
re quo divínitùs ho-
térriti in fugam acti
In Gálliam redux,
cepiſſet civitátem
tribútis aliiſque ca-
ribus ádmodū pre-
Arelátem ſe cóntu-
Auxiliárem Gálliæ
tum, qui Germáni
us pro plebe vexáta
ánnuit. Ravennam
tus, ut à Valentiá-
peratóre iis véniam
t, & ab ipſo, ejuſ-
atre Placídiâ hono-
xceptus, ibi paucis
ébus ex hac vita de-
, anno quadringen-
quadragéſimo oc-
Corpus ejus póſteà
ífico comitátu Au-
órum delátum eſt.

ſancti Evangélii
dùm Matthæum.
io VI. *Cap. 5. 14.*
rna ſupra cande-
labrum.

llo témpore; Dixit
s diſcípulis ſuis:
tis lux mundi. Non
ívitas abſcondi ſu-
ntem póſita; neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub módio, ſed ſupra candelábrum. Et réliqua.

Homília ſancti Joannis Chryſóſtomi.

Homil. 15. in Matth. c. 5.

Vos eſtis lux mundi. Non uníus profectò gentis, nec viginti úrbium, ſed totíus orbis lumen tunc perhibentur, & lumen intelligíbile, ipſóque ſole fulgéntius. Nolíte, inquit, aſpícere; quia in iſto nunc reſidémus loco, & in exígua ſumus parte ánguli. Sic enim éritis manifeſti cunctis, quemádmodum cívitas in montis vértice collocáta; vel ſicut lucerna in domo ſuper candelábrum relúcens. Ubi nunc ſunt virtúti Chriſti incréduli? Audiant iſta, & prophetíæ poténtiam poſt experimenta mirantes, majeſtátem Dómini adorando venerentur. Perpende enim quália polliceátur eis; quòd vidélicet terrâ omni, maríque celebrandi ſint, & ad términos uſque mundi, famâ ducente, ventúri: imò non famâ, ſed manifeſto beneficiórum atque admirandæ operatiónis effectu. Non ſola enim fama illos portans fecit ubíque notíſſimos, ſed ipſa útique óperum exhibítio.

ret quoſdam de Ecclésia.
* Videns autem quia placéret. *Act.* c. 12.

LECTIO V.

CRucem párvulam in qua de caténis ſancti Petri & Pauli inſerta erat benedictio, mittens ſanctus Gregórius Magnus Eulógio Alexandríno Patriarchæ, multa per iſtam benedictiónem conſuéta ſieri mirácula narrat. Idem Childeberto Francórum regi claves ſancti Petri, in quibus de limatúra catenárum ejus inclúſum áliquid erat, direxiſſe ſe dixit, ut collo ejus ſuſpenſæ à malis illum ómnibus tuerentur. Summus autem ipſe Póntifex iſtis è caténis áliquid quod crúcibus vel clávibus includerétur, limando conabátur excútere; quod quidem aliquando ſummâ facilitáte fiébat, nonnunquam è contrà nullâ ratióne póterat obtinéri. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Cùm apprehendiſſet Petrum, miſit in cárcerem, tradens quátuor quaterniónibus mílitum cuſtodiendum, * Volens poſt Paſcha prodúcere eum pópulo. *Act.* 12. *v.* 4. ℣. Póſuit eum in domo cárceris. *Jerem.* 52. *v.* 11. * Volens poſt Paſcha prodúcere.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO VI. *Cap.* 16.

Petri confeſſio.

IN illo témpore; Venit Jeſus in partes Cæſaréæ Philippi, & interrogábat diſcípulos ſuos, dicens: Quem dicunt hómines eſſe Filium hóminis? Et réliqua.

Homilia ſancti Joannis Chrysóſtomi.

In Matth. 55.

VOs verò quem me eſſe dícitis? Quid Petrus, Apoſtolórum os, ubíque férvidus, chori Apoſtolórum coryphæus? Cùm omnes interrogáti eſſent, ipſe reſpondet. Et quidem cùm de ſenténtia vulgi petébat, omnes reſpondérunt; cùm verò de ipſorummet ſenténtia, ſtatim Petrus prævéniens ait: Tu es Chriſtus Fílius Dei vivi. Quid ígitur Chriſtus? Beátus es, Simon Barjóna, quia caro & ſanguis non revelávit tibi. Petrus beatificátur; quia ipſum, germánum Fílium confeſſus eſt: quapropter nihil tale de illis quale de hoc dícitur, Quia Pater revelávit tibi. Namque, quóniam magni amóris vínculis Petrus Chriſto connectebátur, aſſentatiúnculâ gratíficans hæc verba dixiſſe viderétur; Patrem in medium addu-
xit,

t, qui ad confeſſiónem
ritátis ánimum Petri
mmóvit. Quid igitur
hriſtus? Tu es Petrus,
ſuper hanc petram ædi-
ábo Eccléſiam meam;
portæ ínferi non præ-
lébunt adversùs eam.
: : Quæcumque ſólveris
per terram, erunt ſolú-
in cœlis. Seipſum his
ibus promiſſiónibus
ei Fílium eſſe revélat &
tendit. Nam quæ Deus
re ſolus poteſt, pecca-
rum ſcílicet remiſſió-
em, & ut Eccléſia tot
ntiſque flúctibus irruén-
ous immóbilis máneat,
que ut homo piſcátor
nni petrâ oſtendátur fír-
ior univerſo orbe op-
ignante; hæc, pollicé-
r ſe ei datúrum: ſicut
ater ad Jeremíam, di-
bat: Póſui te in colum-
m férream & murum
neum; ſed hunc quidem
i genti, illum autem
iverſo orbi.

℟. Diſſolúta ſunt vín-
la brachiórum & má-
uum illíus * Per manus
otentis Jacob: † Inde
ſtor egreſſus eſt lapis
raël. *Gen.* 49. *v.* 24.
. Cecidérunt caténæ de
ánibus ejus. *Act.* 12.
7. * Per. ℣. Glória.
Inde.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Lux orta eſt
juſto, ℟. Et rectis cor-
de lætítia. *Pſ.* 96. *v.* 11.

Ant. Petrus quidē ſer-
3. à. vabátur in cár-
cere. *Act.* 12. *v.* 5.

Ant. 4. a. Orátio autem
fiébat ſine intermiſſióne
ab Eccléſia ad Deum pro
eo. *Ibid.*

Ant. 8. c. Erat Petrus
dórmiens inter duos mí-
lites, vinctus caténis duá-
bus. *Ibid. v.* 6.

Ant. 7. *d.* Ecce Ange-
lus áſtitit, & lumen reful-
ſit in habitáculo. *Ib. v.* 7.

Ant. 2. D. Exiens ſe-
quebátur eum, & neſcié-
bat quia verum eſt quod
fiébat per Angelum. *Ibid.*
v. 9.

Capitulum. Act. 12. *v.*
9. 10.

Exiſtimábat autem ſe
viſum vidére: tranſ-
euntes autem primam &
ſecundam cuſtódiam, ve-
nérunt ad portam férream
quæ ducit ad civitátem,
quæ ultrò aperta eſt eis.

Hymnus. S. V.

Petrum, tyranne,
quid caténis óbruis,
Jubeſque condi cárceris
nigro ſpecu?
Quid trux ſatelles ante
limen éxcubat?
Carcer, ſatelles, vincla
non Petrum tenent.

Fulgens ab alto venit
Ales æthere;
Recédit horror, & fugat
noctem dies:

Æſtiva. Carc. Bb

Jubente Chriſto, rupta vincla cóncidunt;
Panduntur ultrò clauſa ferro límina.
Coelestis ille duĉtor oſtendit viam:
It Petrus, atque sómnium quod ſit, putat:
Verùm, receptâ mente, victrícem Dei
Suæ ſalútis certus agnoſcit manum.
Lux noſtra, Chriſte, noſtra libertas, vides
Quibus caténis vínciant nos crímina,
Et quanta noſtris íncubet nox méntibus:
Cæcis diem fer; rumpe vinctis víncula.
Patri ſuprémo ſit ſupréma glória;
Tibíque laudes totus orbis cóncinat,
Æterne Fili, ſplendor æterni Patris:
Compar ſit almo laus decuſque Flámini.
Amen.

℣. Liberábit páuperem à potente, ℟. Et páuperem cui non erat adjútor. *Pſ.* 71. *v.* 12.

Ad Bened. *Ant.* 3. a. Exeuntes proceſſérunt vicum unum, & continuò diſceſſit Angelus ab eo. *Act.* 12. *v.* 10.

Oratio.

Deus, qui beátum Petrum Apóſtolum à vínculis abſolútum, illæſum abire feciſti: noſtrórum, quæſumus, abſolve víncula peccatórum; ut, ab ómnibus impediméntis expedíti, viam mandatórum tuórum dilatáto corde currámus: Per Dóminum.

Fit Commem. Octavæ SS. Martyrum.

AD PRIMAM.

Ant. 3. à. Petrus quidem.

AD TERTIAM.

Ant. 4. a. Orátio.

Capitulum. Jac. 5. 16.

ORáte pro ínvicem, ut ſalvémini; multùm enim valet deprecátio juſti aſſídua.

℟. *br.* Clamavérunt juſti, * Et Dóminus exaudívit eos. *Repet.* Clamavérunt. ℣. Et ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos. * Et. ℣. Glória. *Repet.* Clamavérunt. *Pſ.* 33. 18.

℣. Exaudívit páuperes Dóminus, ℟. Et vinctos ſuos non deſpexit. *Pſal.* 68. 34.

AD SEXTAM.

Ant. 8. c. Erat Petrus.

Capitulum. Jerem. 17. 15. 16.

ECce ipſi dicunt ad me: Ubi eſt verbum Dómini? Véniat. Et ego non ſum turbátus, te paſtórem ſequens, & diem hóminis non deſiderávi.

℟. *br.* Tu, Dómine, * Benedíces juſto. *Repet.*

Dómine, ut ſcu-
:. voluntátis tuæ.
líces. ℣. Glória.
ſu.
ntende voci ora-
meæ, ℟. Rex
: Deus meus. *Pſ.*
5.

NONAM.

2. D. Exiens.
um. Act. 12. 11.
us ad ſe reverſus
it: Nunc ſcio ve-
. miſit Dóminus
n ſuum, & erí-
: de manu Heró-
de omni expecta-
lebis Judæórum.
r. Ecce ſic * Be-
ır homo. *Repet.*
r. Qui timet Dó-
, * Benedicétur.
ria. *Repet.* Ecce.
. v. 4.
cce nunc benedí-
minum, ℟. Om-
vi Dómini. *Pſal.*
. 1.

VESPERAS.

ph. de Laudibus.
. Act. 12. v. 12.
nſideranſque Pe-
ıs, venit ad do-
lariæ matris Joan-
ıui cognominátus
ırcus, ubi erant
ongregáti & oran-

ius, *ut in primis*
:.
Mirábilis Deus in
ſuis, ℟. Deus Iſ-
ſ. 67. v. 36.

Ad Magníſic. *Ant.* 1. D. Narrávit Petrus quómodo Dóminus eduxiſſet eum de cárcere. *Act.* 12. v. 17.

Oratio, ut ſuprà.

Fit Commemoratio Octavæ. Deinde S. Stephani Papæ & Martyris. Ant. Pro certò. ℣. Juſtus. *p.* vj. *Oratio.* Fac nos, *p.* xj.

DIE II.

DE OCTAVA SS. MARTYRUM

Sermo ſancti Ephrem, Diáconi.

LECTIO III.

Serm. 1. & 2. *de Mart.*

MArtyres mórtui tamquam vivi operantur, ægrótos ſanant, dæmones expellunt, omnemque tyránnidis ipsórum nequítiam virtúte Chriſti in fugam agunt. Semper enim ſanctis Relíquiis grátia adeſt Spíritûs Sancti, quæ cuncta in eis mirácula edit. Quóniam viríliter coram homínibus Chriſtum in magna patiéntia confeſſi ſunt: ideò & ipſe eos coram Patre & Angelis confeſſus eſt, promiſitque eis bona illa, quæ óculus non vidit, nec auris audívit, neque in cor hóminis mortális venérunt, & in quæ Angeli proſpícere desíderant: & quid ampliùs hìc ſermóne explicáre vólumus? Cohærédes ipſe ſibi eos effé-

cit.... Obteſtámur vos, ô ſanctíſſimi Mártyres, qui pro Dómino Salvatóre ejuſque amóre ſponte ac promptè atrocíſſima tormenta ſubiiſtis, quamobrem jam ei familiárius conjuncti eſtis, ut pro nobis míſeris peccatóribus negligéntiæ ſquallóre óbſitis Dóminum deprecémini, ut divínam ſuam in nos infundat grátiam, quæ corda noſtra ſanctæ charitátis rádio júgiter illuſtret atque illúminet, quo ipſum toto corde totâque mente dilígere valeámus. Vos étenim verè nunc beáti ac glorióſi eſtis quos Angeli páriter & hómines unâ voce atque conſenſu felíces prædicant.

De S. Stephano Papa & Martyre.

Ex Commonitório ſancti Vincéntii Lirinenſis.

LECTIO IV. *Cap.* 9.

AGrippínus Carthaginenſis Epíſcopus rebaptizandum eſſe censébat contra morem & inſtitúta majórum. Tunc beátæ memóriæ Papa Stéphanus, Apoſtólicæ Sedis Antiſtes, cum cæteris quidem collégis ſuis, ſed tamen præ cæteris réſtitit: dignum, ut opínor, exíſtimans, ſi réliquos omnes tantùm fidei devotióne vínceret, quantùm loci auctoritáte ſuperábat. Dénique in Epíſtola, quæ tunc ad Africam miſſa eſt, idem his verbis ſanxit: Nihil novandum, niſi quod tráditum eſt. Intelligébat étenim vir ſanctus & prudens, nihil áliud ratiónem pietátis admíttere, niſi ut ómnia, quâ fide à Pátribus ſuſcepta forent, eâdem fide fíliis conſignarentur: noſque religiónem, non quà vellémus dúcere, ſed pótiùs, quà illa dúceret, ſequi oportére: idque eſſe próprium Chriſtianæ modéſtiæ & gravitátis, non ſua póſteris trádere, ſed à majóribus accepta ſerváre. Quis ergo tunc univerſi negótii éxitus? Quis útiquè niſi uſitátus & ſólitus? Retenta eſt ſcílicet antíquitas, explóſa nóvitas.

AD LAUDES, Comm. S. Stephani Papæ & Mart.
Ant. Vitâ. ℣. Juſtus. 1.
Oratio, Fac nos, Dómine, *p.* xi.

DIE III.

In Inventione Corporis SANCTI STEPHANI, PROTOMARTYRIS.

Semiduplex.

De Communi unius Martyris. Orat. Omnípotens, *infrà.*

Commem. Octavæ.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 318. de Mart. Steph.

Lectio IV.

AUdiſtis, cùm paſſiónis Stéphani léctio legerétur de libro canónico Actuum Apoſtolórum, quemádmodum lapidátus ſit à Judæis, quemádmodum commendáverit Dómino ſpíritum ſuum, quemádmodum étiam in extrémo, génibus fixis, oráverit pro lapidatóribus ſuis. Hujus corpus ex illo uſque ad iſta témpora látuit. Nuper autem appáruit, ſicut ſolent apparére ſanctórum Mártyrum córpora, revelatióne Dei quando plácuit Creatóri. Præcedéntibus enim ſignis locus demonſtrátus eſt: & quómodo fúerat revelátum, ſic & inventum eſt. Multi inde relíquias accepérunt, quia Deus vóluit; & huc venérunt. Commendátur ergo charitáti veſtræ & locus & dies; utrumque celebrandum in honórem Dei, quem confeſſus eſt Stéphanus. Nos enim in iſto loco non aram fécimus Stéphano; ſed de relíquiis Stéphani, aram Deo. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

Ex libro ejuſdem, de Civitáte Dei.

Lib. 22. Cap. 8.

Lectio V.

AD aquas Tibilitánas Epíſcopo afferente Projecto relíquias mártyris glorioſíſſimi Stéphani, ad ejus Memóriam veniébat magnæ multitúdinis concurſus. Ibi cæca múlier, ut ad Epíſcopum portantem pígnora ſacra ducerétur, orávit: flores quos ferébat, dedit; recépit, óculis admóvit, prótinùs vidit. Stupéntibus qui áderant, præíbat exultans, viam carpens, & viæ ducem ultériùs non requírens. Memoráti Memóriâ Mártyris quæ pófita eſt in Caſtello Synicenſi, quod Hipponenſi colóniæ vicínum eſt, ejuſdem loci Lucillus Epíſcopus, pópulo præcedente atque ſequente, portábat: fiſtula, cujus moléſtiâ jam diu laboráverat, & familiaríſſimi ſui médici, qui eam ſecáret, opperiebátur manus, illius piæ ſárcinæ vectatióne, ubi ſanctas attigiſſet relíquias, repentè ſanáta eſt.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio VI. *Cap. 23. 29.*

Sanguis juſtus effuſus.

IN illo témpore; Dicébat Jeſus: Væ vobis, Scribæ & Phariſæi hypó-

critæ, qui ædificátis ſepulchra Prophetárum, & ornátis monumenta juſtórum; & dícitis: Si fuiſſémus in diébus patrum noſtrórum, non eſsémus sócii eórum in ſánguine Prophetárum. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtini Epíſcopi.

Serm. 317. De Protomart. 5.

DOminus amárè & acerbè árguit Judæos, ſed amando: Væ vobis, Scribæ & Phariſæi hypócritæ. Quando dicébat iſta, quis non díceret quia óderat illos? Venit ad crucem, & ait: Pater, ignoſce illis; quia néſciunt quid fáciunt. Sic & Stéphanus in ſermóne ſuo priùs árguit: Durâ cervíce, & non circumcíſi corde & áuribus. Verba ſunt ſancti Stéphani, quando Judæos alloquebátur: Durâ cervíce, & non circumcíſi corde & áuribus; vos ſemper Spirítui ſancto reſíſtitis, ſicut & patres veſtri: quem Prophetárum non occidérunt patres veſtri? Iſta dicendo, quaſi odit, quaſi ſævit. Lingua clamat, cor amat. Audívimus linguam clamantem: probémus ánimum diligentem. Nam cùm ad lápides cucurriſſent, jactábant in illum. Et cùm tanta eſſet in docendo conſtántia, vidéte qualis extíterit in morte patiéntia. Hi enim íctibus lápidum corpus ipsíus quatiébant; & ille pro eis orábat: contundebátur homo extérior, & ſupplicábat intérior. Sed Dóminus quicinxerat, qui probáverat, qui ei charactérem non in manu, ſed in fronte posúerat, ſpectábat déſuper mílitem ſuum, juvatúrus certantem, coronatúrus vincentem.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui primítias Mártyrum in beáti Levítæ Stéphani ſánguine dedicaſti: tribue, quæſumus, ut pro nobis interceſſor exiſtat, qui pro ſuis étiam perſecutóribus exorávit Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit.

Commemoratio Octavæ.

DIE IV.

Octava, & Feſtum

INVENTIONIS ET TRANSLATIONIS SS. Martyrum NAZARII ET CELSI.

Duplex-majus.

Pſalmi de Feria in toto Officio; cætera ut in Die, exceptis quæ ſequuntur.

Pridiè AD VESPERAS.

Capitulum. Iſa. 26. 21.

ECce Dóminus egrediétur de loco ſuo: & revelábit terra ſánguinem

ſuum, & non opériet ultrà interfectos ſuos.

℟. Sit memória illórum in benedictióne; & * Oſſa eórum púllulent de loco ſuo; † Et nomen eórum permáneat in ætérnum. *Eccli.* 46. 14. 15. ℣. Beáti qui lavant ſtolas ſuas in sánguine Agni. *Apoc.* 22. 15. * Oſſa eórum. ℣. Glória Patri. † Et nomen eórum permáneat.

Hymnus.

Cæcos pande ſinus, terra: nimis diu
Demerſos ténebris ínvida détines
Sanctórum cíneres: redde peténtibus
Tandem pígnora Mártyrum.

Servat dextra Dei, pollíciti memor,
Dulces exúvias; dente nec ímprobo
Lædet dira lues, nec penetrábili
Rodet tempus edax ſitu.

Fusus pro Dómino fumat adhuc cruor:
Sacris pignóribus ſpirat adhuc fides:
Invicti púgiles frígida péctora
Linguâ sánguinis éxcitant.

His quantam túmulis vim Deus índidit!
Quot firmat tímidam prodígiis fidem!
Hìc obſeſſa mali córpora Spíritus
Linquunt, ac trépidi ſilent.

Indivisa Trias, laus tibi máxima,
Quæ Cœlis sátians lætítiâ Tuos,
Terris conſpícuos ac venerábiles
Ipsórum túmulos facis.
Amen.

℣. Dabis, Dómine, gáudium & lætítiã; ℟. Et exultábunt oſſa humiliáta. *Pſ.* 50. 10.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Oſſa veſtra quaſi herba germinábunt, & cognoſcétur manus Dómini ſervis ejus. *Iſa.* 66. 14.

Oratio, ut infrà, ad Laudes.

AD OFFICIUM NOCT.

Hymnus.

Nunc tandem è túmulis córpora pródeant:
Templórum médiis ſtent penetrálibus:
Jam ſanctos cíneres ſupplícibus pia
Paſſim plebs colat óſculis.

Ignoti pópulis non éritis modò:
Surgunt templa Deo jam nova, quæ dehinc
Altis veſtra ferent nómina fróntibus,
Chriſti glória, Mártyres.

Præcones fidei nos juvet æmulis
Certátim mémores tóllere láudibus :
Sit cultus pótior, quam décorant fidem,
Puris réddere móribus.

Ah ! ſi, pace datâ, non líceat mori ;
Si jam vincla, rotæ, defíciunt cruces ;
Durus quiſque ſibi plectat & ímmolet
Duris membra labóribus.

Indivisa Trias, laus tibi máxima,
Quæ cœlis sátians lætítiâ Tuos,
Terris conſpícuos ac venerábiles
Ipsórum túmulos facis.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Ex divo Paulino in vita ſancti Ambroſii.

REvertens Ambróſius de urbe Aquileïenſi, uno die præceſſit Imperatórem. Nec diu clementíſſimæ memóriæ Theodóſius Imperátor, ſuſceptis filiis in Eccléſia, & tráditis Sacerdóti, in hac luce fuit. Poſt cujus óbitum ferè triénnium ſupervixit. Quo in témpore ſancti Nazárii Mártyris corpus, quod erat in horto póſitum extra civitátem, levátum, ad Baſílicam Apoſtolórum, quæ eſt in Romána Porta, tránſtulit. Vídimus autem in ſepulchro quo jacébat corpus Mártyris, qui quando ſit paſſus, uſque in hodiernum diem ſcire non póſſumus ; ſánguinē Mártyris ita recentem, quaſi eâdem die fuiſſet effúſus. Caput étiam ita íntegrum atque incorruptum cum capillis cápitis atque barba, ut nobis viderétur eódem témpore quo levabátur, lotum atque compóſitum in ſepulchro. Et quid mirum ? quandóquidem Dóminus hoc in Evangélio antè promíſit, quòd capillus de cápite eórum non períret. Etiam odóre tanto repléti ſumus, ut ómnium arómatū vinceret ſuavitátem.

LECTIO V.

LEváto córpore Mártyris, & in lectíca compóſito, ſtatim ad ſanctum Celſum Mártyrem, qui in eódem horto póſitus eſt, cum ſancto Sacerdóte ad oratiónem perréximus. Nunquam tamen illum oraſſe antè in eódem loco compertum habémus. Sed hoc erat ſignum reveláti Mártyris, ſi ſanctus Sacerdos ad locum

ein nunquam ántea
ſ oratum iſſet. Co-
mus tamen à cuſtó-
loci illíus, quòd à
tibus illis tráditum
on diſcédere de lo-
ɔ per omnem gene-
em & progéniem
m, eò quòd theſau-
gni in eódem loco
éſſent: & verè ma-
heſauri, quos non
ɔ neque tínea extér-
, neque fures effó-
& furantur, quia
eórum Chriſtus eſt,
us eórum Aula cœ-
eſt, quibus vívere
tus fuit, & mori lu-

LECTIO VI.

Ranſláto córpore
Mártyris ad Basíli-
Apoſtolórum, ubi
ſanctórum Apoſto-
Relíquiæ, ſummâ
im devotióne, pó-
ietant; cùm tractá-
iſcopus, quidam de
ɔ replétus Spíritu
ndo, clamáre cœ-
torquéri ab Ambró-
It ille converſus ad
ait: Obmuteſce,
le, quia non te tor-
Ambróſius, ſed fides
ɔrum & invídia tua,
am vides aſcéndere
nes unde tu dejectus
am Ambróſius non
iflári. Quo dicto, ille
amábat, obmútuit,
atuſque in terra eſt,

nec ampliùs vocem quâ
obſtrépere poſſet, emíſit.

IN III. NOCTURNO.

De libro tértio Regum.

LECTIO VII. *Cap.* 13. *v.* 24.

Viri Dei cadaver à leone intactum.

CUm abiiſſet (vir Dei,) invénit eum leo in via, & occídit, & erat cadáver ejus projectum in itínere: ... & leo ſtabat juxta cadáver. Et ecce viri tranſeuntes vidérunt cadáver projectum in via, & leónem ſtantem juxta cadáver. Et venérunt & divulgavérunt in civitáte, in qua prophétes ſenex habitábat; quod cùm audíſſet Prophéta ille, ... ait: Vir Dei eſt: ... trádidit eum Dóminus leóni, & confrégit eum, & occídit... Dixítque ad filios ſuos: Stérnite mihi áſinum. Qui cùm ſtraviſſent, & ille abiiſſet, invénit cadáver ejus projectum in via, & leónem ſtantem juxta cadáver: non comédit leo de cadávere.

LECTIO VIII. *v.* 29.

Cadaver viri Dei à Propheta tranſlatum.

TUlit ergo Prophétes cadáver viri Dei, & póſuit illud ſuper áſinum; & reverſus, íntulit in civitátem Prophétæ ſenis, ut plángeret eum. Et póſuit cadáver ejus in ſepul-

chro ſuo, & planxérunt eum: Heu! heu! mi frater. Cumque planxiſſent eum, dixit ad filios ſuos: Cùm mórtuus fúero, ſepelite me in ſepulchro in quo vir Dei ſepultus eſt: juxta oſſa ejus pónite oſſa mea: profectò enim véniet ſermo quem prædixit in ſermóne Dómini contra altáre quod eſt in Bethel, & contra ómnia fana excelsórum quæ ſunt in úrbibus Samariæ.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO IX. *C. 10. 29.*

Deus magis timendus.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Nolíte timére eos qui occídunt corpus, ánimam autem non poſſunt occídere. Et réliqua.

Homília ſancti Joannis Chryſóſtomi.

Homil. de S. Ignat. Mart.

SAnctórum Mártyrum non modò córpora, ſed & ipſi lóculi & monumenta ſpirituáli quâdam grátiâ conferta ſunt. Nam ſi in Eliſæo id cóntigit, ut defunctus ſepulchrum ejus attingens mortis víncula diſsólverit, & ad vitam rursùs redíerit; multò magis id fiet hoc témpore quo grátia fluit ubérior, quo Spíritûs major eſt vis; ut ſi cum fide áliquis arcam attingat, magnam inde virtútem obtíneat. Et eam ob cauſam relíquias Sanctórum nobis conceſſit Deus, ut nos ad ſe eórum imitatióne perdúcat. Et ſunt nobis velut portus quidam & idóneum ſolátium eórum malórum quæ aſſíduè nos afflígunt. Quamobrem vos omnes cohortor, fratres, ſi quis veſtrûm ægritúdine ánimi, vel córporis morbo, vel quâvis aliâ calamitáte prémitur, ut cum fide huc accédat; & ómnibus his liberáti, magna cum lætítia revertétur, & aſpectu ſolo conſciéntiam leviórem & tranquilliórem reportábit.

AD LAUDES.

Hymnus.

O INVIDENDA Mártyrum!
O pœna felix córporis!
Quæ dura ſolvens víncula,
Mortem domas, vitam paris.

POST longa vitæ tædia;
Poſt ínclytæ decus necis,
Cives poli, perénnibus
Tandem fruuntur gáudiis.

AT oſſa creduntur ſolo
Piis rigáta flétibus,
Semen bonum, multam ſuo
Frugem datúra témpore.

QUAM nempe vivi ſanxerant
Fuſo cruóre Mártyres,

membra luci réd-
lita
..r ac firmant fidem.
..rum triumphos
ángimus,
: da fidem, Deus:
..iam triumphando
..uces
..erant viam, ſequi,
..us ſub armis mili-
..ant,
..ique vincunt Már-
..yres.
..Patri, laus Filio;
..r tibi laus, Spíri-
..us.
Amen.
Oculi Dómini ſu-
..ſtos; ℟. Et aures
preces eórum. *Pſ.*

Bened. *Ant.* 1. g.
..mini & laudáte,
..bitátis in púlvere.
..5. 9.
Oratio.
..ge in nobis, Dó-
..mine, reſurrectió-
..em, qui in ſanctó-
Mártyrum tuórum
..ii & Celſi Relíquiis
..lia operáris; & fac
..mmortális glóriæ
..pes, cujus in eó-
..néribus pígnora ve-
..ur; Per.
..I. VESPERAS.
..mus, Cœcos pan-
..prà 583.
..culi Dñi ſuper me-
..eum, ℟. Ut éruat
..te ánimas eórum.
..181 19.

Ad Magnif. *Ant.* 8. *G.* Seminátur corpus in ignobilitáte; ſurget in glória. 1. *Cor.* 15. 43.

Oratio, ut ſuprà.

Fit Commem. S. Dominici, Oratio, Deus, *p.* 589.

DIE V.

In Feſto

SANCTI DOMINICI, Preſbyteri.

Semiduplex.

De Communi unius Preſbyteri. xxx.

LECTIO IV.

Ex vit. S. Domin. à Theod. de Appoldiono ſcripta.

Dominicus Calarogæ in Hiſpánia ex nóbili Guſmannórum famíliæ natus eſt. Hunc mater dum útero geſtáret, quædam vidiſſe per quiétem tráditur, ex quibus conjícere pronum eſſet, eum quem paritúra erat, ſplendóre ſanctitátis & doctrínæ multos ad pietátem chriſtiánam inflammatúrum. Paléntiæ liberálibus diſciplínis, ac Theológiæ óperam dedit. Quo in ſtúdio cùm plúrimùm profeciſſet, annos natus viginti novem, inter Canónicos Reguláres Uxamenſis Eccléſiæ cooptátus eſt. Hujus ingénium & virtus máxime énituit, tum in impietáte Mahumetanórum expugnandâ, tum præcípuè in evertendis Albigénſibus hæréſi-

cis qui Tolosátes cæteroſque Occitániæ pópulos pervértere conabantur. Huic óperi, primùm auctóre Didáco Epíſcopo ſuo, póſtea cum legátis Apoſtólicis, & adjunctis eiſdem Ciſtercienſis Ordinis Abbátibus, non ſine crebro vitæ diſcrímine, per annos novem, verbo, précibus & miráculis incúbuit. Qui labor fructus ubérrimos prótulit, converſis, infiníto prope número, tam viris quàm muliéribus: inter quas cùm plures ad ſanctimoniálem vitam aſpiráre cérneret, iis excipiendis Monaſtérium in loco Pruliáno dicto, Fulcóne Tolosáno Epíſcopo conſentiente, conſtítuit, quod Simon de Monteforti multis donatiónibus auxit.

Lectio V.

Póſtea cœpit étiam adſcíſcere ſibi sócios quibuſcum vitæ commúnis ratiónem inſtitúeret; quos Fulco, Tolosánus Epíſcopus, cùm ſe hæréticis ad fidem revocandis, & pravis mortálium móribus corrigendis devovérent, in Diœcéſi ſua retinére conſtítuit: Domínicum verò ſecum Romam adduxit ad Synodum. quam in Basílica Lateranenſi quartam Innocéntius Papa tértius indíxerat, ut de propóſito inſtitúto cum Pontífice ágeret, ejuſque confirmatiónem obtinéret. Sed hæc Innocéntio, propter decrétum quod de vetandis novis ordínibus enixè à pátribus in Synodo petebátur, differenda viſa eſt, & Domínicus ínterim dimiſſus, ut cum sóciis unam ex approbátis ántea régulis elígeret. Quo facto, Romam rédiens, ab Honório tértio qui próximus Innocéntio ſucceſſerat, approbatiónē Ordinis ſui ſub Auguſtíni régula, & Prædicatórum título, impetrávit, & primam domum Tolóſæ ad Eccléſiam ſancti Románi conſtítuit. Illinc anno nondum elapſo, pluríimos ex hoc ſodalítio in várias regni urbes, ad propagandum Ordinem, dum ipſe Romam revértitur, direxit. Dénique Romæ duóbus ítidē Monaſtériis conſtitútis, anno Chriſti ducenteſimo vigéſimo primo ſupra milléſimum, Bonóniæ poſt celebráta Ordinis comítia, febre correptus, charitátem, humilitátem, paupertatemque frátribus teſtamento relinquens, obdormívit in Dómino ſextâ die Auguſti: quem miráculis ſacrum póſtea Gregórius nonus in Sanctórū númerum rétulit.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio VI. *Cap.* 10. 1.

Paſtor ovium.

IN illo témpore; Dixit Jeſus Phariſæis: Amen, amen, dico vobis, qui non intrat per óſtium in ovíle óvium; ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Epiſt. Lib. 9. *Epiſ.* 40.

ILle ad ovíle óvium intrat per óſtium, qui intrat per Chriſtum; ipſe autem per Chriſtum ingréditur, qui culmen regíminis ad offícium portandi óneris ſúſcipit, non ad appetítum glóriæ tranſitórii honóris. Curæ quoque ſuſcepti ovílis ſolerter invígilat, ne oves Dei, aut perverſi hómines prava loquentes diláníent, aut maligni ſpíritus oblectamenta vitiórum perſuadentes, devaſtent. Sed in his ómnibus ipſe nos ínſtruat, qui propter nos homo factus eſt.

AD LAUDES.

Capitulum. 2. Tim. 2. 15.

SOllícitè cura teipſum probábilem exhibére Deo, operárium inconfuſíbilem, rectè tractantem verbum veritátis.

Oratio.

DEus, qui Eccléſiam tuam beáti Domínici Confeſsóris tui illumináre dignátus es méritis & doctrínis: concéde, ut ejus interceſſióne temporálibus non deſtituátur auxíliis, & ſpirituálibus ſemper profíciat increméntis. Per Dóminum noſtrum.

D i e vi.

In Feſto

TRANSFIGURATIONIS

D o m i n i.

Duplex-majus.

IN I. VESPERIS.

Pſalmi de Feria, & ſic in toto Officio.

Ant. QUis ſatiábitur 5. C. videns glóriã Dómini? *Eccli.* 42. 26.

Ant. 1. g. Laudis ejus plena eſt terra: ſplendor ejus ut lux erit. *Habac.* 3. 3. 4.

Ant. 2. D. Confundétur ſol, cùm regnáverit Dóminus in monte, & in conſpectu ſenum ſuórum fúerit glorificátus. *Iſ.* 24. 23.

Ant. 3. a. Ipſi vidébunt glóriam Dómini, & decórem Dei noſtri. *Iſ.* 35. 2.

Ant. 6. F. Audítam fáciet Dóminus glóriam vocis ſuæ. *Iſ.* 30. 29.

Capitulum. Iſ. 4. 2.

IN die illa erit germen Dómini in magnificéntia & glória, & fructus terræ ſublímis, & exultátio his qui ſalváti fúerint de Iſraël.

℟. Inebriabuntur ab

ubertáte domûs tuæ, & torrente voluptátis tuæ potábis eos: * Quóniam apud te eſt fons vitæ. *Pſ.* 35. *v.* 9. 10. ℣. Ait Petrus ad Jeſum: Bonum eſt nos hìc eſſe. *Luc.* 9. 33. * Quóniam. ℣. Glória Patri. * Quóniam apud te eſt.

Hymnus. S. V.

HOc juſſa quondam rumpimus
Feſto die ſiléntia:
Celáta dudum jam decet
Vulgáre nos myſtéria.

MONTIS ſub alto vértice,
Tribus vocátis téſtibus,
O Chriſte, viſus háctenùs
Terris homo, pates Deus.

TUÆ latens lucis jubar
Sacros in artus éffluit,
Veſtis tuo te númine,
Tibíque totus rédderis.

COELO tonante, prótinùs
Audíta ſummi vox Patris,
Te, nube ruptâ, Fílium
Quo gloriátur, áſſerit.

HIC eſt Magiſter ómnium,
Quem pronus orbis áudiat:
Siléte, mortáles; Deus,
Qui nos docet, fatur Deus.

QUI, nube ruptâ, te palam
Natum vocávit, laus Patri,
Tibíque Nato, nec minor
Laus, utriuſque Flámini.
Amen.

℣. Ædificávit Dóminus Sion, ℟. Et vidébitur in glória ſua. *Pſ.* 101. 17.

Ad Magníf. Ant. 7. G. A ſéculo non audiérunt, neque áuribus percepérunt; óculus non vidit, Deus, abſque te, quæ præparaſti expectántibus te. *Iſ.* 64. 4.

Orat. ut infrà ad Laud.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Splendórem glóriæ Dei Chriſtum, * Veníte, adorémus. *Hebr.* 1. 3.

Pſalm. Veníte.

Hymnus. S. V.

FONS lucis ætérnæ, Deus,
Qui nube noſtri córporis
Das temperáti núminis
Blandâ frui præſéntiâ.

CESSANTE jam miráculo,
Quo te premébas háctenùs,
Mortále quidquid ſúmpſeras
Splendóre circumfúnditur.

REI gerendæ cónſcius
Fidos ſodáles éligis;
Ut qui tuæ teſtes necis,
Teſtes tuæ ſint glóriæ.

AD aſtra curru flámmeo,
Qui raptus olim tránſiit,
Sub mole lucis óbrutus,
Vix te tuendo ſúſtinet.

E FRONTE qui lucem vibrat,

lis fulgóribus:
lex jam ſe paver
væ compónere.
nube ruptá, te pa-
l.
vocávit, laus Pa-
,
Nato, nec minor
:iuſque Flámini.
ien.

NOCTURNO.

I. D. Aſſumpſit
trum, & Jacóbum,
inem, & aſcendit
ntem ut oráret.
28.
2. D. Facta eſt
áret, ſpécies vul-
áltera. *Ibid.* 29.
3. à. Veſtitus ejus
refulgens. *Ibid.*
eciósus forma præ
ominum: ℟. Dif-
: grátia in lábiis
. 44. 3.
ies de Scriptura oc-
.
j. Transfigurátus
eos, * Et reſplén-
cies ejus ſicut ſol.
17. *v.* 2. ℣. Miri-
Dóminus ſanctum
ſ. 4. *v.* 4. * Et re-
it.
. Dómine Deus
agnificátus es ve-
er: * Confeſſió-
decórem induiſti;
lúmine ſicut ve-
). *Pſ.* 103. *v.* 1. 2.
imenta ejus facta
endéntia, & cán-
nis. *Marc.* 9. 2.

* Confeſſiónem & decórem.

℟. *iij.* Protector noſter, áſpice, Deus, & réſpice in fáciem Chriſti tui, * Quia mélior eſt dies una in átriis tuis ſuper míllia. *Pſ.* 83. 10. ℣. Si vis, faciámus hic tria tabernácula. *Matt.* 17. 4. * Quia. ℣. Glória. * Quia.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Erat ſpécies glóriæ Dómini, quaſi ignis ardens, ſuper vérticem montis. *Exod.* 24. 17.

Ant. 8. G. Petrus, & qui cum illo erant, graváti erant ſomno; & evigilantes, vidérunt majeſtátem ejus. *Luc.* 9. 32.

Ant. 1. a. Ecce apparuérunt illis Móyſes & Elías cum eo loquentes. *Matt.* 17. 3.

℣. Notus in Judæa Deus; ℟. In Iſraël magnum nomen ejus. *Pſal.* 75. 2.

Sermo ſancti Auguſtíni Epiſcopi.

Tom. v. Serm. 78.

LECTIO IV.

INſpicienda nobis & tractanda eſt, chariſſimi, viſio iſta quam Dóminus demonſtrávit in monte. Ipſa eſt enim de qua díxerat: Amen, dico vobis, quia ſunt hic quidam de circumſtántibus, qui non guſtábunt mor-

tem, donec videant Fílium hóminis in regno ſuo. Poſt dies ſex aſſumpſit tres diſcípulos, Petrum, Joannem & Jacóbum, & aſcendit in montem. Ipſi tres erant quidem de quibus dixerat: Sunt hìc qui non guſtábunt mortem, donec vídeant Fílium hóminis in regno ſuo. Regnum ſuum dicit quod multis locis appellat regnum cœlórum. Regnum autem cœlórum eſt regnum ſanctórum. Hoc ut oſtenderétur, vidéte quid factum eſt. Dóminus ipſe Jeſus reſplénduit ſicut ſol; veſtimenta ejus facta ſunt cándida ſicut nix; & loquebantur cum eo Móyſes & Elías. Ipſe Jeſus quidem, ipſe ſplénduit ſicut ſol, ſe lumen eſſe ſigníficans, quod illúminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quod eſt iſte ſol óculis carnis, hoc ille óculis cordis; & quod iſte cárnibus, hoc ille córdibus.

℟. iv. Ecce duo viri loquebantur cum Jeſu: * Erant autē Móyſes & Elías viſi in majeſtáte, & dicébant exceſſum ejus quem completúrus erat in Jerúſalem. *Luc.* 9. 30. 31. ℣. Omnes ſancti in manu illíus ſunt. *Deut.* 33. 3. * Erant.

Lectio V.

Nube ergo obumbrante omnes, ſonuit & vox de nube, dicens: Hic eſt Fílius meus diléctus. Ibi erat Móyſes, ibi Elías: non eſt dictum: Hi ſunt fílii mei dilecti. Aliud eſt enim únicus: áliud adoptáti. Ille commendabátur, unde Lex & Prophétæ gloriabántur. Hoc audíto, illi cecidérunt in terram. Jam demonſtrátur nobis in Eccléſia regnum Dei. Hìc Dóminus, hìc Lex & Prophétæ: ſed Dóminus, tamquam Dóminus: Lex in Móyſe; Prophetía in Elía: ſed ipſi tamquam ſervi, tamquam miniſtri. Ipſi tamquam vaſa, ipſe tamquam fons.

℟. v. Ecce nubes lúcida obumbrábat eos, & ecce vox de nube, * Dicens: Hic eſt Fílius meus diléctus, in quo bene complácui. *Matt.* 17. *v.* 5. ℣. Intónuit de cœlo Dóminus, & Altíſſimus dedit vocem ſuam. *Pſ.* 17. *v.* 14. * Dicens: Hic eſt Fílius meus diléctus.

Lectio VI.

Moyſes & Prophétæ dicébant & ſcribébant: ſed de illo implebantur quando fundébant. Dóminus autem porrexit manum, & excitávit jacentes. Deinde néminem

it, niſi ſolum Je-
Quando eos Dómi-
xit, reſurrectiónem
ávit. Poſt reſurre-
n ut quid tibi Lex?
d tibi Prophetía?
on appáret Elías;
páret Móyſes. Ré-
tibi ut ſit Deus óm-
ómnibus. Deſcen-
re: requiéſcere cu-
in monte; deſcen-
oráre: habe chari-
, prædica veritá-
tunc pervénies ad
átem, ubi invénies
átem.
℟. Deus qui dixit de
s lucem ſplendéſce-
Ipſe illuxit in cór-
noſtris ad illumi-
em ſciéntiæ clari-
ei, † In fácie Chri-
i. 1. *Cor.* 4. *v.* 6.
ortum eſt in téne-
men rectis, miſéri-
: miſerátor & ju-
Pſ. 111. 4. * Ipſe.
ria. † In fácie.
II. NOCTURNO.
7. ç. Opéruit nu-
ontem, & habitávit
Dómini tegens il-
ibe. *Exod.* 24. 15.

5. a. Dum fieret
inventus eſt Jeſus
Luc. 9. *v.* 36.
4. ℣. Audientes
li, cecidérunt in
ſuam, & timué-
lde. *Matt.* 17. *v.* 6.
Dómine, in lúmine

vultûs tui ambulabunt,
℟. Et in nómine tuo exultábunt. *Pſ.* 88. 16.

De Epiſtola ſecunda beáti Petri Apóſtoli.

Lectio VII. *Cap.* 1. *v.* 13.

Virtus Chriſti.

Juſtum árbitror quámdiu ſum in hoc tabernáculo, ſuſcitáre vos in commonitióne: certus quòd velox eſt depoſítio tabernáculi mei, ſecundùm quod & Dóminus noſter Jeſus Chriſtus ſignificávit mihi. Dabo autem óperam & frequenter habére vos poſt óbitum meum, ut horum memóriam faciátis. Non enim doctas fábulas ſecúti, notam fécimus vobis Dómini noſtri Jeſu Chriſti virtútem & præſéntiam: ſed ſpeculatóres facti illíus magnitúdinis.

℟. Vídimus glóriam ejus, glóriam quaſi unigéniti à Patre, * Et de plenitúdine ejus nos omnes accépimus. *Joan.* 1. 14. 16. ℣. In terris viſus eſt, & cum homínibus converſátus eſt. *Bar.* 3. *v.* 38. * Et de.

Lectio VIII. *v.* 17.

Chriſtus transfiguratus.

Accípiens enim à Deo Patre honórem & glóriam, voce delapsâ ad eum hujuſcémodi à magnífica glória: Hic eſt

Filius meus dilectus, in quo mihi complácui, ipſum audite. Et hanc vocem nos audívimus de cœlo allátam, cùm eſſémus cum ipſo in monte ſancto. Et habémus firmiórem prophéticum ſermónem: cui benefácitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginóſo loco, donec dies elucéſcat, & lúcifer oriátur in córdibus veſtris.

℟. vij. Salvatórem expectámus Dóminū noſtrum Jeſum Chriſtum, * Qui reformábit corpus humilitátis noſtræ configurátum córpori claritátis ſuæ. *Phil.* 3. *v.* 20. ℣. Illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereátur noſtrî. *Pſ.* 66. *v.* 2. * Qui.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO III. *Cap.* 17. 1.

Chriſtus transfiguratus.

IN illo témpore; Aſſúmit Jeſus Petrum, & Jacóbum, & Joannem fratrem ejus, & ducit illos in montem excelſum ſeorsùm, & transfigurátus eſt ante eos. Et réliqua.

Homília ſancti Hierónymi Preſbyteri.

In Matth. lib. 3.

UBi ſplendor faciéi oſténditur, & candor deſcríbitur véſtium, non ſubſtántia tóllitur, ſed glória commutátur. Reſpléndui facies ejus ſicut ſol. Certè transformátus eſt Dóminus in eam glóriam quâ ventúrus eſt póſteà in regno ſuo. Et ecce apparuérunt illis Móyſes & Elías. Scribis & Phariſæis tentántibus ſe, & de cœlo ſigna poſcéntibus dare nóluit; ſed pravam poſtulatiónem confutávit reſponſióne prudenti. Hìc verò ut Apoſtolórum áugeat fidem, dat ſignum de cœlo, Elíâ inde deſcendente, quò conſcénderat, & Móyſe ab ínferis reſurgente: quod & Achaz per Iſaíam præcípitur, ut petat ſibi ſignum de excelſo aut de inferno. Nam quod dictum eſt: Apparuérunt illis Móyſes & Elías cum eo loquentes; & in álio refertur Evangeliſta nuntiaſſe quæ Jeroſólymis paſſúrus eſſet; Lex oſténditur & Prophétæ, qui & Paſſiónem Dómini & Reſurrectiónem crebris vócibus nuntiárunt.

℟. viij. Vocávit nos Deus vocatióne ſuâ ſanctâ, * Secundùm grátiam quæ manifeſtáta eſt nunc † Per illuminatiónem Salvatóris noſtri Jeſu Chriſti. 2. *Timoth.* 1. *v.* 9. 10. ℣. Deus Dóminus, & illuxit nobis. *Pſ.* 117. 27. * Secundùm. ℣. Glória. † Per illuminatiónem.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Thabor & Hermon in nómine tuo exultábunt: ℟. Tuum bráchium cum poténtia. *Pſ.* 88. *v.* 13. 14.

Ant. 7. d. PRædeſtinávit nos Deus conformes fieri imáginis Filii ſui. *Rom.* 8. *v.* 29.

Ant. 8. *G.* Filii Dei ſumus; ſcimus quóniam cùm apparúerit, ſimiles ei érimus. 1. *Joan.* 3. *v.* 2.

Ant. 1. a. Si commórtui ſumus & convivémus, ſi ſuſtinébimus & conregnábimus. 2. *Tim.* 2. *v.* 11. 12.

Ant. 5. C. Vidémus nunc per ſpéculum in ænígmate, tunc autem fácie ad fáciem. 1. *Cor.* 13. *v.* 12.

Ant. 3. a. Non ſunt condignæ paſſiónes hujus témporis ad futúram glóriam, quæ revelábitur in nobis. *Rom.* 8. 18.

Capitulum. Hebr. 12. 25.

VIdéte ne recuſétis loquentem: ſi enim illi non effugérunt, recuſantes eum qui ſuper terram loquebátur; multò magis nos, qui de cœlis loquentem nobis avértimus.

Hymnus. S. V.

QUAM nos potenter állicis,
Te, Chriſte, quando détegis!
Te quando celas, próvidus
Noſtræ ſalúti cónſulis.

Hìc nos adoptat filios
Qui te vocávit Filium:
Sponſor futúræ glóriæ
Dat certa nobis pígnora.

UT juſſa Patris impleas,
Mactanda mundo víctima,
Formæ prióri rédditus
Mortális appáres Deus.

FAC, Chriſte, qui nobis lates,
Obſcúra dum regit fides,
Fracto ſolútos córpore,
Nos te vidére, te frui.

QUI, nube ruptâ, te palam
Natum vocávit, laus Patri,
Tibíque Nato, nec minor
Laus utriuſque Flámini.
Amen.

℣. Dóminus regnávit; decórem indútus eſt: ℟. Indútus eſt Dóminus fortitúdinem. *Pſ.* 92. 1.

Ad Benedict. *Ant.* J. Amplióris glóriæ Jeſus præ Móyſe dignus eſt hábitus, quantò amplióreṁ honórem habet domûs, qui fabricávit illam. *Hebr.* 3. 3.

Oratio.

DEus, qui fidei ſacramenta in Unigéniti tui glorióſâ Transfiguratióne, patrum teſtimónio

roboraſti; & adoptiónem filiórum perfectam, voce delapsâ in nube lúcidâ mirabíliter præſignaſti: concéde propítius, ut ipsíus Regis glóriæ nos cohærédes effícias, & ejuſdem glóriæ tríbuas eſſe conſortes; Per eumdem.

AD PRIMAM.

Ant. 7. d. Prædeſtinávit.

AD TERTIAM.

Ant. 8. G. Filii Dei.

Capitulum. 1. Joan. 3. v. 2.

VIdébimus eum ſícuti eſt; & omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctíficat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.

℞. *br.* Sitívit ánima mea * Ad Deum fortem, vivum. *Repet.* Sitívit. ℣. Quando véniam & apparébo ante fáciem Dei? * Ad. ℣. Glória. *Repet.* Sitívit.

℣. Quemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum, ℞. Ita desíderat ánima mea ad te, Deus. *Pſ.* 41. 2. 3.

AD SEXTAM.

Ant. 1. a. Si commórtui.

Capitul. 2. Cor. 3. 18.

NOs omnes revelátâ fácie glóriam Dómini ſpeculantes, in eamdem imáginem transformámur à claritáte in claritátem, tamquam à Dómini Spíritu.

℞. *br.* Signátum eſt ſuper nos * Lumen vultûs tui, Dómine. *Repet.* Signátum eſt. ℣. Dediſti lætítiam in corde meo. *Pſ.* 4. 7. * Lumen. ℣. Glória. *Repet.* Signátum eſt.

℣. Apud te eſt fons vitæ, ℞. Et in lúmine tuo vidébimus lumen. *Pſ.* 35. 10.

AD NONAM.

Ant. 3. a. Non ſunt condignæ.

Capitul. Hebr. 2. 1. 2.

PRoptérea abundántius oportet obſerváre nos ea quæ audívimus, ne forte pereffluámus. Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis prævaricátio, & inobediéntia accépit juſtam mercédis retributiónem; quómodo nos effugiémus, ſi tantam neglexérimus ſalútem?

℞. *br.* Audiam quid loquátur in me * Dóminus Deus. *Repet.* Audiam. ℣. Quóniam loquétur pacem in plebem ſuam, * Dóminus. Glória. *Rep.* Audiam. *Pſ.* 84. 9.

℣. Notas mihi feciſti vias vitæ; ℞. Adimplébis me lætítiâ cum vultu tuo, Dómine. *Pſ.* 15. 11.

AD VESPERAS.

Antiph. de Laudibus.

Capitulum. 1. Cor. 15. 47.

PRimus homo de terra terrénus; ſecundus

homo de cœlo, cœleſtis. Qualis terrénus, tales & terréni; & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Igitur ſicut portávimus imáginem terréni, portémus & imáginem cœleſtis.

Hymnus, Hoc juſſa quondam, *ut ſuprà in j. Veſperis.*

℣. Sedes tua, Deus, in ſæculum ſéculi; ℟. Virga directiónis, virga regni tui. *Pſ.* 44. 7.

Ad Magnífic. *Ant.* 6. F. Ipſi tacuérunt, & némini dixérunt in illis diébus quidquam ex his quæ víderant. *Luc.* 9. *v.* 36.

Oratio, ut ſuprà, ad Laudes.

DIE VII.

In Feſto

SANCTORUM JUSTI ET PASTORIS, Martyrum.

Semiduplex.

Omnia ut in Communi plurium Martyrum, pag. xij. *Oratio*, Beatórum Mártyrum, *ut infrà.*

IN II. NOCTURNO, Lectiones de Scriptura occurrente.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Ex Actis Eccleſ. Narb.

QUo témpore Daciánus, Diocletiáni Imperatóris juſſu, Chriſtiános, in Hiſpániis, vário tormentórum génere cruciábat, cóntigit eum Complútum harum regiónum urbem deveníre. Ibi tunc témporis púeri duo, Juſtus & Paſtor fratres, litteris imbuebantur: ambo puris conſpícui móribus, ac præſertim Chriſtiánæ Religióni addictíſſimi. Quod cùm Daciáno nunciátum eſſet, púeros ſtatim comprehendi, & à lictóribus cædi juſſit. Illi ad ſpectáculum próprii martyrii álacres cúrrere; & ad perferenda forti ánimo torménta, mútuis ſeſe corroboráre adhortatiónibus. Cùm ergo cruciátibus nihil profícere ſe intellígeret tyrannus, juſſit eos procul ab urbe gládio trucidári. Daciáno hinc póſtea diſcedente, Chriſtiáni mártyrum córpora eódem in loco, quo paſſi fúerant, honorífice ſepeliérunt.

LECTIO V.

PAce Eccléſiæ póſtmodum rédditâ, ſanctórum Mártyrum túmulo Basílica ſuperextructa eſt: ad quam ſanctus Paulínus, nondum Epíſcopus Nolánus, peregrinatiónem religiónis ergò ſuſcépit, filiúmque ſuum Celſum, tunc vitâ defunctum, juxta Mártyrum córpora ſepelíri vóluit. Nono autem ſéculo, Mauris Hiſpánia

occupántibus, ſacra córpora è túmulo erepta à barbarórum rábie vindicáta ſunt, & majóri ex parte, in Gállia Narbonenſi, obſcúro loco cóndita. Hinc ea, ſéculo undécimo, in ſuam Eccléſiam tránſtulit Guifrédus Narbonenſis Archiepíſcopus: ex qua demum, anno milléſimo trecentéſimo trigéſimo quinto, ſacræ Mártyrum relíquiæ, ad novam Basílicam ſolémniter tranſlátæ ſunt, ubi háctenùs religióſè ſervantur.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio VI. *Cap.* 11. 25.

Parvuli illuminati.

IN illo témpore; Reſpondens Jeſus, dixit: Confíteor tibi, Pater, Dómine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapiéntibus & prudéntibus, & revelaſti ea párvulis. Et réliqua.

Homília ſancti Joannis Chrysóſtomi.

Hom. 39. *in Matth.*

TOllite jugum meum ſuper vos, inquit Chriſtus; ſuáve namque jugum eſt, & onus meum leve. Quómodo, ínquies, leve hoc onus eſt? Dóceat te Paulus, dicens: Quis nos ſeparábit à charitáte Chriſti? Tribulátio, an angúſtia, an perſecútio, an fames, an núditas, an perículum, an gládius? Dóceant te illi qui à Synagógis Judæórum poſt mille flagella ac vérbera ſummo gáudio affecti redíbant; quia vidélicet digni ſunt invénti, qui pro Chriſti nómine vexarentur. Quod ſi adhuc jugum & onus audiendo, formídas nímium, atque perhorréſcis, non natúræ rerum hujúſmodi timórem, ſed ignáviæ totum attríbuas.

Oratio.

BEatórum Mártyrum tuórum Juſti & Paſtóris adſit nobis orátio: ut quos ſingulári venerámur obſéquio, eórum pium júgiter experiámur auxílium. Per Dóminum.

Die viii.

In Feſto
OMNIUM SANCTOR.
qui vixerunt ante Chriſtum.

Duplex-minus.

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. D. TU ipſe, Dómine Deus, qui elegiſti Abram, & eduxiſti eum de igne Chaldæórum. 2. *Eſdr.* 9. *v.* 7.

Ant. 4. f. Inveniſti cor ejus fidéle coram te, & percuſſiſti cum eo fœdus. *Ibid.* 8.

Ant. 3. a. Vidiſti afflictiónem patrum noſtrórum in Ægypto, clamo-

que eórum audiſti ſu-
nare rubrum. *Ibid.* 9.
nt. 7. *d.* In columna
s ductor eórum fuiſti
diem, & in columna
s per noctem. *Ib.* 12.
Ant. 8. G. Panem quo-
de cœlo dediſti eis
me eórum, & aquam
etra eduxiſti eis ſi-
tibus. *Ibid. v.* 15.
pitul. 1. Mac. 2. *v.* 51.
M Ementóte óperum
patrum quæ fecé-
t in generatiónibus
: & accipiétis gló-
n magnam & nomen
rnum.
℟. Laudémus viros glo-
ſos, & parentes noſtros
generatióne ſua: *Mul-
n glóriam fecit Dómi-
s † Magnificéntiâ ſuâ
ſéculo. *Eccli.* 44. *v.* 1.
℣. Non confúnditur
eus vocári Deus eórum:
rávit enim illis civitá-
m. *Hebr.* 11. 16. * Mul-
m. ℣. Glória. † Magni-
éntiâ.

Hymnus.

ANTIQUI cánimus
lúmina fœderis,
ates cum pátribus, mú-
nere prævio,
uos teſtes fidei, quos
patiéntiæ
Exemplum Deus
édidit.
IN terris péragunt ſic
iter hóſpites,
t deſidériis ſídera tránſ-
volent,
Æternamque ſuis flétibus
áppetant,
Longè quam pá-
triam vident.
QUANTOS fert ánimos
ígnea cháritas!
Te donante, Deus, cùm
tibi mílitant,
Vincunt regna fide, ca-
ſtraque fórtia,
Fortes, te duce,
díruunt.
TENTATI ſúbeunt vín-
cula, cárceres;
Experti lápides, ignis &
ímpetus,
Diſcurrunt, & egent per
juga móntium,
Afflictíque ſpecu la-
tent.
OCCUMBUNT, nec ad-
huc láurea tángitur,
Sanctórum nec iter pán-
ditur óbvium:
Stant ad clauſa diu mœ-
nia pátriæ,
Chriſti dum réferet
cruor.
PATRI máxima laus,
qui creat ómnia;
Sancto Spirítui glória má-
xima;
Par laus, Chriſte, tibi qui
vetus & recens
Fœdus sánguine
cónſecras.
Amen.
℣. In te ſperavérunt pa-
tres noſtri; ℟. Speravé-
runt, & liberaſti eos. *Pſ.*
21. 5.
Ad Magníf. *Ant.* 5. C. *ir-
reg.* Ecce quómodo com-

putáti ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illórum eſt. *Sap.* 5. 5.

Oratio, Deus, qui in hac, *infrà ad Laudes.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Jeſum Chriſtum qui fecit útraque unum, * Veníte, adorémus. *Epheſ.* 2. 14.

Pſal. Veníte.

Hymnus, Antiqui cánimus, *ut ſuprà*, 599.

IN I. & II. NOCT.

Ant. 2. D. Abel teſtimónium conſecútus eſt eſſe juſtus, teſtimónium perhibente munéribus ejus Deo. *Hebr.* 11. 4.

Ant. 3. a. Henoch plácuit Deo, & tranſlátus eſt in Paradíſum, ut det géntibus pœniténtiam. *Eccli.* 44. 16.

Ant. 1. a. Noë inventus eſt perfectus, juſtus, & in témpore iracúndiæ factus eſt reconciliátio. *Ibid. v.* 17.

Ant. 6. F. Abraham magnus pater multitúdinis géntium, & non eſt inventus símilis illi in glória. *Ibid. v.* 20.

Ant. 8. c. Benedictiónem ómnium géntium dedit Dóminus Iſaac, teſtamentum confirmávit ſuper caput Jacob. *Ibid.* 25.

Ant. 7. ç. Dilectus Deo & homínibus Móyſes, cujus memória in benedictióne eſt. *Eccli.* 41. 1.

℣. Cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum; ℟. De manu peccatóris liberábit eos. *Pſ.* 96. *v.* 10.

Lect. de Script. occurr.

℟. *j.* In miſericórdiis tuis multis * Non dimiſiſti patres noſtros, Dómine Deus, & Spíritum tuum bonum dediſti, qui docéret eos. 2. *Eſd.* 9. 19. 20. ℣. Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob, Deus patrum noſtrórum. *Act.* 3. 13. * Non.

℟. *ij.* Hi cuſtodiérunt elóquium tuum, Dómine, & pactum tuum; * Servavérunt judícia tua, ô Jacob, & legem tuam, ô Iſraël. *Deut.* 3. *v.* 9. 10. ℣. Ut meliórem invenírent reſurrectiónem. *Hebr.* 11. *v.* 35. * Servavérunt.

℟. *iij.* Omnes iſti in generatiónibus gentis ſuæ, * Glóriam adepti ſunt, & in diébus ſuis † Habentur in láudibus. *Eccli.* 44. *v.* 7. ℣. Confiténtes quia peregríni & hóſpites ſunt ſuper terram. *Heb.* 11. 13. * Glóriam. ℣. Glória. † Habentur.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. D. Joſeph in témpore angúſtiæ ſuæ cuſtodívit mandátum, & factus eſt Dóminus Ægypti. 1. *Mac.* 2. *v.* 53.

Ant. 5. C. Phínees zelando

lando zelum Dei, accépit teſtamentum ſacerdótii æterni. *Ibid. v.* 54.

Ant. 8. *G.* Jeſus dum implévit verbum, factus eſt dux in Iſraël. *Ibid. v.* 55.

℣. Suſcitávit Dóminus teſtimónium in Jacob; ℟. Et legem póſuit in Iſraël. *Pſ.* 77. *v.* 5.

Confeſſio Levitárum coram Dómino, témpore Nehémiæ filii Hélchiæ.

Lectio IV. 2. *Eſdr. c.* 9. *v.* 6.

Beneficia Dei in Iſraëlitas.

Tu ipſe, Dómine, ſolus, tu feciſti cœlum, & cœlum cœlórum, & omnem exércitum eórum; terram, & univerſa quæ in ea ſunt; mária, & ómnia quæ in eis ſunt: & tu vivíficas ómnia hæc, & exércitus cœli te adórat. Tu ipſe, Dómine Deus, qui elegiſti Abram, & eduxiſti eum de igne Chaldæórum, & poſuiſti nomen ejus Abráham. Et inveniſti cor ejus fidéle coram te: & percuſſiſti cum eo fœdus, ut dares ei terram Chananæi, Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Jebuſæi, & Gergeſæi, ut dares ſémini ejus: & impleſti verba tua, quóniam juſtus es. Et vidiſti afflictiónem patrum noſtrórum in Ægypto: clamoremque eórum audiſti ſuper mare rubrum. Et dediſti ſigna atque portenta in Pharaóne, & in univerſis ſervis ejus, & in omni pópulo terræ illíus: cognoviſti enim quia ſuperbè égerant contra eos: & feciſti tibi nomen, ſicut & in hac die. Et mare diviſiſti ante eos, & tranſiérunt per médium maris in ſicco: perſecutóres autem eórum projeciſti in profundum quaſi lápidem in aquas válidas. Et in columna nubis ductor eórum fuiſti per diem, & in columna ignis per noctem, ut apparéret eis via, per quam ingrediebantur. Ad montem quoque Sinaï deſcendiſti, & locútus es cum eis de cœlo, & dediſti eis judícia recta & legem veritátis, ceremónias, & præcepta bona.

℟. Illi viri miſericórdiæ ſunt, quorum pietátes non defuérunt: * Cum ſémine eórum pérmanent bona, hæréditas ſancta nepótes eórum. *Eccli.* 44. *v.* 10. 11. 12. ℣. Juxta fidem defuncti ſunt omnes iſti non acceptis repromiſſiónibus, ſed à longè eas aſpicientes & ſalutantes. *Hebr.* 11. 13. * Cum ſémine eórum pérmanent.

De Epiſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

Lectio V. *Cap.* 11. 13.

Patriarcharum fides extollitur.

JUxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſſiónibus, ſed à longè eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes, quia peregríni & hóſpites ſunt ſuper terram. Ideò non confunditur Deus vocári Deus eórum: parávit enim illis civitátem. Fide óbtulit Abraham Iſaac, cùm tentarétur, & unigénitum offerébat, qui ſuſcéperat repromiſſiónes. Fide & de futúris benedixit Iſaac, Jacob & Eſaü. Fide Jacob móriens ſíngulos filiórum Joſeph benedixit. Fide Joſeph móriens de profectióne filiórum Iſraël memorátus eſt, & de óſſibus ſuis mandávit. Fide Móyſes natus, occultátus eſt ménſibus tribus à paréntibus ſuis, eò quòd vidiſſent elegantem infantem, & non timuérunt regis edictum. Fide Móyſes grandis factus negávit ſe eſſe fílium fíliæ Pharaónis, magis éligens afflígi cum pópulo Dei, quàm temporális peccáti habére jucunditátem, majóres divítias æſtimans theſauro Ægyptiórum impropérium Chriſti: aſpiciébat enim in remunerationem. Fide Rahab méretrix non périit cum incrédulis, excípiens exploratóres cum pace. Et quid adhuc dicam? Defíciet enim me tempus enarrantem de Gédeon, Barac, Samſon, Jephte, David, Sámuël, & Prophétis.

℟. Hi omnes teſtimónio fidei probáti, * Non accepérunt repromiſſiónem, Deo pro nobis mélius áliquid providente, ut non ſine nobis conſummarentur. *Hebr.* 11. v. 39. 40. ℣. Hómines dívites in virtúte, pulchritúdinis ſtúdium habentes, pacificantes in dómibus ſuis. *Eccli.* 44. 6. * Non accepérunt.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio VI. *Cap.* 22. 31.

Patriarchæ apud Deum vivunt.

IN illo témpore; Dixit Jeſus Sadducæis: De reſurrectióne mortuórum non legiſtis quod dictum eſt à Deo dicente vobis: Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob. Et réliqua.

Homília ſancti Clementis Papæ & Mártyris.

Epiſt. 1. *ad Corinth. ſec.* 1. *Cap.* 16.

CErnitis, viri chari, quod exemplar no-

um ſit. Imitatóres
órum qui in Scrip-
laudem conſecúti
Magno teſtimónio
s eſt Abrahámus,
amícus vocátus eſt.
io ita ſcriptum eſt:
erat juſtus & ſine
e. Móyſes fidélis in
omo ejus nuncupá-
. Quid verò dicé-
: Davíde, qui teſti-
m laudis reportá-
ilium ac tantórum
ie laudatórum hu-
i & verecúndia per
ntiam, non tantùm
ed anterióres ætá-
elióres fecit: coſ-
i in timóre & veri-
oquia ejus ſuſcepé-
Multórum ítaque
rumque ac illú-
geſtórum partíci-
cti, recurrámus ad
ſcopum nobis ab
tráditum, & figá-
culos in Patrem &
rem totíus mundi,
illíus magníficis
ántibus donis pa-
: beneficiis hæreá-

Nomen eórum vivit
erationem & gene-
m: * Sapiéntiam
n narrent pópuli,
audem eórum nún-
cléſia. *Eccli.* 44.
15. ℣. In fide teſti-
n conſecúti ſunt.
1. 2. * Sapiéntiam.
ria. † Et laudem.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Exultábunt ſancti in glória; ℟. Lætabuntur in cubílibus ſuis. *Pſ.* 149. 5.

Ant. 8. G. PEr fidem vicérunt regna, operáti ſunt juſtítiam, adepti ſunt repromiſſiónes. *Hebr.* 11. 33.

Ant. 2. D. Obturavérunt ora leónum, extinxérunt ímpetum ignis, effugérunt áciem gládii. *Hebr.* 11. *v.* 34.

Ant. 5. a. Convaluérunt de infirmitáte, fortes facti ſunt in bello, caſtra vertérunt exterórum. *Ibid.* *v.* 35.

Ant. 1. f. Qui de illis nati ſunt, reliquérunt nomen narrandi laudes eórum. *Eccli.* 44. 8.

Ant. 3. a. In teſtamentis ſtetit ſemen eórum, & fílii eórum propter illos uſque in æternum manent. *Eccli.* 44. 12. 13.

Capitul. Heb. 11. 14. 15.

SIgníficant ſe pátriam inquírere; & ſi quidem ipſíus meminiſſent de quâ exiérunt, habébant tempus revertendi; nunc autem meliórem áppetunt, id eſt, cœleſtem.

Hymnus.

NUNC ad Sion accéditis,
En obſtetríce lánceâ,

Quâ frángitur Chriſti caro,
Ad ſancta vobis ſit via.

Velum ſacrum dirúmpitur;
Patet ſuperna cívitas:
In Angelórum pátria
Deum vidétis júdicem.

Cruoris hic aſpérſio
Quam cérnitis, quam tángitis,
Majóre voce ſúpplicat
Quam merſus Abel ſánguine.

Fletus, querélæ déſinant:
Beáta frons accíngitur
Nunquam movendâ láureâ,
Fœdus novum quam détulit.

Sit laus Patri, laus Fílio;
Sit par tibi laus, Spíritus:
Sit quo vetus lex déſiit,
Supréma Chriſto glória.
Amen.

℣. Dómine, in lúmine vultûs tui ambulábunt, ℟. Et in nómine tuo exultábunt. *Pſ.* 88. *v.* 16. 17.

Ad Bened. *Ant.* 7. *d.* Tantam habentes impóſitam nubem téſtium, deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccátum, per patiéntiam currámus ad propóſitum nobis certámen. *Hebr.* 12. 1.

Oratio.

Deus, qui in hac feſtivitáte, impóſitâ quaſi nube téſtium, fidem noſtram corróboras; da ómnium Sanctórum qui ante Chriſtum vixérunt méritis, currámus ad propóſitum nobis certámen, aſpicientes in eumdem auctórem fídei & conſummatórem Jeſum; Qui tecum vivit & regnat in unitáte.

AD PRIMAM.

Ant. 8. G. Per fidem.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Obturavérunt.

Capitulum. 2. Mach. 1, 24-25.

Domine Deus, ómnium creátor, qui líberas Iſraël de omni malo, qui feciſti patres electos & ſanctificaſti eos; áccipe ſacrifícium pro univerſo pópulo tuo Iſraël, & cuſtódi partem tuam, & ſanctífica.

℟. *br.* Clamavérunt juſti, * Et Dóminus exaudívit eos. *Repet.* Clamavérunt. ℣. Et ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos. * Et Dóminus. ℣. Glória. *Rep.* Clamavérunt. *Pſ.* 33. 18.

℣. Congregáte illi ſanctos ejus, ℟. Qui órdinant teſtamentum ejus ſuper ſacrifícia. *Pſ.* 49. 5.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Convaluérunt.

Capitul. Hebr. 11. *v.* 37.

Circuiérunt in melótis, in péllibus ca-

minis, egentes, anguſtiáti, afflícti, quibus dignus non erat mundus. In ſolitudínibus errantes, in móntibus & ſpeluncis, & in cavernis terræ.

℟. *br*. In juſtítia tua * Exaltabúntur. *Rep*. In. ℣. Quóniam glória virtútis eórum tu es. *Pſal*. 88. 18. * Exaltabuntur. ℣. Glória. *Rep*. In.

℣. Quàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, ℟. Quam abſcondiſti timéntibus te. *Pſ*. 30. *v*. 20.

AD NONAM.

Ant. 3. a. In teſtaméntis.

Capitul. 1. Mach. 2. 61.

ITa cogitáte per generatiónem & generatiónem; quia omnes qui ſperant in eum, non infirmantur.

℟. *br*. Ipſe * Dabit virtútem. *Repet*. Ipſe. ℣. Et fortitúdinem plebi ſuæ. *Pſal*. 67. 36. * Dabit. ℣. Glória Patri. *Rep*. Ipſe.

℣. Oculi Dómini ſuper juſtos, ℟. Et aures ejus in preces eórũ. *Pſ*. 33. 16.

AD VESPERAS.

Ant. Per fidem, *cum cæteris de Laudibus*.

Capitul. Hebr. 11. 36.

LUdíbria & vérbera experti, ínſuper & víncula, & cárceres, lapidáti ſunt, ſecti ſunt, tentáti ſunt, in occiſióne gládii mórtui ſunt.

Hymn. & ℣. *ut in I. Veſp.*

Ad Magníf. *Ant*. 6. F. Acceſſiſtis ad Sion montem, & civitátem Dei viventis, Jerúſalem cœleſtem, & multórum míllium Angelórum frequéntiam & Eccléſiam primitivórũ, qui conſcripti ſunt in cœlis. *Heb*. 12. 22. 23.

Oratio, Deus, *ut ſup*.

DIE IX.

In Vigilia SANCTI LAURENTII.

Officium ſit de Feria.

Lectio I. & II. de Script. occurr. ex tribus duæ.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO III. *Cap*. 16. 24.

Abnegatio ſui commendata.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Si quis vult poſt me veníre, ábneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequátur me. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 96. *de Verbis Evang*. §. 1. *Aliàs Serm*. 47. *de Diverſis*.

DUrum vidétur & grave quòd Dóminus imperáverit, ut ſi quis eum vult ſequi, ábneget ſeipſum. Sed non eſt durum nec grave quod ille ímperat, qui ádjuvat ut fiat quod ímperat. Nam & illud verum eſt quod ei dícitur in Pſalmo: Propter

verba labiórum tuórum, ego cuſtodívi vias duras. Et illud verum eſt quod ipſe dixit: Jugum meum leve eſt, & onus meum lene eſt. Quidquid enim durum eſt in præceptis, ut ſit lene, cháritas facit.

Preces flexis genibus.

Oratio.

Adeſto, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris; & interceſſióne beáti Lauréntii Mártyris tui cujus prævenímus feſtivitátem, perpétuam nobis miſericórdiam benignus impende; Per Dóminum.

D i e x.

In Feſto

SANCTI LAURENTII, Diaconi & Martyris.

Duplex-majus.

Omnia de Communi unius Martyris, vj. *exceptis quæ ſequuntur.*

Pridie ad Magníficat. *Ant.* 1. D. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemóſyna reſiſtit peccátis: & Deus proſpector eſt ejus qui reddit grátiam. *Eccli.* 3. 33.

Orat. ut infrà ad Laud.

IN I. NOCT. Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Leónis Papæ.

83. *In Nat. S. Laurentii.*

Lectio IV.

Cum furor gentílium Poteſtátum in eleĉtíſſima quæque Chriſti membra ſæviret, ac præcípuè eos qui órdinis erant ſacerdotális impéteret; in Levítam Lauréntium, qui non ſolùm in miniſtério ſacramentórũ, ſed étiam diſpenſatióne eccleſiáſticæ ſubſtántiæ præeminébat, ímpius perſecútor efférbuit, dúplicem ſibi prædam de uníus viri comprehenſióne promittens: quem ſi feciſſet ſacræ pecúniæ traditórẽ, fáceret étiam veræ religiónis exortem. Armátur ítaque géminâ face homo pecúniæ cúpidus, & veritátis inimícus: avarítiâ, ut rápiat aurum; impietáte, ut áuferat Chriſtum. Póſtulat ſibi ab immaculáto ſacrárii præſule opes eccleſiáſticas, quibus avidíſſimus inhiábat, inferri. Cui Levíta caſtíſſimus, ubi eas repóſitas habéret oſtendens, numeroſíſſimos ſanctórum páuperum óbtulit greges, in quorum victu atque veſtítu inamiſsíbiles cõdíderat facultátes; quæ tantò intégriùs erant ſalvæ, quantò ſanctiùs probabantur expénſæ.

Lectio V.

Fremit ergo prædo fruſtrátus; & in ódiũ religiónis quæ talem divitiárum uſum inſtituiſſet ardeſcens, direptiónem theſauri potióris aggrédi-

tur, apud quem nullam denariórum ſubſtántiam reperiſſet: ut illud depóſitum, quo ſacrátiùs erat dives, auferret. Renuntiáre Chriſto Lauréntium jubet, & ſolidiſſimam illam Levítici ánimi fortitúdinem diris parat urgére ſuppliciis: quorum ubi prima nihil óbtinent, vehementióra ſuccédunt. Láceros artus, & multâ vérberum ſectióne conſciſſos, ſubjecto præcipit igne torréri: ut per cratem férream, quæ jam de fervóre contínuo vim in ſe habéret urendi, converſórum alternâ mutatióne membrórum, fieret cruciátus vehementior, & pœna prodúctior.

LECTIO VI.

Nihil óbtines, nihil próficis, ſæva crudélitas. Subtráhitur inventis tuis matéria mortális; & Lauréntio in cœlos abeunte, tu déficis. Flammis tuis ſuperári charitátis Chriſti flamma non pótuit; & ſégnior fuit ignis qui foris uſſit, quàm qui intùs accendit. Sævíſti, perſecútor, in Mártyrem; ſævíſti, & auxíſti palmam, dum ággeras pœnam. Nam quid non ad victóriæ glóriam ingénium tuum réperit, quando in honórem tranſiérunt triumphi, étiam inſtrumenta ſupplícii? Gaudeámus ígitur, dilectíſſimi, gáudio ſpiritáli; & de feliciſſimo ínclyti viri fine gloriémur in Dómino, qui eſt mirábilis in ſanctis ſuis, in quibus nobis & præſídium conſtítuit & exemplum; atque ita per univerſum mundum clarificávit glóriam ſuam, ut à ſolis ortu uſque ad occáſum, Leviticórum lúminum coruſcante fulgóre, quàm clarificáta eſt Jeroſólyma Stéphano, tam illuſtris fieret Roma Lauréntio. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola ſecunda beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

LECTIO VII. *Cap. 9. v. 6.*

Dator hilaris.

Qui parcè ſéminat, parcè & metet: & qui ſéminat in benedictiónibus, de benedictiónibus & metet. Unuſquiſque prout deſtinávit in corde ſuo, non ex triſtítia, aut ex neceſſitáte: hílarem enim datórem díligit Deus. Potens eſt autem Deus omnem grátiam abundáre fácere in vobis: ut in ómnibus ſemper omnem ſufficiéntiam habentes, abundé-

tis in omne opus bonum, ſicut ſcriptum eſt: Diſperſit, dedit paupéribus: juſtitia ejus manet in ſéculum ſéculi.

Lectio VIII. *v.* 10.

Laus eleemoſyna.

QUi autem adminiſtrat ſemen ſeminanti: & panem ad manducandum præſtábit & multiplicábit ſemen veſtrum, & augébit incrementa frugum juſtítiæ veſtræ: ut in ómnibus locupletáti abundétis in omnem ſimplicitátem, quæ operátur per nos gratiárum actiónem Deo. Quóniam miniſtérium hujus offícii, non ſolùm ſupplet ea quæ deſunt ſanctis, ſed étiam abundat per multas gratiárum actiónes in Dómino: per probatiónem miniſtérii hujus, glorificantes Deum in obediéntia confeſſiónis veſtræ, in Evangélium Chriſti, & ſimplicitáte communicatiónis in illos, & in omnes.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio III. *Cap.* 12. 24.

Granum frumenti mortuum.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Amen, amen dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terram mórtuum fúerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mórtuum fúerit, multum fructum affert. Et réliqua.

Homília ſancti Ignátii Antiochéni Epiſcopi & Mártyris.

Epiſt. ad Romanos, c. 4. 5. *ſec.* 1.

FRumentum Dei ſum, & déntibus ferárum molar ut mundus panis Dei invéniar. Ero verus Jeſu Chriſti diſcípulus, quando mundus nec corpus meum vidébit. Ignóſcite mihi, quid mihi útile eſt, ego novi. Nunc incípio diſcípulus eſſe. Viſibílium & inviſibílium nihil éxpetam, ut Jeſum Chriſtum áſſequar. Ignis, crux, ferárum concurſus, óſſium diſcerptiónes, membrórum conciſiónes, totíus córporis contritiónes, mala diáboli tormenta in me véniant: tantúmmodò ut Jeſum Chriſtum nanciſcar. Nihil me juvábunt fines mundi, nec regna hujus ſéculi. Mélius eſt mihi émori propter Jeſum Chriſtum, quàm imperáre fínibus terræ. Illum quæro, qui pro nobis mórtuus eſt; illum volo, qui propter nos reſurrexit. Ille lucrum mihi ádjacet. Non gáudeo corruptíbili nutrimento, nec voluptátibus hujus vitæ. Panem Dei volo, qui eſt caro

Jeſu Chriſti, qui ex génere Davídis: & potum volo sánguinem illíus.

. AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Diſperſit, dedit paupéribus; ℟. Juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi. *Pſ.* 111. 9.

Capitulum. Job, 23. 10.

PRobávit me Dóminus quaſi aurum, quod per ignem tranſit: veſtígia ejus ſecútus eſt pes meus; viam ejus cuſtodívi, & non declinávi ex ea.

Oratio.

DA nobis, quæſumus, omnípotens Deus, vitiórum noſtrórum flammas extínguere, qui beáto Lauréntio tribuiſti tormentórum ſuórum incéndia ſuperáre; Per.

DIE XIII.

In Feſto

STÆ RADEGUNDIS, Reginæ Francorum, & Viduæ.

Simplex.

Omnia de Communi unius Mulieris.

Oratio, Tuórum, lvij.

Lect. I. & II. de Script. occur. ex tribus dua.

LECTIO III.

In 1. *ſeculo Benedict.*

RAdegundis, fília Berthárii Thuringórum Príncipis, Clotárii primi ex captíva conjux, beneficéntiam in páuperes, vigílias, ſtatas & crebras oratiónes, cilícii uſum, vini abſtinéntiam, jejúnia, ſummam dénique abſtinéntiam, cum régia dignitáte conjunxit. Occíſo fratre juſſu Clotárii, ipſo permittente ab aula diſcédens, ſanctum Medardum ádiit; cumque Monáſticam veſtem ſuſcepiſſet, in Diáconam ab eo benedícta eſt. Píctavos profecta, ibi ex munificéntia régia monaſtérium Vírginum, ſub régula ſancti Cæſárii Arelatenſis cóndidit. Impetravitque póſteà à Concílio Turonenſi ſecundo Congregatiónis ſuæ tutélam, & confirmatiónem. Cœnóbio ſorórem Agnétem Abbatiſſam præfécit, quam conſecrávit ſanctus Germánus Pariſienſis. Eâ autem pietáte Radegundis ſacrificium Euchariſtiæ proſequebátur, ut in illíus uſum panes própriis mánibus confíceret, quos diverſis ſuppeditábat Eccléſiis; ac præter cætera pietátis offícia, id illi máximæ curæ erat, ut pro Régibus indeſinenter preces fíerent in monaſtério. Ejus corpus terræ mandávit Gregórius Turonenſis, occupáto in diœcéſi obeunda Merovéo Pictavienſi, cui tamen reſervátum eſt, ut reverſus Miſſam celebráret, tumulóque opérculũ impóneret.

Die xiv.

In Vigilia

ASSUMPTIONIS

Beatæ Mariæ Virg.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio III. *Cap.* 19. 25.

Maria Joanni commendata.

IN illo témpore; Stabant juxta crucem Jeſu Mater ejus, & ſoror matris ejus María Cléophæ, & María Magdaléne. Et rélliqua.

Homília ſancti Joannis Chrysóſtomi.

Hom. 85. *al.* 84. *in Joan.*

IPſe crucifixus matrem ſuam diſcípulo commendat, ut nos dóceat ad extrémum uſque hálitum, parentûm curam præcípuam eſſe gerendam. Quando ígitur Mater intempeſtívè acceſſit, dicit: Quid mihi & tibi eſt, múlier? &, Quæ eſt mater mea? Hìc verò magnum éxhibet amórem, & diſcípulo quem diligébat ipſam commendat. Matrem verò commendans dicit: Ecce fílius tuus. O quantum honórem diſcípulo collátum! Cùm enim ipſe jam abíret, ipſam diſcípulo curandam tradit. Quia enim credíbile erat ipſam, útpote matrem, dolére & patrocínium quærere; jure illam diſcípulo tradit, dicens: Ecce mater tua. Hæc porrò dicébat, ipſos mútuo conjungens amóre; quod cùm intellígeret diſcípulus, ipſam in ſua accépit. Cur autem nullam áliam memorávit mulíerem, licèt ália quoque aſtáret? Ut nos docéret plus tribuendum mátribus eſſe. Ut enim parentes, cùm ſpirituália impédiunt, ne cognoſcendi quidem ſunt; ſic cùm non ea cóhibent, omne débitum eſt ipſis præſtandum, & áliis ſunt anteponendi, quia nos genuérunt, educârunt, milleque mala ſubiérunt. Sic Marciónis impudéntiam réprimit. Si enim ſecundùm carnem natus non eſſet, nec matrem habéret, cur tantam de illa ſola gerit curá?

℟. In omni gente, *p.* lxxxv. *ut in Off. de Beata in Sabbato.*

AD LAUDES, dicuntur Preces flexis genibus.

Oratio.

DEus, qui virginálem úterum beátæ Maríæ, in quo requiéſceres, elígere dignátus es; da nobis Aſſumptiónis ejus ſolémnia præveniéntibus, dignum in córdibus noſtris habitáculum tuæ præparáre majeſtáti; Qui vivis & regnas.

AD HORAS, Preces, flexis genibus.

DIE XV.

IN ASSUMPTIONE BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

SOLEMNE-MAJUS.

IN I. VESPERIS.
Ant. D. Fortis eſt ut mors diléctio : aquæ multæ non potuérunt extinguere charitátem. *Cant.* 8. 7.
Ant. 6. F. Exultábit lætabunda & laudans : glória Líbani data eſt ei, decor Carméli & Saron. *Iſa.* 35. 2.
Ant. 3. a. Favus diſtillans lábia tua, ſponſa; mel & lac ſub lingua tua. *Cant.* 4. 11.
Ant. 7. d. Anteíbit fáciem tuam juſtítia tua; & glória Dómini cólliget te. *Iſa.* 58. 8.
Ant. 5. C. Eris coróna glóriæ in manu Dómini, & diadéma regni in manu Dei tui. *Iſa.* 62. 3.
Capitul. Baruc. 5. *v.* 1. 2.
Indue te decóre & honóre ejus, quæ à Deo tibi eſt, ſempiternæ glóriæ. Circúmdabit te Deus díplóide juſtítiæ, & impónet mitram cápiti honóris æterni.
℟. Deus oſtendet ſplendórem ſuum in te omni qui ſub cœlo eſt: * Nominábitur tibi nomen tuũ à Deo in ſempiternũ, † Pax juſtítiæ & honor pietátis. *Bar.* 5. *v.* 3. 4. ℣. Ave, María, grátiâ plena : Dóminus tecum ; benedícta tu in muliéribus. *Luc.* 1. *v.* 28. * Nominábitur. ℣. Glória. † Pax.
Hymnus, inf. in II. Veſperis.
℣. Audi, fília, & vide, & inclína aurem tuam : ℟. Et concupiſcet rex decórem tuum. *Pſ.* 44. 12.
Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Magna eris, & nomen tuum nominábitur in univerſa terra, allelúia. *Judith.* 10. *v.* 21.
Oratio, ut inf. ad Laud.
AD COMPLETORIUM, *ut in Officio B. Mariæ in Sabb.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invitat. Veníte, adorémus Regem regum, * A cujus dextris áſtitit Regína in veſtítu deauráto.

Pſalm. Veníte.

Hymnus. S. V.

QUÆ cœlo nova nunc ádditur hoſpes!
Seſe tota poli Régia pandit,
Ruptis Virgo parens líbera vinclis,
Caro ſe próperat réddere Nato.

QUANTUM delítuit páupere tecto,
Tantùm ſpléndida nunc fulget in aſtris:
Se veláre, quibus mater amábat,
Denſas Natus amat rúmpere nubes.

OLIM quæ fúerat juncta maríto,
Et de connúbio crédita mater;
Totum jam cólitur nota per orbem
Cum matris títulis íntegra virgo.

ANCILLÆ tríbuit quæ ſibi nomen,
Cœleſti dóminans regnat in aula:
Quæ tot paſſa neces prolis amóre,
Jam ſecúra, ſuâ prole triumphat.

NOSTRAS, tu nova Lux, díſcute noctes;
Tu, Regína, graves ſolve caténas;
Cæcos, Stella maris, dírige curſus;
Da, quo tu frúeris, cérnere Natum.

DIVINÆ Sóboli, qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri;
Cujus Virgo parens, glória Nato;
Quo fœcunda, tibi glória, Flamen. Amen.

Pſalmi ex Officio parvo ſub Antiph. ſeq.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Deducébant Arcam fœderis Dómini in júbilo & sónitu búccinæ. 1. *Paral.* 15. 28.

Ant. 2. D. Intulérunt Sacerdótes Arcam fœderis Dómini in locum ſuum in Sancta ſanctórum ſub alas Chérubim. 2. *Par.* 5. 7.

Ant. 1. a. Ecce Arca fœderis Dómini omnis terræ. *Joſue* 3. 11.

℣. Surge, Dómine, in réquiem tuam, ℟. Tu & Arca ſanctificatiónis tuæ. *Pſ.* 131. 8.

Incípiunt Cántica Canticórum.

LECTIO I. *Cap.* 1. 1.

OSculétur me ósculo oris ſui: quia melióra ſunt úbera tua vino, fragrántia unguentis óptimis. Oleum effúſum nomen tuum: ídeò adoleſcéntulæ dilexérunt te. Trahe me: poſt te currémus in odórem unguentó-

rum tuórum. Introduxit me Rex in cellária ſua: exultábimus & lætábimur in te, mémores úberum tuórum ſuper vinum: recti díligunt te. Nigra ſum, ſed formóſa, filiæ Jerúſalem, ſicut tabernácula Cedar, ſicut pelles Salomónis.

℟. *j.* Quæ eſt iſta quæ * Progréditur quaſi auróra conſurgens, pulchra ut luna, electa ut ſol, terríbilis ut caſtrórum ácies ordináta. *Cant.* 6. *v.* 9. ℣. Quia reſpexit Dóminus humilitátem ancillæ ſuæ. *Luc.* 1. *v.* 48. * Progréditur.

LECTIO II.

Ibidem v. 5.

NOlíte me conſiderá re quòd fuſca ſim, quia decolorávit me ſol; filii matris meæ pugnavérunt contra me, poſuérunt me cuſtódem in víneis: víneam meam non cuſtodívi. Indica mihi, quem díligit ánima mea, ubi paſcas, ubi cubes in merídie, ne vagári incípiam poſt greges ſodálium tuórum. Si ignóras te, ô pulchérrima inter mulíeres, egrédere, & abi poſt veſtígia gregum, & paſce hœdos tuos juxta tabernácula paſtórum. Equitátui meo in cúrribus Pharaónis aſſimilávi te, amíca mea. Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut túrturis: collum tuum ſicut monília.

℟. *ij.* Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum, * Sicut vírgula fumi ex aromátibus myrrhæ & thuris, & univerſi púlveris pigmentárii. *Cant.* 3. *v.* 6. ℣. Datæ ſunt mulíeri alæ duæ, ut voláret in locum ſuum. *Apoc.* 12. *v.* 14. * Sicut.

LECTIO III.

Ibidem v. 10.

MUrénulas áureas faciémus tibi, vermiculátas argento. Dum eſſet rex in accúbitu ſuo, nardus mea dedit odórem ſuum. Faſcículus myrrhæ dilectus meus mihi, inter úbera mea commorábitur. Botrus cypri dilectus meus mihi, in víneis Engaddi. Ecce tu pulchra es, amíca mea, ecce tu pulchra es, óculi tui columbárum. Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decórus. Léctulus noſter flóridus, tigna domórum noſtrárum cédrina, laqueária noſtra cypréſſina.

℟. *iij.* Quæ eſt iſta quæ * Aſcendit de deſerto delíciis áffluens, innixa ſuper dilectum ſuum? *Cant.* 8. 5. ℣. María de qua natus eſt Jeſus, qui vocátur Chriſtus. *Matth.* 1. 16. * Aſcendit. ℣. Glória. * Aſcendit de deſerto delíciis.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. D. Regína ingreſſa multo cum comitátu & divítiis venit ad Regem. 3. *Reg.* 10. *v.* 1. 2.

Ant. 7. d. Circúmdata eſt glóriâ ſuâ, cùm régio fulgéret hábitu. *Eſth.* 15. *v.* 4. 5.

Ant. 8. c. Plácuit Regi, & invénit grátiam in conſpectu illíus. *Eſth.* 2. *v.* 9.

℣. Magna eſt glória ejus, ℟. In ſalutári tuo, Dómine. *Pſal.* 20. *v.* 6.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

Serm. 1. *in Aſſumpt. beatæ Mariæ.*

LECTIO IV.

VIrgo hódiè glorióſa cœlos aſcendens, ſupernórum gáudia cívium copióſis ſine dúbio cumulávit augmentis. Hæc eſt enim, cujus ſalutatiónis vox & ipſos exultáre facit in gáudio, quos matérna adhuc víſcera claudunt. Quòd ſi párvuli necdum nati ánima liquefacta eſt ut María locúta eſt; quid putámus quænam illa fúerit cœléſtium exultátio, cùm & vocem audíre & vidére fáciem, & beátâ ejus frui præſéntiâ meruérunt? Nobis verò, chariſſimi, quæ in ejus Aſſumptióne ſolemnitátis occáſio, quæ cauſa lætítiæ, quæ matéria gaudiórum? Maríæ præſéntiâ totus illuſtrátur orbis, adeò ut & ipſa jam cœleſtis pátria clariùs rútilet virgíneæ lámpadis irradiáta fulgóre.

℟. iv. Surrexit Rex in occurſum matris, & ſedit ſuper thronum ſuũ; * Poſituſque eſt thronus matri Regis, quæ ſedit ad déxteram ejus. 3. *Reg.* 2. 19. ℣. María óptimam partem elégit, quæ non auferétur ab ea. *Luc.* 10. 42. * Poſituſque.

LECTIO V.

MEritò proindè réſonat in excelſis gratiárum áctio, & vox laudis. Sed plangendum nobis quàm plaudendũ magis eſſe vidétur: quantùm enim de ejus præſéntia cœlum exultat, numquid non cónſequens eſt, ut tantùm lúgeat hic noſter inférior mundus ejus abſéntiam? Ceſſet tamen queréla noſtra, quia nec nobis hìc eſt manens cívitas; ſed eam inquírimus, ad quam hódiè María benedicta pervénit: in quam ſi conſcripti cives ſumus, præceſſit nos Regína noſtra; præceſſit, & tam glorióſè ſuſcepta eſt, ut fiduciáliter ſequámur Dóminam ſérvuli clamantes: Trahe nos; poſt te in odórem unguentórum tuórum currémus.

℟. v. Adamávit eam

Rex pluſquàm omnes mulíeres, habuitque grátiam & miſericórdiam coram eo; * Et póſuit diadéma regni in cápite ejus, fecitque eam regnáre. *Eſther*. 2. *v*. 17. ℣. Fecit poténtiam in bráchio ſuo, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. *Luc*. 1. *v*. 51.* Et.

LECTIO VI.

ADvocátam præmíſit peregrinátio noſtra, quæ tamquam Júdicis mater, & mater miſericórdiæ, ſupplíciter & efficáciter ſalútis noſtræ negótia pertractábit. Pretióſum hódiè munus terra noſtra direxit in cœlum; ut dando & accipiendo, felíci amicitiárum fœdere copulentur humána divínis, terréna cœléſtibus, ima ſummis. Illò enim aſcendit fructus terræ ſublímis, unde data óptima & dona perfecta deſcendunt. Aſcendens ergo in altum Virgo beáta dabit ipſa quoque dona homínibus. Quidni daret? Síquidem nec facultas ei deeſſe pótuerit, nec voluntas. Regína cœlórum eſt, miſéricors eſt. Dénique Mater eſt unigéniti Fílii Dei: nihil enim ſic poteſt poteſtátis ejus ſeu pietátis magnitúdinem commendáre; niſi fortè aut non créditur Dei Fílius honoráre matrem; aut dubitáre quis poteſt omníno in affectum charitátis tranſiſſe Maríæ víſcera, in quibus ipſa quæ ex Deo eſt cháritas, novem ménſibus corporáliter requiévit. Et hæc quidem propter nos dixerim, fratres, ſciens diffícile eſſe, ut in tanta inópia, cháritas illa perfecta, non quærens quæ ſua ſunt, váleat inveníri. Ut tamen ínterim síleam beneficia, quæ pro illíus glorificatióne conſéquimur; ſi eam dilígimus, gaudébitis útique, quia vadit ad Fílium. Planè, inquam, congratulábimur ei; niſi fortè, quod abſit, inventríci grátiæ omnímodis inveniámur ingráti.

℟. *vj*. Non pepercíſti ánimæ tuæ propter angúſtias & tribulatiónem géneris tui:* Subveniſti ruínæ † Ante conſpectum Dei noſtri. *Judith*. 13. *v*. 31. ℣. María, inveniſti grátiam apud Deum. *Luc*. 1. 30. * Subveniſti. ℣. Glória Patri. † Ante conſpectum. *Reſumitur* Non.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 5. C. Cùm vidiſſet Rex Regínam ſtantem, plácuit óculis ejus. *Eſther*. 5. 2.

Ant. 3. a. Erat formóſa valdè & incredíbili pulchritúdine. *Eſther*. 2. 15.

Ant. 4. f. Omnium ó-

culis gratióſa & amábilis videbátur. *Ibid.*

℣. Poſuiſti, Dómine, in cápite ejus corónam, ℟. De lápide pretióſo. *Pſ.* 20. 4.

De libro Apocalypſis beáti Joannis Apóſtoli.

Lectio VII. *Cap.* 11. 17.

Arca teſtamenti in cœlo.

GRátias ágimus tibi, Dómine Deus omnípotens, qui eras, & qui es, & qui ventúrus es, quia accepiſti virtútem tuá magnam, & regnaſti. Et irátæ ſunt Gentes, & advénit ira tua, & tempus mortuórum judicári & réddere mercédem ſervis tuis Prophétis, & Sanctis, & timéntibus nomen tuum puſillis & magnis, & exterminandi eos qui corrupérunt terram. Et apertum eſt templum Dei in cœlo: & viſa eſt Arca teſtamenti ejus in templo ejus.

℟. vij. Benedixit te Dóminus in virtúte ſua, * Quia per te ad níhilum redégit inimícos noſtros. *Judith.* 13. *v.* 22. ℣. Benedicta tu inter mulíeres, & benedictus fructus ventris tui. *Luc.* 1. *v.* 42. * Quia.

Lectio VIII. *c.* 12. 1.

Mulier amicta ſole.

SIgnum magnum appáruit in cœlo: múlier amicta ſole, & luna ſub pédibus ejus, & in cápite ejus coróna ſtellárum duódecim. Et viſum eſt áliud ſignum in cœlo: & ecce draco magnus rufus habens cápita ſeptem & córnua decem: & in capítibus ejus diadémata ſeptem; & cauda ejus trahébat tértiam partem ſtellárum cœli, & miſit eas in terram, & draco ſtetit ante mulíerem, quæ erat paritúra: ut cùm peperiſſet, filium ejus devoráret. Et péperit filium máſculum, qui rectúrus erat omnes Gentes in virga férrea: & raptus eſt filius ejus ad Deum, & ad thronum ejus. Et múlier fugit in ſolitúdinem, ubi habébat locum parátum à Deo.

℟. viij. Benedictus Dóminus, qui creávit cœlum & terram, * Quia hódie nomen tuum ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum. *Judith.* 13. *v.* 24. 25. ℣. Beáta quæ credidiſti, quóniam perficientur ea quæ dicta ſunt tibi à Dómino. *Luc.* 1. 45. * Quia.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio IX. *Cap.* 10. 38.

Maria optima pars.

IN illo témpore; Intrávit Jeſus in quoddam caſtellum: & múlier quædam, Martha nómine,

excépit illum in domum ſuam. Et réliqua.

Homília ſancti Bernardi Abbátis.

In Aſſumpt. B. M. V. Serm. 1.

QUem in caſtellum mundi hujus intrantem priùs María ſuſcéperat, ab eo ſuſcípitur hódie ſanctam ingrédiens civitátem. Sed cum quanto putas honóre, cum quanta putas exultatióne, cum quanta glória? Nec in terris locus dígnior úteri virginális templo, in quo Fílium Dei María ſuſcépit; nec in cœlis regáli sólio, in quo Maríam hódie Maríæ Fílius ſublimávit. Felix nimírum útraque ſuſcéptio; ineffábilis útraque, quia útraque inexcogitábilis eſt. Ut quid enim ea hódie in Eccléſiis Chriſti evangélica léctio recitátur, in qua múlier benedícta in muliéribus excepiſſe intellígitur Salvatórem? Credo, ut hæc quam celebrámus, ex illa ſuſceptióne aliquátenus æſtimétur; imò ut juxta illíus inæſtimábilem glóriam, inæſtimábilis cognoſcátur & iſta. Quis enim, etiamſi linguis hóminum Angelorumque loquátur, explicáre queat, quemádmodum ſuperveniente Spíritu, obumbrante virtúte Altíſſimi, caro factum ſit Verbum Dei, per quod facta ſunt ómnia; & Dóminus majeſtátis, quem non capit univérſitas creatúræ, intra virgínea ſeſe cláuſerit víſcera factus homo? Sed & illud quis vel cogitáre ſufficiat, quàm glorióſa hódie mundi Regína procéſſerit, & quanto devotiónis affectu tota in ejus occurſum cœléſtium legiónum prodíerit multitúdo, quibus ad thronum glóriæ cánticis ſit deducta; quàm plácido vultu, quàm ſerénâ fácie, quàm lætis ampléxibus ſuſcepta à Fílio, & ſuper omnem exaltáta creatúram, cum eo honóre, quo tanta mater digna fuit, cum ea glória, quæ tantum décuit Fílium?

℟. *ix.* Memento diérum humilitátis tuæ: * Et tu ínvoca Dóminum, & lóquere Regi pro nobis, † Et líbera nos de morte. *Eſth.* 15. 2. 3. ℣. Quia non erit impoſsíbile apud Deum omne verbum. *Luc.* 1. 37. * Et. ℣. Glória. † Et líbera. *Reſumitur* Memento.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Recordátus eſt Dóminus miſericórdiæ ſuæ, ℟. Et veritátis ſuæ dómui Iſraël. *Pſ.* 97. *v.* 3.

Ant. REx dedit Reginæ 4. E. ómnia quæ vóluit, & petívit ab eo. 3. *Reg.* 10. 13.

Ant. 5. a. Dóminus cóntulit illi ſplendórem, ut incomparábili decóre ómnium óculis apparéret. *Judith.* 10. 4.

Ant. 6. F. Vidérunt eam fíliæ, & beatíſſimam prædicavérunt; Reginæ, & laudavérunt eam. *Can.* 6. 8.

Ant. J. Benedixérunt eam.

Canticum. Judith. 13. 22.

BEnedixit te Dóminus in virtúte ſua, * quia per te ad níhilum redégit inimícos noſtros.

Benedícta es tu, fília, à Dómino Deo excelſo * præ ómnibus muliéribus ſuper terram.

Benedíctus Dóminus, * qui creávit cœlum & terram:

Qui te direxit * in vúlnera cápitis príncipis inimicórum noſtrórum;

Quia hódie nomen tuũ ita magnificávit, * ut non recédat laus tua de ore hóminum.

Et dicitur per Octavam quando fit de ea.

Ant. Benedixérunt eam omnes unâ voce, dicentes: Tu glória Jerúſalem, tu lætítia Iſraël. *Judith.* 15. 10.

Ant. 3. a. Benedíctus Dóminus qui exaltávit eam, & ſit regnum ejus in ſécula ſeculórum ſuper eam. *Tob.* 13. *v.* 23.

Capitulum. Apoc. 12. 1.

SIgnum magnum appáruit in cœlo, múlier amícta ſole, & luna ſub pédibus ejus, & in cápite ejus coróna ſtellárum duódecim.

Hymnus. S. V.

NUnc auróra, novæ núncia lucis,
Triſtes orbe procul díſſipat umbras:
O quàm lucídior, nocte ſepultis
Portans ipſa diem, Virgo refulges!

Ut gaudes húmiles linquere terras,
Te propter, pátrias déſerit arces,
Et ſervíre tuo, dum petis aſtra,
Certat Cœlítuum turba triumpho.

O quæ nunc hábitas lúcida regna,
Mittas inde tuæ múnera lucis:
Te ſi terra dedit munus olympo,
Quæ non dona memor reddet olympus!

Inter perpétuos Núminis hauſtus
O Regína, tibi ſánguine junctum
Ne dediſce genus; noſtra fuiſti,

Summi Diva parens Virgo Tonantis.

Divinæ Sóboli, qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri;
Cujus Virgo parens, glória Nato;
Quo fœcunda, tibi glória, Flamen.
Amen.

℣. Dómine, in cœlo miſericórdia tua; ℟. Et véritas tua uſque ad nubes. *Pſ.* 35. 6.

Ad Benedict. *Ant.* 7. G. Apertum eſt templum Dei in cœlo, & viſa eſt Arca teſtamenti ejus in templo ejus, allelúia. *Apoc.* 11. 19.

Oratio.

Veneranda nobis, Dómine, hujus diéi feſtívitas, opem cónferat ſalutárem: in qua ſancta Dei génitrix, mortem ſúbiit temporálem, nec tamen mortis néxibus déprimi pótuit, quæ Filium tuum Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum de ſe génuit incarnátum; Qui tecum vivit & regnat in unitáte, &c.

AD HORAS, Doxologia Hymnorum.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu', tibi ſit, *&c.*

Pſalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 4. E. Rex dedit.

℟. *br.* Chriſte. ℣. Qui natus es de María Vírgine.

CANON.

Ex Concílio Ænhamenſi. *Anno circiter* 1009. *c.* 15.

Feſtivitátē diéi Domínicæ ferventiùs quiſquis obſerváto.... Sanctæ Maríæ ſummum Feſtum omnes cáutiùs honoranto.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Dóminus.

Capitulum. Judith. 13. *v.* 23.

Benedicta es tu, filia, à Dómino Deo excelſo præ ómnibus muliéribus ſuper terram.

℟. *br.* Tríbuat tibi Dóminus ſecundùm cor tuū, * Allelúia, allelúia. *Rep.* Tríbuat. ℣. Et omne consílium tuum confírmet. * Allelúia. ℣. Glória. *Repet.* Tríbuat.

℣. Concupiſcet rex decórem tuum, ℟. Quia ipſe eſt Dóminus Deus tuus. *Pſ.* 44. *v.* 12.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Vidérunt.

Capitul. Judit. 13. *v.* 24.

Benedictus Dóminus qui creávit cœlum & terram, qui te direxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum noſtrórum.

℟. *br.* Lætábimur in ſalutári tuo, * Allelúia, allelúia. *Repet.* Lætábimur. ℣. Et in nómine Dei noſtri magnificábimur. * Allelúia. ℣. Glória. *Re-*

pet. Lætábimur. *Pſ.* 19. *v.* 6.

℣. Cor meum & caro mea exultavérunt, ℟. In Deum vivum. *Pſ.* 83. 3.

AD NONAM.

Ant. 3. a. Benedíctus.

Capitul. Eccli. 24. 15. 16.

IN civitáte ſanctificáta requiévi, & in Jerúſalem poteſtas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei hæréditas illíus, & in plenitúdine ſanctórum deténtio mea.

℟. *br.* Aſtitit Regína à dextris tuis, Deus, * Allelúia, allelúia. *Rep.* Aſtitit. ℣. In veſtítu deauráto. * Allelúia. ℣. Glória. *Rep.* Aſtitit.

℣. Omnis glória fíliæ Regis ab intus, ℟. In fímbriis áureis circumamícta varietátibus. *Pſ.* 44. *v.* 10. 14.

AD II. VESPERAS.

Pſalmi de Officio parvo.

Antiph. de Laudibus.

Capitulum. Eccli. 24. *v.* 17. 18.

QUaſi cedrus exaltáta ſum in Líbano, & quaſi cypreſſus in monte Sion: quaſi palma exaltáta ſum in Cades, & quaſi plantátio roſæ in Jéricho.

Hymnus. S. V.

O Vos æthérei pláudite cives:
Hæc eſt illa dies clara triumpho,
Quâ matrem plácidâ morte ſolútam
Natus ſidéreâ súſcipit aulâ.

QUÆ non, Virgo, tibi dona rependit!
Cœli divítias éxplicat omnes;
Verbum veſtíeras carne: viciſſim
Verbum te próprio lúmine veſtit.

QUI velo látuit carnis, aperti
Pleno te sátiat Núminis hauſtu:
Et quem Virgíneo lacte cibaſti,
In jugem tibi dat ſe Deus eſcam.

O CONCESSA tibi quanta poteſtas!
Per te quanta venit grátia terris!
Cunctis Cœlítibus célſior una,
Solo facta minor, Virgo, Tonante.

QUÆ Regína ſedes próxima Chriſto,
Alto de sólio, vota tuórum
Audi; namque potes fléctere Natum,
Virgo mater; amas nos quoque natos.

DIVINÆ Sóboli, qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri;
Cujus Virgo parens, glória Nato;
Quo fœcunda tibi glória, Flamen. Amen.

℣. Audívit & lætáta eſt Sion, ℟. Et exultavérunt fíliæ Judæ. *Pſ. 96. v. 8.*

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Signum magnum appáruit in cœlo: múlier amícta ſole, & luna ſub pédibus ejus; & in cápite ejus coróna ſtellárum duódecim, allel. *Apoc. 12. v. 1.*

Oratio, Veneranda.

Fit Commem. S. Rochi. *Ant.* Memor fuit Dómini in toto corde ſuo; & dividébat unicuíque, prout póterat, de facultátibus ſuis. *Tob. 1. 13. 19.*

℣. Beátus vir cujus eſt nomen Dómini ſpes ejus, ℟. Et non reſpexit in vanitátes & inſánias falſas. *Pſ. 39. 3.*

Oratio, Subvéniat. *ut infrà ad Laudes.*

Intra Octavam Assumptionis Beatæ Mariæ, *Officium fit ritu Semiduplici. Omnia ut in Die, exceptis quæ ſequuntur.*

Pſalmi de Feria per Officium integrum.

AD NOCTURNUM, Antiph. ℣. *&* ℟℟℟. *de Nocturno juxta Feriam occurrente.*

Lectio I. & II. de Scriptura occurrente, ex j. & ij. fit una. Tertia ut notatur pro quolibet Die.

AD LAUDES, Canticum Dtei. Dicitur hæc una Ant. 1. f. In plenitúdine ſancta admirábitur, & in multitúdine electórum habébit laudem. *Eccli. 24. 34.*

AD HORAS, ut in Die.

AD VESP. quinque Pſalmi ſub hac Ant. 1. a. Manus Dómini confortávit te; & ídeo eris benedícta in æternū. *Jud. 15. 11.*

Ad Completorium, *ut in Die. Pſalmi de Feria.*

Die XVI.

In Feſto

SANCTI ROCHI.

Duplex minus.

Omnia de Communi unius Juſti, exceptis quæ ſequuntur.

IN II. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN III. NOCTURNO.

Lectio IV.

Ex S. Rochi vita apud Surium & alios.

Rochus circa ſéculi décimi tértii finem, in civitáte Montiſpéſſuli, equeſtri génere natus, parentes hábuit fídei firmitáte ac pietátis ſinceritáte non minùs, quàm natálium ſplendóre ac divitiárum abundántiâ conſpícuos. Eum pia mater, altérius Annæ inſtar, aſsíduis ad Deum précibus impetraſſe fertur. Conceſſum ſibi divínâ providéntiâ púerum, tanti benefícii memor, mónitis ſalutáribus, ac con-

tinuis ómnium virtútum exemplis inſtructum, totum Deo réddidit & conſecrávit. Tam Chriſtiánâ educatióne roborátus adoleſcens, anno ætátis vigéſimo, utróque parente orbátus, poſt erogátas magnâ ex parte paupéribus facultátes, Románam peregrinatiónem ſuſcépit. Peſte in Itália tunc graſſante, Rochus ſtrénuam ubique per Noſocómia, in ægrotórum miniſtériis, óperam naváre cœpit. Quod cùm tam Romæ, quàm áliis in úrbibus præſtitiſſet, noviſſimè apud Placéntiam ipſe peſtiléntiâ correptus eſt: quâ cùm graviſſimè laboráret, in magnâ rerum ómnium inópiâ, mira patiéntiæ & fidei ſpecimina præbuit.

Lectio V.

Recuperátâ poſthac ſanitáte, cùm in pátriã reverterétur, quæ tunc bellis, gravibuſque ódiis afflictabátur, inter armórum tumultus, ipſe tamquam explorátor comprehenſus, ipsíque pátruo mínimè ágnitus, eo jubente, in cárcerem conjícitur. Cùm in cárcere, per quinquénnium, acerbiſſima quæque perpeſſus eſſet Rochus, tandem ſoli Deo notus, ibídem óbiit, ſéculo décimo quarto jam adulto, eâ ſanctitátis opinióne, ut ſtatim pópulo perſuáſum fúerit, quoſcumque peſte laborantes, Rochi patrocínio ſalútem eſſe conſecutúros. Quod cùm ſæpè áliàs, tum máximè Concílii Œcuménici Conſtantienſis témpore comprobátum dícitur. Nam cùm ea in urbe peſtis ánteà crudéliter ſævíret, delátâ Patrum decréto per vicos & cómpita civitátis, in ſolemni ſupplicatióne, Rochi imágine, ſtatim quiévit. Hinc ubíque locórum ejus imágines expóſitæ: hinc innúmera propè templa, ſacella, altária ſub ejus invocatióne paſſim erecta, públicis populórum votis, ac gratiárum actiónibus ubíque celebérrima.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio VI. *c.* 24. *v.* 7.

Bella, peſtilentia, fames, terra motus.

In illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Conſurget gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt peſtiléntiæ, & fames, & terræ motus per loca. Et réliqua.

Homília ſancti Cypriáni Epíſcopi & Mártyris.

Lib. de mortalit.

Dominus próvidæ vocis hortátu inſtruens

ens, & præparans
orróborans Ecclé-
pópulum ad om-
lerántiam futuró-
ella, & fames, &
otus, & peſtilén-
loca síngula exúr-
enuntiávit & dó-
& ne inopinátus
ovus rerum infe-
n metus quáteret,
c magis in novíſ-
mpóribus adverſa
cere antè præmó-
iunt ecce quæ dicta
: quando fiunt quæ
rædicta ſunt, ſe-
r & quæcumque
ſa ſunt: Dómino
llicente & dicen-
m autem vidéritis
nnia fíeri, ſcitóte
m in próximo eſt
a Dei.

LAUDES.

Hymnum. ℣. Stetit
ávit, ℟. Et ceſsá-
ſsátio. *Pſ.* 105. 30.
Benedict. *Ant.* 2. D.
ſt contriſtátus con-
um quòd plaga evé-
i; ſed immóbilis
timóre permanſit.
. 13. 14.

Oratio.

véniat nobis, quæ-
nus, Dómine, beá-
hi apud te intercéſ-
æ iræ tuæ flagella
s avertat, & tuæ nos
ílìet majeſtáti; Per
num.

Commem. Octavæ.

IN II. VESPERIS.

Poſt Hymnum. ℣. Dixit Dóminus ut diſpérderet eos; ℟. Si non electus ejus ſtetiſſet in conſpectu ejus. *Pſ.* 105. 23.

Ad Magnif. *Ant.* 5. C. Stans inter mórtuos & viventes pro pópulo deprecátus eſt, & plaga ceſsávit. *Num.* 16. 48.

Oratio, Subvéniat. *ſupr.*

Fit Commem. de Aſſumptione B. Mariæ.

DIE XVII.

De Octava ASSUMPTIONIS.

Sermo ſancti Cyrilli Alexandríni.

Contra Neſt. hab. Epheſi.

LECTIO III.

SAnctórum cœtum, qui à ſancta Deípara ſemper vírgine María invitáti prompto ánimo huc confluxérunt, lætum erectumque conſpício. Quare licèt multâ prémerer triſtitiâ, áttamen hic ſanctórum patrum cœtus lætítiam mihi præbuit. Nunc dulce illud hymnógraphi David verbum apud nos implétum eſt: Ecce jam quid bonum aut quid jucundum, niſi habitáre fratres in unum? Salve ítaque à nobis, ſancta myſtica Trínitas, quæ nos omnes convocaſti in hanc Eccléſiam Deíparæ Maríæ. Salve à nobis, María Deípara, venerábile ci-

mélium totíus orbis terrárum, lampas inextinguíbilis, ſceptrum rectæ doctrínæ, templum indiſſolúbile, locus ejus qui loco capi non poteſt, mater & virgo; per quam nominátur in ſanctis Evangéliis: Benedictus qui venit in nómine Dómini.

Die xviii.

De Octava ASSUMPTIONIS.

Sermo ſancti Procli Epiſc. *Orat.* 1. *in S. Deip. Hab. in Concilio Epheſi.*

Lectio III.

Virginális ſolémnitas linguam noſtram hódiè, fratres, ad laudis præcónium próvocat. Hìc nos quippe modò ſancta Dei génitrix virgo María in unum coégit: impollútus ille virginitátis theſaurus; ſpirituális ſecundi Adæ paradíſus; uniónis naturárum officína; thálamus in quo ſibi Verbum carnem deſponsávit; animátus natúræ rubus quem divíni partûs ignis non combuſſit; verè levis nubes quæ ſedentem ſuper Chérubim cum córpore portávit; mundíſſimum vellus imbre è cœlo infúſum, ex quo Paſtor ovem índuit. Quamvis ómnium Sanctórum memóriæ mirábiles ſint; nihil tamen diéi hujus ſolémniis æquále ad glóriam. Abel propter ſacrifícium celebrátur; Abraham propter fidem præcláris láudibus cumulátur; Móyſes tanquam legiſlátor prædicátur; Elías, ut zelótes, teſtimónium habet; David, ut pater myſtérii in carne peracti, commendátur: verùm nihil tale eſt qualis eſt Dei génitrix María: ipſa enim, quem illi in ænígmate vidérunt, incarnátum in útero portávit. Cunctas res creátas, ô homo, cogitatióne percurre, & vide an quidquam ſit æquále vel majus María Deiparâ.

Die xix.

De Octava ASSUMPTIONIS.

Sermo ſancti Andréæ Cretenſis. *In Bibl. Patrum.*

Lectio III.

Benedicta tu inter mulíeres. Verè quidem benedicta; nam benedixit te Deus ſuum tabernáculum, quando paternâ glóriâ eximiè plenum hóminem Chriſtum Jeſum eumdemque Deum, ex quibus ac in quibus perfectus conſtat natúris, incomprehensâ ratióne útero geſtaſti. Benedicta tu inter mulíeres, quæ cœleſtem theſaurum, in quo ſunt omnes theſauri ſapiéntiæ & ſciéntiæ abſcónditi, in virginitátis

tuæ

violáto thálamo ni-
guſtátum complexa
nedicta tu in mulié-
, quæ ſola benedi-
m hereditáte conſe-
s, quam Deus per
am Géntibus pro-
it. Benedicta tu in
ibus, quam gene-
es beátam dicunt,
reges gloríficant,
príncipes veneran-
ijus vultum dívites
deprecantur, quam-
gines & ſubſequen-
præeuntes in tem-
Regis comitantur.
icta tu in muliéri-
uam Iſaías prophé-
culis videns, Pro-
am & Vírginem ap-
it. Verè benedicta
am Ezéchiel orien-
ænuntiávit, & por-
lauſam per quam
ſolus tránſeat, &
terum clauſa má-

D i e xx.
In Feſto
CTI BERNARDI,
atis, & Eccleſiæ
Doctoris.
Duplex-minus.
omm. unius Abbatis.
Deus, qui, *infrà.*
de Script. occurr.
ECTIO IV.
ita S. Bern. Auct.
l. Abb. & ex Bern.
oper.
rnardus Fontánis in
ur índia nobilibus

& piis paréntibus natus, anno ætátis vigéſimo ſecundo in Ciſtercienſi Monaſtério religióſam vitam amplexus eſt cum triginta ſóciis, inter quos fuêre pleríque ejus fratrũ, qui ipſum à propóſito deterrére áliàs conáti fúerant. Vigilando, jejunando & laborando, eos in pietáte fecit progreſſus, ut à Stéphano Abbáte Ciſtercienſi ad conſtruendum Claravallenſe Monaſtérium, júvenis licèt mitterétur. Cujus póſteà deſignátus Abbas, à Guillelmo Catalaunenſi Epíſcopo, abſente Joſceranno Epíſcopo Lingonenſi, benedictiónem accépit. Multos labóres pro Eccléſia ſuſtínuit, & plúribus Concíliis intérfuit. Innocéntium ſecundum Románũ Pontíficem in extinguendo ſchíſmate Petri Leónis, cùm apud vários Príncipes, tùm in Concílio Stampenſi, & in Concílio Piſáno egrégiè adjúvit. Imperatórem Lothárium jus inveſtiturárum ſibi vindicantẽ ſólitâ loquendi libertáte reprehendit, & à ſuſceptis consíliis dimóvit. Victóri, qui Petro Leónis & ipſe pſeudo-Póntifex ſubrogátus fúerat, perſuáſit ut Innocéntio obſequerétur. Tu autem.

Lectio V.

Varios erróres impugnávit. Rodulphum mónachum ácriter repreſſit, qui Judæos interficiendos eſſe contendébat. Juſſu Eugénii tértii, qui & diſcipulus ipsíus fúerat, & ad quem libros de Conſideratióne ſcripſit; concionante Bernardo, ſacra in Saracénos expedítio ſuſcepta eſt, quæ tamen felicem éxitum non hábuit. Hinc multórum agitátus eſt dictériis, quæ patientíſſimè tulit. Quinque Epiſcopátus oblátos recuſávit, ac inter álios Genuenſem & Mediolanenſem. Multa ſcripſit, ex quibus appáret eum doctrínâ pótiùs divínitùs tráditâ, quàm labóre comparátâ inſtructum fuiſſe. Unde & quidquid in Scriptúris valébat & in eis ſpirituáliter ſentiébat, máximè in ſilvis & in agris meditando & orando ſe accepiſſe fatebátur. Sexaginta tres annos natus, miráculis plúribus éditis, in Monaſtério Claravallenſi obdormívit in Dómino, anno Chriſti milléſimo centéſimo quinquagéſimo tértio, ſepultúſque eſt ante altáre beatíſſimæ Vírginis, quam religióne ſinguléri colúerat. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio VI. *Cap. 19. 27.*

Omnia relinquentibus promiſſum præmium.

In illo témpore; Dixit Petrus ad Jeſum: Ecce nos relíquimus ómnia, & ſecúti ſumus te; quid ergo erit nobis? Et réliqua.

Homília ſancti Bernardi Abbátis.

Serm. 22. de diverſ. qui eſt de quadrupl. debito.

In via eſtis, fratres, quæ ducit ad vitam, in via recta & impollúta, quæ ducit ad civitátem ſanctam Jerúſalem illam, quæ libera eſt, quæ ſurſùm eſt, quæ eſt mater noſtra. Arduus quidem aſcenſus ejus, útpote per ipſam montis ſummitátem incíſus: ſed via compendióſior labóris magnitúdinem vel témperat vel exclúdit. Vos autem tam felici facilitáte quàm fácili felicitáte viam iſtam non ſolùm itis, ſed cúrritis; quia exoneráti eſtis & accíncti, nihil pónderis ſuper dorſa portantes. Felíces ígitur vos, qui vos & veſtra ſine omni exceptiúncula reliquiſtis! Per ipſum montis vérticem iter fácitis ei qui aſcendit ſuper occáſum; Dóminus, nomen illi. Illi verò, qui quamvis Ægyptum fugerint, tamen ad

ique Ægyptia tenérri- reſuſpírant, viam ci- itis habitáculi non in- érunt; ſed voluntátum rum graviſſimis ſárci- prægraváti, vel ſub te, vel cum ónere ca- æ, ut vix ad curſum véniant deſtinátum. id enim eſt quòd vita bra vitam apoſtólicam ræſentet? Illi reliqué- is ómnia, & in ſchola vatóris ſub ejus præ- tia congregáti, hauſé- t aquas in gáudio de te Salvatóris, ipſum e fontem in ipſo fonte entes.

Oratio.

Deus, qui beátum Bernárdum Abbá- , charitátis fervóre cenſum, in Eccléſia lucére ſimul & ardére iſti; ejus interceſſióne céde, pari nos chari- is ſpíritu ferventes, co- n te ſemper ut fílios is ambuláre; Per .... in itáte ejuſdem.

Commemoratio Octavæ.

IN VESP. Comm. Oct.

Die xxi.

De Octava
Assumptionis.
Sermo ſancti Joannis
Damaſcéni.

Orat. 2. de Dormitione S. Mariæ.

Lectio IV.

Hodie ſacra & ani- máta Arca Dei vi- ventis, quæ ſuum in úte- ro concépit creatórem, requieſcit in templo Dó- mini, quod nullis eſt ex- tructum mánibus: & Da- vid exultat ejus parens; & cum eo choros ducunt Angeli, célebrant Ar- chángeli, Virtútes glorí- ficant, Principátus exul- tant, Poteſtátes collætan- tur, gaudent Dominatió- nes, Throni feſtum diem agunt, laudant Chéru- bim, glóriam ejus prædi- cant Séraphim. Hódie ſa- cratíſſima columba, hoc eſt ſimplex atque ínno- cens ánima, Spirituíque divíno conſecráta, arcâ id eſt córpore quod vitæ inítium dedit évolans, pédibus ſuis réquiem in- vénit, atque in ſuperna hereditátis terra habita- vit. Hodie Edem, novi Adam paradíſum ſúſcipit animátum, in quo ſolúta eſt condemnátio, in quo plantátum eſt lignum vi- tæ, in quo núditas noſtra contecta eſt. Tu autem, Dómine, miſerére no- ſtri.

℟. Deo grátias.

Die xxii.

In Octava
Assumptionis
B. Mariæ Virginis.

Duplex-minus.

IN II. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN III. NOCTURNO.

De Sermóne ſancti Bernardi Abbátis.

In Aſſumpt. Serm. 4. *n.* 5.

Lectio IV.

NOn eſt quod me magis delectet, ſed nec quod térreat magis, quàm de glória Vírginis matris habére ſermónem. Ecce enim ſi in ea laudávero virginitátem, mihi multæ vírgines poſt eam videntur offerri. Si humilitátem prædicávero, invenientur fortè vel pauci, qui, docente Fílio ejus, mites facti ſunt & húmiles corde. Si magnificáre volúero miſericórdiæ ejus multitúdinem, ſunt áliqui miſericórdiæ viri, étiam & mulíeres. Unum eſt, in quo nec primam ſímilem viſa eſt, nec habére ſequentem, gáudia matris habens cum virginitátis honóre. Maríæ privilégium eſt; non dábitur álteri: ſinguláre eſt; ſed continuò étiam indicíbile invenítur.

Lectio V.

VErúmtamen non hoc tantùm, ſed cæteras quoque virtútes ſinguláres prorſus invénies in María, quæ videbantur eſſe commúnes. Quæ enim vel angélica púritas virginitáti illi áudeat comparári, quæ digna fuit Spíritûs ſancti ſacrárium fíeri, & habitáculum Fílii Dei? Quanta verò & quàm pretióſa humilitátis virtus cum tanta puritáte, cum innocéntia tanta, cum conſciéntia prorſus abſque delicto, imò cum tanta grátiæ plenitúdine? Unde tibi humílitas, & tanta humílitas, ô beáta? Digna planè quam reſpíceret Dóminus, cujus decórem concupíſceret Rex, cujus odóre ſuavíſſimo ab æterno illo paterni ſinûs attraherétur accúbitu. Ecce jam quibus potúimus votis aſcendentem te ad Fílium deduximus, & proſecúti ſumus ſaltem à longe, Virgo benedicta. Sit pietátis tuæ ipſam quam apud Deum grátiam inveniſti, notam fácere mundo; reis véniam, medélam ægris, puſíllis corde robur, afflictis conſolatiónem, periclitántibus adjutórium & liberatiónem ſanctis tuis précibus obtinendo. Tu autem.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio VI. *Cap.* 11. *v.* 27.

Mater Chriſti beata.

IN illo témpore; Loquente Jeſu ad turbas, extollens vocem quædam múlier de turba dixit illi: Beátus venter qui te portávit. Et réliqua.

ia venerábilis Bedæ
Preſbyteri.
c. Cap. 11. lib. 4.
Agnæ devotiónis &
fidei hæc múlier
itur, quæ Scribis
ariſæis Dóminum
tibus, ſimul & blaſ-
ntibus, tantâ ejus
atiónem præ óm-
ſinceritáte cognoſ-
antâ fidúciâ confi-
ut & præſéntium
um calúmniam, &
um confundat hæ-
um perfidiam. Nam
unc Judæi, Sancti
s ópera blaſphe-
, verum conſub-
lemque Patri Dei
negábant: ſic hæ-
óſtea negando Ma-
ſemper vírginem,
Spíritûs operante
, naſcitúro ex hu-
membris Unigé-
ei, carnis ſuæ ma-
miniſtraſſe; verum
ſtantialemque ma-
um hóminis fatéri
bére dixérunt. Sed
Verbi Dei ſecun-
arnem naſcentis, à
Vírginis matris pro-
ur extránea; ſine
venter qui eum
it, & úbera quæ
nt, beatificarentur.
gitur, his contra
en dictis, extollá-
ocem cum Ecclésia
ica, cujus hæc
typum geſſit: ex-
tollámus & mentem de médio turbárum, dicamuſque Salvatóri: Beátus venter qui te portávit; & úbera quæ ſuxiſti!

DIE XXIV.

In Feſto S. BARTHOLOMÆI, Apoſtoli.

Duplex-majus.

De Communi Apoſtolorum.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Ex Euſebio, S. Hieronymo & Uſuardo.

BArtholomæus, unus ex Duódecim quos elégit Jeſus & Apóſtolos nominávit; poſt ejus Aſcenſiónem, accepto Spíritu Sancto, in Indiam profectus, Chriſti fidem, ut ſcribit Euſébius in hiſtória Eccleſiáſtica, fertur illis géntibus prædicaſſe, & Evangélium Matthæi Hebráicis conſcriptum lítteris reliquiſſe, quod quidem ad Pantæni témpora ſervátum eſſe memorátur. Idem refert in libro de Scriptóribus Eccleſiáſticis Hierónymus. Poſtquàm enim Pantænum in Indiam à Demétrio Alexandríæ Epíſcopo, rogántibus illíus gentis legátis, miſſum rétulit, ſubdit eumdem inter gentes illas comperiſſe, olim adventum Dómini Jeſu juxta Matthæi Evangé-

lium à Bartholomæo, qui inter duódecim Apóſtolos numerátur, illic fuiſſe prædicátum. In cujus rei fidem ipſum Matthæi exemplar Hebráicis lítteris ſcriptum ſecum Alexandríam revertens detúlerat. Fide gentílibus prædicátâ, Bartholomæus vitã martyrio conſummávit.

De Sermóne ſancti Joannis Chryſóſtomi.

Homil. 33. in Matt. Cap. 9.

LECTIO V.

Vides miniſtérii magnitúdinem? Vides Apoſtolórum dignitátem? Nihil ſenſíbile jubentur dícere; nec ſicut Móyſes & Prophétæ prióres; ſed nova quædam & inexpectáta. Neque enim tália ipſi prædicábant; ſed terram, & terréna bona: hi autem regnum cœlórum, & quæ ibi ſunt ómnia. Neque inde ſolùm hi majóres ſunt, ſed étiam ex obediéntia. Neque enim recúſant, neque cunctántur ſicut véteres illi: ſed etiamſi perícula, bella & intolerabília mala áudiant, cum obſequéntiâ multâ imperáta ſuſcípiunt, útpote qui regni ſint præcónes.

LECTIO VI.

Diábolo cum orbe toto & turba dæmonum innúmera contra duódecim illos irruente, non brevi témpore, ſed per totum vitæ ſpátium vicérunt illi & ſuperârunt. Quodque mirum eſt, non cæſis hóſtibus, ſed mutátis & converſis. Illud enim máximè ubíque obſervandum eſt, ipſos non occidiſſe, nec delevíſſe inſidiatóres ſuos; ſed, cùm illos dæmónibus pares cepiſſent, Angelis æquáles feciſſe, humánam natúram hâc improbâ tyránnide liberantes: illos autem ſceleſtos dæmones, qui ómnia conturbábant, à médio foro & à dómibus, imo étiam in deſérto expulérunt. Quodque mirabílius eſt, non inſtructâ ácie hoc faciébant, ſed malè hábiti implébant ómnia.

IN III. NOCTURNO.

De Actibus Apoſtolórum.

LECTIO VII. C. 5. v. 17.

Apoſtoli in cárcere.

Exurgens princeps Sacerdótum, & omnes qui cum illo erant (quæ eſt hæreſis Sadducæórum) repléti ſunt zelo: & injecérunt manus in Apóſtolos, & poſuérunt eos in custódia públicâ. Angelus autem Dómini per noctem apériens jánuas cárceris, & edúcens eos, dixit: Ite, & ſtantes loquímini in templo plebi ómnia verba vitæ hujus.

Lectio VIII. *v.* 21.
Docent in templo.

Qui cùm audiſſent, intravérunt dilúculo in templum, & docébant. Advéniens autem princeps Sacerdótum, & qui cum eo erant, convocavérunt concílium, & omnes ſenióres filiórum Iſraël: & miſérunt ad cárcerem ut adduceréntur. Cùm autem veniſſent miniſtri, & aperto cárcere non inveniſſent illos, reverſi nuntiavérunt, dicentes: Cárcerem quidem invénimus clauſum cum omni diligéntia, & cuſtódes ſtantes ante jánuas: aperientes autem, néminem intùs invénimus.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio IX. *Cap.* 6. 12.
Duodecim Apoſtolorum electio.

In diébus illis; Exiit Jeſus in montem oráre; & erat pernoctans in oratióne Dei. Et cùm dies factus eſſet, vocávit diſcípulos ſuos: & elégit duódecim ex ipſis, (quos & Apóſtolos nominávit.) Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.
Expoſ. Evang. ſec. Luc. lib. 5. §. 43. 44.

Et erat pernoctans in oratióne Dei. Spécies tibi datur, forma præſcríbitur quam débeas æmulári. Quid enim te pro ſalúte tua fácere oportet, quando pro te Chriſtus in oratióne pernoctat? Quid te fácere cónvenit, cùm vis áliquod pietátis offícium adoríri; quando Chriſtus miſſúrus Apóſtolos, orávit priùs, & ſolus orávit? Nec uſquam álibi, ſi non fallor, oraſſe cum Apóſtolis reperítur: ubíque ſolus óbſecrat. Dei enim consílium humána vota non cápiunt, nec quiſquam inferiórum poteſt eſſe párticeps Chriſti. Vis ſcire quóniam mihi non ſibi oráverit? Vocávit (inquit) diſcípulos ſuos, & elégit duódecim ex ipſis; quos ad propagandum auxílium ſalútis humánæ per terrárum orbem ſatóres fidei deſtináret. Simul adverte cœleſte consílium; non ſapientes áliquos, non dívites, non nóbiles: ſed piſcatóres & publicános, quos dirígeret, elégit; ne traduxiſſe prudéntiâ, ne redemiſſe divítiis, ne poténtiæ nobilitatiſque auctoritáte traxiſſe áliquos ad ſuam grátiam viderétur; ut veritátis rátio, non diſputatiónis grátia prævaléret. Tu autem, Dómine, miſerére noſtri.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui hujus diéi venerandam ſanctamque lætitiam in beáti Apoſtoli tui Bartholomæi feſtivitáte tribuiſti; da Eccléſiæ tuæ, quæſumus, & amáre quod crédidit, & prædicáre quod dócuit; Per Dóminum.

IN II. VESPERIS, Commemoratio de ſequenti.

Antiph. Quæsívit Dóminus ſibi virum juxta cor ſuum: & præcépit ei Dóminus ut eſſet dux ſuper pópulum ſuum. 1. *Reg.* 13. 14.

℣. Beátus vir cujus eſt nomen Dómini ſpes ejus:
℟. Et non reſpexit in vanitátes & insánias falſas. *Pſ.* 39. 5.

Oratio.

DEus, qui beátum Ludovícum Confeſſórem tuum de terréno regno ad cœleſtis regni glóriam tranſtuliſti: ejus, quæſumus, méritis & interceſſióne, Regis regum Jeſu Chriſti Fílii tui fácias nos eſſe conſortes; Per eumdem.

DIE XXV.

In Feſto

SANCTI LUDOVICI,

Regis Franciæ.

Duplex-majus.

De Communi unius Juſti, exceptis ſequentibus.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Deum per quem reges regnant, * Veníte, adorémus. *Prov.* 8. 15.

Pſalmus, Veníte, exultémus.

Hymnus. Hab. Vabr. Ep.

REx ſumme regum, qui potenti númine
Quo ſunt creáta regna nutu dívidis,
Dum thure fumant templa, voce pérſonant,
Audi profúſas Regis in laudem preces.

NASCENS in ipſa Ludovícus púrpura,
Sceptris avítis parvus ádmovet manus;
Piæque ductu matris, ignárus mali,
Servíre Chriſto diſcit ántequam regat.

JUSTI ſevérus cultor, urbes légibus,
Amóre cives cóntinens, hoſtes metu:
Pietáte cœlum flectit, aras éxcitat,
Deóque templa, tecta nudis érigit.

Mox chriſtiáni ſerus ultor ſánguinis
Emenſus æquor, inque littus bárbarum
Vexilla pandens, urget armis ímpios,
Unóque vitam pro Deo paciſcitur.

SIT Trinitáti ſempiterna glória,
Honor, poteſtas, atque jubilátio,

In unitáte, quæ gubernans ómnia,
Per cuncta regnat ſeculórum ſécula.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Confortátus eſt in regno ſuo, & Dóminus Deus ejus erat cum eo, * Et magnificávit eum in excelſum. 2. *Par.* 1. 1. ℣. Deus elégit patres noſtros, & ſuſcitávit illis regem. *Act.* 13. 17. 22. * Et magnificávit.

℟. *ij.* Percuſſit fœdus coram Dómino, ut cuſtodíret præcepta ejus: * Et fecit omnes ſervíre Dómino Deo ſuo. 2. *Par.* 34. 31. 33. ℣. Dei miniſter eſt in bonum. *Rom.* 13. 4. * Et fecit.

℟. *iij.* Ipſe eſt directus divínitus in pœniténtiam gentis, * Et tulit abominatiónes impietátis; † Et in diébus peccatórum corroborávit pietátem. *Eccli.* 49. 3. 4. ℣. Dei miniſter eſt; vindex in iram ei qui malum agit. *Rom.* 13. 4. * Et tulit. ℣. Glória. † Et in diébus.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Ex S. Ludovici Vita à Joinville.

Ludovicus nonus, Francórum Rex, anno ætátis duodécimo, patri Ludovíco ſucceſſit, regnumque ſub tutéla Blanchæ ſapientíſſimæ matris adminiſtráre cœpit. Hæc fílium à púero ſanctis documentis inſtitúerat, dícere sólita: Mallem, fili, te vitâ & regno privátum, quàm lethális peccáti reum agnóſcere. In ipſo regni exórdio, viros ſpectátæ virtútis & prudéntiæ, cùm è cléricis, tùm è laïcis, in consílium adhíbuit; & Albigenſes perduelles, paternis jam armis impetítos, ſubégit. Rebus cum finitimis princípibus compóſitis, totum ſe divíno cultui promovendo dedit. Duello & blaſphémiis pénitùs extirpandis incúbuit; hiſtriónes & joculatóres regno éxpulit. Beneficia eccleſiáſtica nonníſi probátis, ac præcípuè per Eccléſiæ Pariſienſis Cancellárium, persónis, neque jam áliud habéntibus, niſi illo abdicáto, conferébat. Adeò juſtitiæ ſtudióſus fuit, ut quacumque transíret, illáta ſi qua forent à comitátu damna, per Archidiáconum Pariſienſem aliosve notæ æquitátis viros inquíri jubéret ac reſarcíri: & contra Saracénos profectúrus, mónitos per præcónem súbditos volúerit, ut qui læſi fortè eſſent, ipſum adi-

rent, ómnibus factúrum ſatis.

℟. iv. Dixit: Væ mihi! ut quid natus ſum vidére contritiónem civitátis ſanctæ, & ſedére illic cùm datur in mánibus inimicórum! * Quò ergo nobis adhuc vívere? 1. *Macc.* 2. 7. 13. ℣. Vado, quæ ventúra ſint mihi, ignórans. *Act.* 20. 22. * Quò.

Lectio V.

TRicéſimo ætátis anno gravi morbo affectus, acceptâ cruce ab Epiſcopo Pariſienſi, ſacrum bellum vovit. Et poſt áliquot annos, contractis ingéntibus cópiis, matri commiſſâ regni curâ, mare trajécit. Atque ubi primùm Saracénos in líttore aſtantes conſpexit, è navi in mare enſe diſtricto congreſſúrus inſíliit: fugatiſque hóſtibus, Damiátam victor intrávit. Sed debilitáto póſtmodùm ex lue exércitu, victus ipſe captuſque eſt. Cùm de pace actum eſt, ipſe conditiónes Saracénis dedit, mirántibus quòd victus victóribus leges impóneret. Pacto fœdere, Rex cum exércitu liber dimíttitur: cumque in pecúnia numeranda, Saracénis non adverténtibus, errátum eſſet; íntegrum pecúniæ pondus ſolvi vóluit, violáti pacti alióquin reis. Annos deinde círciter quátuor, quò Saracénos ad ſervandas induciárum conditiónes adígeret, in Syria commorátus; Chriſtiános multos è vínculis eripuit, gentíles fidei præceptis imbuit, ac Chriſtianórum urbes áliquot & caſtra ſuis súmptibus inſtaurávit.

℟. v. Congregávit pópulum, & dixit: * Non mihi contingat párcere ánimæ meæ, in omni témpore tribulatiónis: vindicábo gentem meam & ſancta. 1. *Mach.* 13. 2. 3. 5. 6. ℣. Mihi abſit gloriári, niſi in Cruce Dómini noſtri Jeſu Chriſti. *Gal.* 6. 14. * Non.

Lectio VI.

IN Gálliam rédiens, navi prope Cyprum ad ſyrtes alliſâ; coram ſacra Euchariſtia, cujus in navi aſſervandæ facultátem à Legáto apoſtólico obtinúerat, ſupplíciter orans, ab imminente naufrágii perículo liberátus eſt. Cumque navis ad réliquum itíneris minùs tuta à nautis renuntiarétur, Rex pius, rejectâ próccerum ſenténtiâ, in áliam transíre nóluit; ne ſexcenti ferè hómines qui metu perículi ex eâdem navi deſcendiſſent, in ínſula remanéreut, inde num-

am aut vix reverſúri ; ille ſe, dicens, cum li- ris & uxóre, Deo áuſ- ;e, perículum adíre, àm ſibi ſuiſque cum ito totque hóminum mno consúlere. Poſt litum, piis opéribus ıpénſiùs ſtúduit. Plúri- ı Lutétiæ aliiſque in lo- ædificávit aut perfécit onaſtéria, & páuperum ſpítia. Frequens viſébat rótos, quibus non súm- bus modò, ſed & má- ous própriis miniſtrá- t. In páuperes munifi- ıtíſſimè próvidus, vir- ıibus dotem, provínciis nónæ inópiâ laboránti- s alimenta, univerſis éntibus neceſsária ſup- litábat. Cùm in Afri- n trajeciſſet, bellum nuò Saracénis illatúrus ; nque, captâ Carthági- , caſtra prope Tuné- n in eórum conſpectu ſuiſſet, mortem immi- re ſéntiens, documen- Rege digna Chriſtianíſ- ıo, ſuâ manu conſcrip- , Philippo filio & ſuc- sóri trádidit : illudque ,vídicum próferens, In- íbo in domum tuam, orábo ad templum ſan- m tuum, & confitébor mini tuo, Dómine ; mam Deo réddidit a- l Cartháginem, an- ætátis quinquagéſimo nto, Chriſti verò mil- léſimo ducentéſimo ſep- tuagéſimo. Eum mirácu- lis illuſtrem Bonifácius octávus Sanctórum albo inséruit.

℟. *vj.* Ait : Accingí- mini, & * Eſtóte paráti in manè ; † Mélius eſt nos mori in bello, quàm vidére mala gentis noſtræ & ſanctórum. ℣. Sicut fúerit voluntas in cœlo, ſic fiat. 1. *Mach.* 3. 58. 59 60. * Eſtóte. ℣. Glória. † Mélius.

IN III. NOCTURNO.

De libro Sapiéntiæ.

Lectio VII. *Cap.* 7. *v.* 7.

Sapientia potior regno.

OPtávi & datus eſt mihi ſenſus : & invocávi, & venit in me ſpíritus ſapiéntiæ : & præpóſui illam regnis & ſédibus, & divítias nihil eſſe duxi in comparatióne illíus. Nec comparávi illi lápidem pretióſum : quóniam omne aurum in comparatióne illíus, aréna eſt exígua, & tamquã lutum æſtimábitur argentum in conſpectu illíus. Super ſalútem & ſpéciem diléxi illam, & propóſui pro luce habére illam : quóniam inextinguíbile eſt lumen illíus.

℟. *vij.* Induit ſe lorícam ſicut gigas, & ſuccinxit ſe arma béllica ſua in prǽliis, * Et protegé-

bat caſtra gládio ſuo: ſímilis factus eſt leóni in opéribus ſuis. 1. *Mach.* 3. 3. 4. ℣. Erat edoctus viam Dómini, & fervens ſpiritu loquebátur. *Act.* 18. 25. * Et protegébat.

Lectio VIII. *c.* 11.

Fructus ſapientiæ.

Venérunt autem mihi ómnia bona páriter cum illa, & innumerábilis honeſtas per manus illíus: & lætátus ſum in ómnibus; quóniam antecedébat me iſta ſapiéntia, & ignorábam quóniam horum ómnium mater eſt. Quam ſine fictióne dídici, & ſine invídia commúnico, & honeſtátem illíus non abſcondo. Infinítus enim theſaurus eſt homínibus: quo qui uſi ſunt, partícipes facti ſunt amicítiæ Dei, propter diſciplínæ dona commendáti.

℟. viij. In captivitáte póſitus viam veritátis non deſéruit; * Ita ut ómnia quæ habére póterat, quotídie concaptívis frátribus impertíret. *Tob.* 1. 2. 3. ℣. Suſcipiébat omnes qui ingrediebantur ad eum. *Act.* 28. 30. * Ita ut.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lect. IX. *Cap.* 19. *v.* 12.

Boni ſervi remuneratio.

In illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis parábolam hanc: Homo quidam nóbilis ábiit in regiónem longínquam accípere ſibi regnum, & reverti. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

De Civitate Dei, lib. 5. *cap.* 24.

Chriſtiános quoſdam Imperatóres non ideò nos felíces dícimus, quia vel diútiùs imperârunt, vel imperantes fílios morte plácidâ reliquérunt, vel hoſtes reipúblicæ domuérunt, vel inimícos cives adversùs ſe inſurgentes & cavére & opprímere potuérũt. Sed felíces eos dícimus, ſi juſtè ímperant, ſi inter linguas ſublímiter honorántium & obſéquia nimis humíliter ſalutántium non extolluntur, ſed ſe hómines eſſe meminérunt; ſi ſuam poteſtátem ad Dei cultum máximè dilatandum, majeſtáti ejus fámulam fáciunt; ſi Deum timent, díligunt, colunt; ſi plùs amant illud regnum, ubi non timent habére conſortes; ſi tárdiùs víndicant, fácilè ignoſcunt; ſi eamdem vindíctam pro neceſſitáte regendæ tuendæque reipúblicæ, non pro ſaturandis inimicitiárum ódiis éxerunt; ſi eamdem véniam non ad impunitátem iniquitátis, ſed ad ſpem

correctiónis indulgent; ſi quod áſperè coguntur plerumque decérnere, miſericórdiæ lenitáte & beneficiórum largitáte compenſant; ſi luxúria tantò eis eſt caſtigátior, quantò poſſet eſſe libérior; ſi malunt cupiditátibus pravis, quàm quibúſlibet géntibus imperáre: & ſi hæc ómnia fáciunt, non propter ardórem inánis glóriæ, sed propter charitátem felicitátis æternæ.

℟. *ix.* Sapiéntia juſtum à peccatóribus liberávit, * Et in vínculis non dereliquit illum, † Et dedit illi claritátem æternam. *Sap.* 10. 13. 14. ℣. Erat Deus cum eo, & erípuit eum ex ómnibus tribulatiónibus ejus. *Act.* 7. 9. * Et in. ℣. Glória. † Et dedit.

AD LAUDES.

℣. *Sac.* Dñe, in virtúte tua lætábitur rex, ℟. Et ſuper ſalutáre tuum exultábit vehementer. *Pſ.* 20. 2.

Ant. 6. F. Diléctus Deo ſuo erat, & póſuit eum Deus Regem. 2. *Eſd.* 13. *v.* 26.

Ant. 4. f. Fuit Dóminus cum eo, confirmavitque regnum in manu ejus. 2. *Paral.* 17. 3. 5.

Ant. 3. a. Faciébat judícium & juſtítiam omni pópulo ſuo. 2. *Reg.* 8. 15.

Ant. 1. g. Fortis in bello, máximus in ſalútem electórum Dei, expugnáre inſurgentes hoſtes; quam glóriam adeptus eſt! *Eccli.* 46. 2. 3.

Ant. 5. a. Fáciens fáciet Dóminus tibi domum fidélem, quia prælia Dómini tu præliáris. 1. *Reg.* 25. *v.* 28.

Capitulum. Job. 29. *v.* 14. 15. 16.

JUſtítiâ indútus ſum; & veſtívi me, ſicut veſtimento & diadémate, judício meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram páuperum; & cauſam quam neſciébam, diligentíſſimè inveſtigábam.

Hymnus.

TEMPLA nunc fument, reſonentque cantu,
En triumpháto Lodoícus hoſte
Quærit æternas, tibi militando,
Chriſte, corónas.

HIC tuos ardet reparáre cultus:
Hic gregem tuto fugitívum ovíli
Reddit: hic armis tua chriſtiánis
Sacra tuétur.

BELLICÆ vir dum memor ille laudis,
Cuncta qui ſubdit, tibi ſervit uni:
Imperes unus, ſatis imperábit,
Te duce, princeps.

STAT tuâ fidens ope, fortiorque

Sumit ex ipſis ánimos ruínis:
Jura dat victus, ſedet inter ipſos
Arbiter hoſtes.

Summa laus ſummo ſuper aſtra Patri:
Fílio compar hómini Deóque;
Nec tibi diſpar, utriuſque ſacri
Nexus amóris. Amen.

℣. Potens in terra erit ſemen ejus; ℟. Generátio rectórum benedicétur. *Pſ.* III. *v.* 2.

Ad Benedictus. *Ant.* J. In tentatióne inventus eſt fidélis: ídeò dedit illi Dóminus glóriam in gente ſua, creſcere illum quaſi terræ cúmulum, & ut ſtellas exaltáre ſemen ejus. *Eccli.* 44. 21. 22.

Oratio, ut ſuprà. 632.

Ad VESPERAS, Antiphona de Laudibus.

Capitul. I. Eſdr. 7. 27.

BEnedictus Dñus Deus patrum noſtrórum, qui dedit hoc in corde regis, ut glorificáret domũ Dñi.

Hymnus, Rex ſumme. *ut ſuprà,* 632.

℣. Deus, judícium tuum regi da: ℟. Et juſtítiam tuã filio Regis. *Pſ.* 71. 2.

Ad Magníf. *Ant.* 3. E. Dómine Deus, verbum quod locútus es ſuper ſervum tuum, & ſuper domum ejus, súſcita in ſempiternum, ut magnificétur nomen tuum. 2. *Reg.* 7. 25. 26.

DIE XXVIII.

In Feſto

S. AUGUSTINI,

Epiſcopi & Eccleſiæ Doctoris.

Duplex-majus.

(*In Cathedrali, Solemminus.*)

De Communi unius Doctoris, exceptis quæ ſequuntur.

IN I. VESPERIS.

Hymnus. S. V.

QUid non, Chriſte, potes? néſcia cédere
Ut gaudes ſine vi rúmpere péctora!
Ut victríce manu quos ſubigis, tuæ
Formas milítiæ duces!

Insana túmidus dum ſapiéntiâ
Auguſtínus ovat, nec pátiens regi,
Spreto, ferre priùs quod décuit, jugo,
Vanis ſervit amóribus.

Errorum ténebris ut prémitur miſer,
Lucem quærit amans, quâ trépidus fugit;
Pectus ſollícitant hinc bona gáudia,
Hinc rursùs mala díſtrahunt.

At cùm plena ſuo lúmine Véritas
Affulſit júveni, térrita nox fugit:

Et divínus Amor ſacríle-
gos piis
Ignes ígnibus éxcutit.

Quas victus lácrymas, quos gémitus dedit!
Altè, corda domans Spíritus íncubat:
Rumpit vincla, ſacro flúmine tíngitur,
Chriſti libérior jugo.

Qui lucis Pater eſt, glória ſit Patri;
Qui lux ipſa Patris, glória Filio;
Amborumque tibi, Nexus amábilis,
Compar glória, Spíritus.
Amen.

℣ Beátus homo quem tu erudíeris, Dñe, ℟. Et de lege tua docúeris eum. *Pſ.* 93. 12.

Orat. Exímium, *infrà.*

AD OFFICIUM NOCT.

Hymnus. Quid non. *ut in I. Veſperis.*

IN I. NOCTURNO.

Lect. de Script. occur.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Ex Poſſidio, & S. Auguſtini operibus.

Auguſtínus, Tagaſtæ in Africa natus, adoleſcens in amóres illícitos, & Manichæórum hæreſim impégit. Carthágine primùm Rhetóricam dócuit, deinde Romæ, ac Medioláni, ubi cùm Ambróſii frequens eſſet auditor, paulátim in Cathólicos propénſior factus, ſacros códices, à quorum lectióne propter ſtyli ſimplicitátem priùs abhorrébat, evólvere ſtudióſiùs cœpit, & novæ vitæ inſtitútum meditári. Verùm cùm diu multumque ſecum ipſe luctátus, converſiónem procraſtinaſſet; tandem insólitâ voce admónitus ut légeret, ex verbis Apóſtoli in quæ íncidit, derepentè mutátus eſt, & ab Ambróſio aliquantò pòſt, annum agens tricéſimum tértium in Páſchate baptizátus. Cùm pátriam repéteret, matri ad Oſtia Tiberína defunctæ ſupréma Chriſtiánæ pietátis officia perſolvit. Reverſus in Africam, rus ſe recépit, ut uni Deo vacáret.

LECTIO V.

Hipponem-régium evocátus, ut virum quemdam ipsíus audiendi cúpidum Deo lucrarétur, raptus à pópulo, invítus, atque ubertim flens, Préſbyter civitátis ordinátus eſt à Valério Epiſcopo; qui cùm génere Græcus eſſet, nec ſatis Latínè ſciret, poteſtátem ei fecit in Eccléſia coram ſe Evangélium prædicandi; idque ex more Orientálium, ſed præter Africánæ totiuſque

Occidentális Ecclésiæ conſuetúdinem. Véritus autem Valérius jam ſénior, ne ſibi Auguſtínus ab áliis Ecclésiis præriperétur, obtinuit à Primáte Carthaginenſi, ut ſibi adhuc viventi darétur coëpíſcopus. In Epiſcopátu commúnem vitæ ratiónem quam ante Epiſcopátum inſtitúerat, cum Cléricis ténuit. Veſtis ejus ac ſupellex, nec nítida nimiū, nec abjecta. Ita frugáli & parcâ mensâ utebátur, ut non niſi propter hóſpites & infirmos, carnes ad legúmina & ólera adhibéret; eamque lectióne aut diſputatióne, exclúsâ pénitùs obtrectatióne, ſemper condiébat. Cauſis dirimendis vacábat per totum diem, ſæpe jejúnus. Ut páuperes áleret, cùm non eſſet ália facultas, ſacra vaſa frangi jubébat. Feminárum monaſtéria non adíbat, niſi urgente neceſſitáte.

LECTIO VI.

Acérrimus contra omnes hæreſes Cathólicæ veritátis propugnátor, Manichæos, quos ſtatim à baptiſmo aggreſſus fúerat, tùm ſcriptis, tùm públicis diſputatiónibus confutávit. Arianórum hæreſim ſingulári veritátis illuſtratióne profligávit. Ecclésiæ unitátis ſtúdio, quam adverſùs Donatiſtas validiſſimè tutátus eſt, Epíſcopos penè trecentos induxit, ut ſchiſmáticis ad Ecclésiam redeúntibus non honórem modò Sédium ſervárent, ſed & , ſi opus eſſet, Epiſcopátum céderent. Grátiam Chriſti à Pelagiánis impugnátam, invictiſſimè aſſéruit; eorumque in Semipelagiánis relíquias, morti jam próximus, repreſſit. Adversùs paganórum calúmnias Religiónē Chriſtiánam eruditiſſimo præſertim ópere de Civitáte Dei, vindicávit. In Confeſſiónum & Retractatiónum libris, à ſe geſta ſcriptaque, magnâ cum humilitáte recénſuit. De Scriptúra váriis tractátibus ſapientiſſimè diſſéruit. Difficillimas quæſtiónes undequáquè ſibi propóſitas ſuis Epíſtolis enodávit. Eum Theodóſius júnior nominátim invitávit ad Synodum Ephesínam in cauſa Neſtórii, cujus erróres jam ipſe ſcriptis præfocáverat; ſed morte præventus, Concílio intereſſe non pótuit. Wándalis enim tértium jam menſem Hippónem obſidéntibus, in extrémum morbum íncidit: atque ubi lecto decúbuit, Pſalmos de pœniténtia paríeti juſſit affigi, quos profuſis

nis jugiter meditá-
: per decem últimos
oli intentus orató-
bdormivit in Dño,
ætátis ſeptuagéſimo
, Chriſti quadrin-
imo trigéſimo.

II. NOCTURNO.

libro Eccleſiáſtici.

ctio VII. *Cap.*
15. 1.

ejus qui in timore
i ſe ad ſapientiam
aptat.

Ui timet Deum, fá-
ciet bona: & qui
nens eſt juſtítiæ, ap-
ndet illam, & ob-
t illi quaſi mater ho-
icáta, & quaſi mú-
. virginitáte ſuſcípiet
. Cibábit illum pa-
æ & intellectûs, &
ſapiéntiæ ſalutáris
it illum: & firmá-
in illo, & non fle-
: & continébit il-
& non confundétur:
altábit illum apud
mos ſuos, & in mé-
Ecclésiæ apériet os
& adimplébit illum
u ſapiéntiæ & intel-
s, & ſtolâ glóriæ vé-
illum. Jucunditátem
ultatiónem theſauri-
ſuper illũ, & nómi-
erno hereditábit illũ.

tio VIII. *Cap.*
39. *v.* 1.

ara Sapientis opera.

piéntiam ómnium
ntiquórum exquíret
ſapiens, & in prophétis
vacábit. Narratiónem vi-
rórum nominatórum con-
ſervábit, & in versútias
parabolárum ſimul introí-
bit. Occulta proverbió-
rum exquíret, & in ab-
ſcónditis parabolárum
conversábitur. Apériet os
ſuum in oratióne, & pro
delictis ſuis deprecábi-
tur. Tamquam imbres
mittet elóquia ſapiéntiæ
ſuæ, & in oratióne confi-
tébitur Dómino: & ipſe
díriget consílium ejus, &
diſciplínam, & in abſ-
cónditis ſuis conſiliábitur.
Ipſe palàm fáciet diſciplí-
nam doctrínæ ſuæ, & in
lege teſtamenti Dómini
gloriábitur. Collaudábunt
multi ſapiéntiam ejus, &
uſque in ſéculum non de-
lébitur.

Léctio ſancti Evangélii
ſecundùm Matthæum.

Lectio IX.

Cap. 5. 13.

Sal terræ; lux mundi.

IN illo témpore; Dixit
Jeſus diſcípulis ſuis:
Vos eſtis ſal terræ: quòd
ſi ſal evanúerit, in quo
ſaliétur? Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni
Epíſcopi.

De Serm. Domini in mon-
te, ſec. Matth. lib. 1.
§. 16. 17.

OStendit Dóminus
fátuos eſſe judican-
dos, qui temporálium

bonórum vel cópiam ſectántes, vel inópiam metuentes, amittunt ætérna, quæ nec dari poſſunt ab homínibus, nec auferri. Itaque, Si ſal infatuátum fúerit, in quo saliétur? id eſt, ſi vos per quos condiendi ſunt quodámmodò pópuli, metu perſecutiónum temporálium amiſéritis regna cœlórum; qui erunt hómines per quos à vobis error auferátur, cùm vos elégerit Deus, per quos errórem áuferat cæterórum? Vos eſtis lumen mundi. Quómodo dixit ſupériùs ſal terræ, ſic nunc dicit lumen mundi. Nam neque ſupériùs iſta terra accipienda eſt, quam pédibus corpóreis calcámus, ſed hómines qui in terra hábitant, vel étiam peccatóres, quorum condiendis & extinguendis putóribus Apoſtólicum ſalem Dóminus miſit. Et hìc mundum, non cœlum & terram, ſed hómines qui ſunt in mundo, vel díligunt mundum, oportet intélligi, quibus illuminandis Apóſtoli miſſi ſunt.

AD LAUDES.

Hymnus. S. V.

Aſsertor fídei ſummus & árbiter,
Inconcuſſa ſtetit quo duce véritas,
Dicet Relígio, te páriter ſuum
Dicet Grátia víndicem.

Tanti vix cápiens flúmina lúminis
Scribis plena Deo mille volúmina,
Omnes undè bibant lárgiùs, & Deum
Puris fóntibus háriant.

Dictat nempe tibi, qui Deus áſſidet,
Scriptis ipſe præeſt, ipſe regit manum,
Cœleſtes áperit non penetrábilis
Theſauros ſapiéntiæ.

Nil damnas témerè, nil léviter probas;
Anceps certa Dei lúmina cónſulis;
Cedis ſpontè, tibi víncere nam pudor,
In quo cédere glória.

Tu, quem paſcit amor, núdaque véritas,
Si te noſtra movent, nos bonus áſpice;
Flammis ure tuis frígida péctora,
Et mentes dúbias rege.

Qui lucis pater eſt, glória ſit Patri;
Qui lux ipſa Patris, glória Fílio;
Amborumque tibi, Nexus amábilis,
Compar glória, Spíritus. Amen.

℣. Ignítum elóquium

vehementer, ℟. Et
tuus dilexit illud.
8. 140.

Oratio.

ímium grátiæ Chri-
i & unitátis Cathó-
víndicem Auguſtí-
Pontíficem veneran-
a nobis, Deus, ejus
plo & méritis, mi-
rdiæ tuæ dona, quo-
ineffábilem efficá-
expertus eſt, fidé-
excípere, & Ecclé-
iæ ſemper una eſt,
er adhærére; Per
num noſtrum Je-
Chriſtum Fílium tuū,
ecum vivit & re-
n unitáte.

) *VESP. Hymnus*,
or fidei. *Fit Comm.*
collatione S. Joannis
ſtæ. Ant. Elías jam
, & non cognovéverunt
eum, ſed fecérunt
quæcumque volué-
Matt. 17. *v.* 12.

Dabis eum, Dó-
, in benedictiónem,
n ſéculum ſéculi. *Pſ.*
. 7.

tio, *infrà*, 647.

DIE XXIX.

In Feſto
DECOLLATIONIS
SANCTI JOANNIS
BAPTISTÆ.

Duplex-minus.

OFFICIUM NOCT.

it. Qui dat voci ſuæ
n virtútis, * Vení-
te, adorémus Dóminum.
Pſ. 67. *v.* 34.

Pſal. Veníte.

Hymnus. S. V.

Ecce, ſaltantis prétium
puellæ,
Fertur in diſco caput am-
putátum:
Hæc cruentátis nova pro-
feruntur
Fércula menſis.

Quæ rudes ſilvis pópu-
los docébat,
Quæ ſuâ Reges tremefé-
cit aulâ,
Illa vox, eheu! gládio
reſecta,
Muta ſilébit!

Occidit Vates, & ad-
huc timétur:
Vox ſilet Verbi, cruor
ille clamat,
Atque fraterni temeráta
damnat
Fœdera lecti.

Nube ſub denſa jubar
involútum
Vénerat cæcis aperíre ter-
ris;
Sole jam pleno, velut um-
bra, ceſſit
Lúcifer orbe.

Nostra te ſummum
célebrent Parentem
Ora, te ſummo génitum
Parente;
Par ſit ambórum tibi laus
per omne,
Spíritus, ævum.
Amen.

Pſalmi novem de Feria
ſuper novem Antiphonis
diei 24. Junii.

dimeátur! O ſi perjúri expaveſcant! lingua frænátur, véritas tenétur, jurátio tóllitur.

℟. vj. Miſſo Heródes ſpiculatóre, * Decollávit Joannem in cárcere; † Quo audíto diſcípuli ejus venérunt, & tulérunt corpus ejus. *Marc.* 6. *v.* 27. 29. ℣. Nequáquam ut mori ſolent ignávi, mórtuus eſt, ſed ſicut ſolent cádere coram fíliis iniquitátis. 2. *Reg.* 3. *v.* 33. 34. * Decollávit. ℣. Glória. † Quo audíto.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Lætábimur in ſalutári tuo; ℟. Et in nómine Dei noſtri magnificábimur. *Pſ.* 19. *v.* 6.

Ant. 8. *G.* DIe natális Heródis ſaltávit fília Herodíadis in médio & plácuit Heródi; unde cum juramento pollícitus eſt ei dare quodcumque poſtulaſſet ab eo. *Matth.* 14. 7.

Ant. 7. d. Illa præmónita à matre ſua; Da mihi, inquit, hìc in diſco caput Joannis Baptiſtæ. *Ibid.* *v.* 8.

Ant. 6. F. Contriſtátus eſt rex: propter jusjurandum, & propter ſimul diſcumbentes, nóluit eam contriſtáre. *Marc.* 6. 26.

Ant. 2. D. Præcépit Heródes afferri caput Joannis in diſco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ. *Ibid.* *v.* 27.

Ant. 3. à. Accedentes diſcípuli ejus, tulérunt corpus ejus, & ſepeliérunt. *Matth.* *v.* 14. 12.

Capitulum. Eccli. 49. 9.

MAlè tractavérunt illum qui à ventre matris conſecrátus eſt Prophéta evértere, & erúere, & pérdere, & iterùm ædificáre, & renováre.

Hymnus. S. V.

OMNIBUS manat cruor ecce venis;
Hinc ſitim longam ſátia, Tyranne,
Et cibos inter, paterasque, puro
Sánguine liba.

Ut caput vidit dápibus ſub ipſis
Triſtè fumanti fluitáre tabo;
Hæſit, impaſtis fremuitque menſis
Fúneris auctor.

NON tamen frontis grávitas ſerénæ
Ceſſit immíti violáta ferro:
Dura miteſcit plácido ſub ore
Mortis imágo.

SIc ſuo rursùm Deus hunc præíre
Núntium Chriſto jubet, inferiſque
Ferre præcónem nova liberandi
Gáudia mundi.

déxteram, ne quid ſævítiæ tuæ deſit, ut inter dígitos tuos rivi défluant ſancti cruóris. Et quóniam non exſaturári épulis fames, non reſtingui póculis pótuit inauditæ ſævítiæ ſitis; bibe ſánguinem ſcaturiéntibus adhuc venis exſecti cápitis profluentem. Cerne óculos in ipſa morte ſcéleris tui teſtes, averſantes conſpectum deliciárum. Clauduntur lúmina, non tam mortis neceſſitáte, quàm horróre luxúriæ. Os áureum illud exangue, cujus ſenténtiam ferre non póteras, conticeſcit, & adhuc timétur.

℟. *v.* Heródes cùm corriperétur à Joanne de Herodíade uxóre fratris ſui, & de ómnibus malis quæ fecit Heródes, * Adjécit & hoc ſuper ómnia, & inclúſit Joannem in cárcere. *Luc.* 3. 19. 20. ℣. Non récipit ſtultus verba prudéntiæ. *Prov.* 18. 2. * Adjécit.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Marcum.

Lectio VI. *Cap.* 6. 17.

Joannes decollatus.

IN illo témpore; Heródes miſit, ac ténuit Joannem, & vinxit eum in cárcere, propter Herodíadem uxórem Philippi fratris ſui, quia dúxerat eam. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 307. *in Decoll. S. Joan. Baptiſtæ.*

CUm ſanctum Evangélium legerétur, crudéle ſpectáculum ante óculos noſtros conſtitútum eſt: caput ſancti Joannis in diſco ferális miſſum crudelitátis propter ódium veritátis. Puella ſaltat, & ſævit mater; & inter delícias & laſcívias convivántium témerè jurátur, & ímpiè, quod jurátur, implétur. Dicébat regi: Non licet tibi habére uxórem fratris tui. Vincébat enim regem libído: tenébat apud ſe prohíbitam uxórem fratris ſui, ſed eum tamen ſic libébat, ut non ſævíret. Honorábat eum à quo verum audiébat; ſed múlier deteſtábilis ódium concipiébat quod aliquando, dato témpore, páreret. Quando parturiébat, péperit fíliam, filiam ſaltantem. Et rex ille qui ſanctum virum habébat Joannem, qui eum propter Dóminum timébat, etſi ei non obediébat, poſtéaquam ab illo petítum eſt caput Joannis in diſco, contriſtátus eſt: ſed propter juratiónem, & propter conrecumbentes, miſit ſpiculatórem, & implévit quod jurávit. O ſi Deus

& magnum decórem impones ſuper eum, * In ſalutari. ℣. Glória. *Repet.* Magna.

℣. Lætificábis eum in gaudio ℟. Cum vultu tuo. *Pſ.* 20. 6. 7.

AD II. VESPERAS.

Antiphonæ de Laudibus.

Capitulum. Iſa. 57.

JUſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo. Et viri miſericórdiæ colliguntur, quia non eſt qui intélligat : à facie enim malítiæ collectus eſt juſtus.

Hymnus, Ecce ſaltantis, *ut ſuprà*, 643.

℣. Custódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum : ℟. De manu peccatóris liberábit eos. *Pſ.* 96. 10.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Inter natos mulíerum, non ſurrexit major Joanne Baptiſtâ. *Matth.* 11. v. 11.

Oratio ut ſuprà ad Laud.

EXTRACTUM

EXTRACTUM
E RUBRICIS GENERALIBUS
Quæ reperiuntur Parte Vernâ.

IN Officio Annuali, reſumuntur tertium, ſextum, & nonum Reſponſorium: in Officio Solemni-majore, reſumentur ſextum & nonum; in Solemni-minore, ſolum Reſponſorium nonum.

In prædictis Officiis & Duplici-Majore, tria dicuntur Nocturna plena, id eſt, novem Antiphonæ, tot Pſalmi, tot quoque Lectiones; & ſic ubi fit de die Dominicâ.

In Duplici-minore, dicuntur tantùm ſex Lectiones hoc ordine: In I. Nocturno dicuntur tres Antiphonæ & tres Pſalmi tantùm; omittuntur Verſiculus & Lectiones. In II. Nocturno, præter tres Antiphonas & tres Pſalmos, dicuntur Verſic. tres Lectiones & tria Reſponſoria. In III. Nocturno tres dicuntur Antiphonæ, tres Pſalmi, Verſic. tres Lectiones; quarta & quinta de Sancto; ſexta, Homilia: & ſi ſit Lectio ſeptima, dicuntur poſt ſextum Reſponſ. & Benedictio eſt: *Ipſe Deus pacis ſanctificet nos per ómnia*; deinde ſine Reſponſ. *Te Deum*. Ad primas Veſperas Duplicis-minoris & ſuprà, poſt Capitulum dicitur Reſponſorium.

Semiduplex Officium non transfertur; & ſi occurrat Officium Duplex-minus aut ſuprà, fit de Semiduplici Commemoratio ad utraſque Veſperas & Laudes: non legitur de Sancto Semiduplici. Fiunt Suffragia communia ad utraſque Veſperas & Laudes; ſed non dicuntur Preces Feriales ad Primam & Completor. utrumque. Ad I. Veſp. non dicitur Reſp.

Ad Officium Nocturnum, tres Pſalmi primi Nocturni dicuntur ſub unâ Antiphonâ è tribus ejuſdem primi Nocturni juxta Feriam, ita: prima dicitur Feriâ ſecundâ & quintâ: ſecunda dicitur Feriâ tertiâ & ſextâ: tertia verò, Feriâ quartâ & Sabbato. Ita in ſecundo Nocturno dicitur una tantùm Antiphona; quâ dictâ, dicuntur Verſiculus, Lectiones de Scriptura occurrente, & tria Reſponſoria de Sancto. In tertio Nocturno ut in ſecundo.

Simplex incipit à Capitulo die præcedenti. In Officio novem Lectionum fit de eo Commemoratio ad primas Veſperas & Laudes, & non dicitur Lectio ad Nocturnum Officium : at in Officio Duplici-minore, Semiduplici, de Beatâ in Sabbato, & in Feriis majoribus poſt ultimum Reſponſorium dicitur Lectio de Simplici cum Benedictione, *Ipſe Deus pacis ſanctificet nos per ómnia*; & non dicitur Reſponſorium, ſed *Te Deum* ſi dicendum ſit. Dicuntur ad Veſperas & Laudes Suffragia; ad Completorium & Primam, Preces. Ad Officium Nocturnum de Communi juxta Feriam occurrens ; tres Antiphonæ dicendi Nocturni, unaquæque poſt tres Pſalmos: prima Lectio ex duabus prioribus de Scriptura; tertia de Sancto. Laudes dicuntur ſub una Antiphona, quæ eſt quarta de Communi.

Officium Dominicæ fit ritu Duplici, ita ut cedat Duplici-majori, non minori. Ad Primam & utrumque Completorium, non dicuntur Preces. Ad utraſque Veſperas & Laudes, fit tantùm Commemoratio de Beata, & ſi non ſit Patrona Eccleſiæ, additur Commemoratio Patroni. De Feſto Semiduplici aut Simplici fit Commemoratio ad Veſperas & Laudes, ſed non dicitur Lectio.

Invitatorium in Annualì ante Pſalmum *Venite*, bis dicitur, & poſt quemlibet Pſalmi verſum integrè repetitur; poſt *Gloria* verò repetitur à medio, & poſteà adhuc integrè dicitur: & ita in Solemni-majore. At verò in Solemni-minore, & in omnibus aliis Officiis, ante Pſalmum bis dicitur integrum; deinde alternatim repetitur integrum & ab aſteriſco, & in fine adhuc integrè repetitur.

COMMUNE SANCTORUM.

PARS ÆSTIVALIS.

COMMUNE APOSTOLORUM.

[*In omni Officio de Sanctis dicuntur Pſalmi de Feria, niſi aliter notetur.*]

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. D. Vos Sacerdótes Dómini vocabímini: Miniſtri Dei noſtri, dicétur vobis: Fortitúdinem géntium comedétis. *Iſai.* 61. 6.

Ant. 2. D. Vocabuntur fortes juſtítiæ, plantátio Dómini ad glorificandum. *Ibid. v.* 3.

Ant. 3. a. Ædificábunt deſerta à ſéculo, & ruinas antíquas érigent. *Ibid. v.* 4.

Ant. 4. E. Sanctificábunt Sanctum Jacob, & Deum Iſraël prædicábunt. *Ib.* 29. 23.

Ant. 5. C. Qui ſunt iſti, qui ut nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? *Ibid.* 60. 8.

Capitulum. Iſai. 61. v. 8. 9.

DAbo opus eórum in veritáte, & fœdus perpétuum fériam eis. Et ſcient in géntibus ſemen eórum, & germen eórum in médio populórum.

℟. Non ſunt loquélæ neque ſermónes, quorum non audiantur voces eórum; * In omnem terram exívit ſonus eórum, † Et in fines orbis terræ verba eórum. *Pſ.* 18. 4. 5. ℣. Illi profecti prædicavérunt ubíque, Dómino cooperante, & ſermónem confirmante. *Marc.* 16. 20. * In omnem. ℣. Glória. † Et in.

Hymnus.

ORBIS lætítiâ férveat, & ſua
Noſtris jungat ovans cántica pláuſibus:
Vos, biſſéna novi lúmina fœderis,
Feſto cármine pángimus.

Ut nubes plúviis denſa ſalúbribus,
Veri fœta cohors, tránſvolat æquora;
Chriſtum voce tonat, ſánaque Núminum
Verbi fulmine díruit.

Cultores óperis, quo páritur ſalus,
Plures cùm lácrymas, & ſtérili ſuum

Fundunt ſemen agro, ſpem ſimul áureæ
Meſſis córdibus ínſerunt.

Tentantur váriis dum cruciátibus,
Docti dura pati, célſaque dícere,
Fictas delícias, vánaque lúdicra
Mundi, quàm benè dédocent!

His Chriſti réferunt dógmata móribus,
Naſcentiſque gregis partúriunt fidem;
Quam ne degéneri péctore décidat,
Fuſo ſánguine róborant.

Sit ſupréma tibi glória, Trinitas,
Quâ cæcis óculis lux óritur nova:
Fac quæ ſancta datur lex per Apóſtolos,
Sit lux vitaque córdium.
Amen.

℣. Magnificéntiam glóriæ ſanctitátis tuæ loquentur, ℟. Et mirabília tua narrábunt. *Pſal.* 144. 5.

Ad Magníficat. *Ant.* 6. F. Pópulos vocábunt ad montem, ibi immolábunt víctimas juſtítiæ: qui inundatiónem maris quaſi lac ſugent, & theſauros abſcónditos arenárum. *Deut.* 33. 19.

Oratio propria.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Apoſtolórum Magiſtrum & Dóminum, * Veníte, adorémus. *Joan.* 13. 13. *Pſ.* Veníte.

Hymnus, Orbis lætítiâ, *ut in primis Veſperis.*

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Vocávit ad ſe quos vóluit ipſe, & venérunt ad eum. *Marc.* 3. 13.

Ant. 4. D. Dedit illis poteſtátem curandi infirmitátes, & ejiciendi dæmónia. *Ibid.* 15.

Ant. 6. F. Ignobília mundi elégit Deus, & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrúeret. 1. *Cor.* 1. 28.

℣. Cuſtodiébant teſtimónia ejus; ℟. Et præceptum quod dedit illis. *Pſ.* 98. 7.

℟. *j.* Vocávit Jeſus diſcípulos ſuos, & elégit duódecim ex ipſis, * Quos & Apóſtolos nominávit. *Luc.* 6. 13. ℣. Laudémus viros glorióſos, & parentes noſtros, in generatióne ſua. *Eccli.* 44. 1. * Quos & Apóſtolos.

℟. *ij.* Póſuit Dóminus óculum ſuum ſuper corda illórum, oſténdere illis magnália óperum ſuórum, * Ut nomen ſanctificatiónis collaudent, & magnália enarrent óperum ejus. *Eccli.* 17. 7. 8. ℣. Fecit ut eſſent duódecim cum illo.

℟ ut mítteret eos prædicáre. *Marc.* 3. 14. * Ut nomen.

℟. *iij.* Accédens Jeſus, locútus eſt úndecim diſcípulis, dicens : Euntes docéte omnes gentes; & ecce ego vobiſcum ſum ómnibus diébus, * Uſque ad conſummatiónem ſéculi. *Matt.* 28. *v.* 18. 19. 20. ℣. Fílii eórum propter illos uſque in ætérnum manent. *Eccli.* 44. 13. * Uſque ad conſummatiónem. ℣. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. * Uſque ad conſummatiónem ſéculi.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Virtúte magnâ reddébant Apóſtoli teſtimónium reſurrectiónis Jeſu Chriſti. *Act.* 4. 33.

Ant. 1. g. Grátia magna erat in ómnibus illis. *Ibid.*

Ant. 8. G. Apóſtoli eccleſiárum glória Chriſti. 2. *Cor.* 8. 23.

℣. Deus noſter, tu exaudiébas eos : ℟. Deus, tu propítius fuiſti eis. *Pſ.* 98. 8.

℟. *iv.* Per manus Apoſtolórum, * Fiébant ſigna & prodígia multa in plebe. *Act.* 5. 12. ℣. Póſuit in eis verba ſignórum ſuórum & prodigiórum. *Pſ.* 104. 27. * Fiébant ſigna.

℟. *v.* Magnificábat eos pópulus : * Magis autem augebátur credéntium in Dómino multitúdo. *Act.* 5. 13. 14. ℣. Benedíxit eis Dóminus, & multiplicáti ſunt nimis. *Pſ.* 106. 38. * Magis.

℟. *vj.* Non vos eſtis qui loquímini, ſed Spíritus Patris veſtri, * Qui lóquitur in vobis. *Matt.* 10. 20. ℣. O quàm bonus & ſuávis eſt Spíritus. *Sap.* 12. 1. * Qui lóquitur. ℣. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. * Qui.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Locútus es, Dómine, cum eis de cœlo, & dediſti eis judícia recta, & legem veritátis. 2. *Eſd.* 9. 13.

Ant. 6. F. Dediſti eis regna & pópulos, & partítus es eis ſortes. *Ibid.* 9. 20.

Ant. 5. C. Multiplicaſti fílios eórum ſicut ſtellas cœli. *Ibid.* 23.

℣. Séminant in lácrymis ; ℟. In exultatióne metent. *Pſ.* 125. 5.

℟. *vij.* Inclúſos cuſtodiébant fílios tuos, Dómine, * Per quos incipiébat incorruptum legis lumen ſéculo dari. *Sap.* 18. 4. ℣. Injecérunt in Apóſtolos manus, & poſuérunt eos in cuſtódiam.

Act. 4. 3. * Per quos incipiébat.

℟. *viij.* Ibant gaudentes à conſpectu concílii; * Quóniam digni hábiti ſunt pro nómine Jeſu contuméliam pati. *Act.* 5. 41. ℣. Hæréditas ſancta nepótes eórum, & in teſtamentis ſtetit ſemen eórum. *Eccli.* 44. 12. * Quóniam.

℟. *ix.* Teſtamentum æternum conſtítuit Dóminus cum illis, & juſtítiam, * Et judícia ſua oſtendit illis, † Et magnália honóris ejus vidit óculus illórum. *Eccli.* 17. 10. ℣. Tradidérunt Apóſtoli ánimas ſuas pro nómine Dómini noſtri Jeſu Chriſti. *Act.* 15. 26. * Et judícia. ℣. Glória Patri, & Fílio. † Et magnália.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Magnificávit Dóminus, ℟. Fácere cum eis. *Pſ.* 125. 2.

Ant. 8. c. Exulta, cœlum, & ſancti Apóſtoli; quóniam judicávit Deus judícium veſtrum. *Apoc.* 18. 20.

Ant. 4. A. Sedébitis & vos ſuper ſedes duódecim, judicantes duódecim tribus Iſraël. *Matt.* 19. 28.

Ant. 7. c. Rogáte Dóminum meſſis, ut mittat operários in meſſem ſuam. *Matth.* 9. 38.

Ant. 3. a. Vos eſtis ſal terræ; vos eſtis lux mundi. *Matt.* 5. 13. 14.

Ant. 6. F. In fundamentis Jerúſalem, nómina duódecim Apoſtolórum Agni. *Apoc.* 21. 14.

Capitul. Eph. 2. *v.* 19. 20.

FRatres, jam non eſtis hóſpites & ádvenæ; ſed eſtis cives Sanctórum & doméſtici Dei, ſuperædificáti ſuper fundamentum Apoſtolórum & Prophetárum, ipſo ſummo angulári lápide Chriſto Jeſu.

Hymnus.

GENTES, voce novâ vos Deus ádvocat;
Tandem vincla jugi rúmpite ahænei;
Feſtináte; Tonantis
Verbo péctora ſúbdite.

AUDIMUR: pópuli concípiunt fidem;
Orbi ſparſa ſalus; templa Deûm ruunt:
Quos luſit vetus error,
Ducit ſpléndida véritas.

UNI Roma ſtupet ſúbdita Númini;
Signis inſólitis Græcia ſtérnitur;
Indorumque remótis
Chriſti vox ſonat inſulis.

MUNDUS diſsímilis ſit ſibi móribus;

Pax ſincéra nitet, lis ubi férbuit;
In quo culpa ſedébat,
Regnat péctore cháritas.
Passi præco Dei crux venerábilis,
Victis conſpícitur fróntibus áddita:
Hoc inſigne triumphi,
Teſtes funeris érigunt.
℗ Nullis hóminum pérvia ſénſibus,
Sit ſupréma tibi glória, Trínitas;
Da clangat tuba Chriſti,
Fines orbis ad última.
Amen.

℣. Conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram: ℟. Mémores erunt nóminis tui, Dómine. *Pſ.* 44. *v.* 17. 18.

Ad Benedictus. *Ant.* J. Quorum remiſéritis peccáta, remittuntur eis; & quorum retinuéritis, reténta ſunt. *Joan.* 20. 23.

Oratio propria.

AD PRIMAM.

Ant. Exulta cœlum.

Capitulum, ut in Pſalterio.

CANON, ut habetur ſuo loco.

AD TERTIAM.

Ant. Sedébitis.

Capitulum. Sap. 3. 8.

JUdicábunt natiónes, & dominabuntur pópulis, & regnábit Dóminus illórum in perpétuum.

℟. *br.* Sedérunt ſedes, * In judício. *Repet.* Sedérunt. ℣. Sedes ſuper domum David. *Pſ.* 121. 5. * In judício. ℣. Glória. *Repet.* Sedérunt.

℣. Príncipes populórum congregáti ſunt, ℟. Cum Deo Abraham. *Pſ.* 46. 10.

AD SEXTAM.

Ant. Rogáte.

Capitulum. Eccli. 36. 16. 17.

REple Sion, Deus, inenarrabílibus verbis tuis, & ſúſcita prædicatiónes quas locúti ſunt in nómine tuo Prophétæ prióres.

℟. *br.* Euntes * Ibant & flebant. *Repet.* Euntes. ℣. Mittentes ſémina ſua. * Ibant. ℣. Glória. *Rep.* Euntes.

℣. Venientes autem vénient cum exultatióne, ℟. Portantes manípulos ſuos. *Pſ.* 125. 6.

AD NONAM.

Ant. In fundamentis Jerúſalem.

Capitulum. Apoc. 21. 21.

DUódecim portæ, duódecim margarítæ ſunt per ſíngulas: & ſíngulæ portæ erant ex ſíngulis margarítis.

℟. *br.* Mihi autem nimis * Honorificáti ſunt amíci tui, Deus. *Rep.* Mihi. ℣. Nimis confortátus.

eſt principátus eórum. * Honorificáti ſunt. ℣. Glória. *Rep.* Mihi. *Pſ.* 138. 17.
℣. Dii fortes terræ, ℟. Vehementer eleváti ſunt. *Pſ.* 46. 10.

AD II. VESPERAS.

Antiphona de Laudibus.

Capitulum. Eccli. 44. 7. 8.

GLóriam adepti ſunt, & in diébus ſuis habentur in láudibus. Qui de illis nati ſunt, reliquérunt nomen narrandi laudes eórum.

Hymnus.

CRESCAT ut verbum, fidei ſatóres
Cónſecrant curæ ſócios perennis;
Qui novas terras, nova ſint paráti
Bella ſubíre.

HINC apud gentes ſacra lux remótas
Fulget, & ſermo ſéritur ſalútis;
Nos adhuc fruges ſumus hoc feráci
Sémine cretæ.

MULTIPLEX meſſis referenda cœlo;
Sed ſuos pauci géminant labóres:
Tu tuæ Clerum, Deus, adjuvando,
Cónſule meſſi!

CHRISTE, virtútem rénova ſupernam,
Quâ cohors mundum duodéna vicit,
Quâ pares curas, eadémque vitæ
Dona ferámus!

SEDE biſſénâ próceres verendi,
Déſuper veſtræ ſóboli favéte,
Ut fide purâ recolátur unus
Chriſtus in orbe!

SUMMA laus Patri, Genitóque ſumma,
Laus tibi compar, utriuſque Nexus;
Ad tuam laudem, Déitas ſupréma,
Prótege Clerum! Amen.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei, ℟. Et facta ejus intellexérunt. *Pſ.* 63. 10.

Ad Magníficat. *Ant.* 8. G. Quæcumque alligavéritis ſuper terram, erunt ligáta & in cœlo; & quæcumque ſolvéritis ſuper terram, erunt ſolúta & in cœlo. *Matt.* 18. 18.

Oratio, ut in Proprio.

COMMUNE UNIUS MARTYRIS.

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. a. JUſtus quaſi leo confídens, abſque terróre erit. *Prov.* 28. 1.

Ant. 7. c. Timórem, & metum, & probatiónem indúcet ſuper illum Dóminus, donec credat áni-

mæ illíus. *Eccli.* 4. 19.

Ant. 5. C. In tentatióne Deus illum conſervábit; non illidétur quaſi in procella navis. *Eccli.* 33. *v.* 1. 2.

Ant. 6. F. Firmábit illum, & lætificábit, & theſaurizábit ſuper illum intellectum juſtítiæ. *Eccli.* 4. *v.* 20. 21.

Ant. 4. a. Uſque in tempus ſuſtinébit pátiens, & póſteà reddítio jucunditátis. *Eccli.* 1. 29.

Capitulum. Iſ. 12. 2.

ECce Deus Salvátor meus: fiduciáliter agam, & non timébo; quia fortitúdo mea & laus mea Dóminus.

In Duplicibus - Minoribus & ſuprà, dicitur:

℞. Benedictus vir, qui confidit in Dómino; * Erit Dóminus fidúcia ejus; † Non timébit, cùm vénerit æſtus. *Jer.* 17. 7. 8. ℣. Qui ſuſtinúerit in finem, hic ſalvus erit. *Marc.* 13. 13. * Erit. ℣. Glória. † Non timébit.

Hymnus. S. V.

FElix morte tuâ, qui cruciátibus
Cœlo difficilem rúmpere amas viam;
Et ſignáre cruóre,
Quam Chriſto déderas fidem.

POENIS victa quibus deficeret fides,
Tu pœnas ávidâ mente præóccupas;
Cui non ſúfficit una,
Ambis innúmeras neces.

TE pro lege ſua magnánimum mori,
Te Chriſtus púgilem ſpectat ab æthere:
Ne ſuccúmbere poſſis,
Tecum prælia ſuſtinet.

ET nos delícias, vanæ per ótia,
Gens infida Deo, quærimus ánxii:
Quid torpémus? inertes
Sanguis Mártyris éxcitat.

PATRI máxima laus, máxima Filio;
Sit par, Sancte, tibi glória, Spíritus,
Quo donante, corónâ
Invictus pugil óbtinet.
Amen.

℣. Juſtus, cùm cecíderit, non collidétur; ℞. Quia Dóminus ſuppónit manum ſuam. *Pſ.* 36. 24.

Ad Magníficat. *Ant.* 3. E. Pro certo habet omnis qui te colit, Dómine, quòd vita ejus, ſi in probatióne fúerit, coronábitur. *Tob.* 3. 21.

Oratio propria, vel ut infrà ad Laudes.

Si facienda ſit Comm. alterius Mart. fit per Ant. & ℣. è Laudibus, & ſic in omni alio Communi.

OFFICIUM NOCT.
vit. Christum qui vincenti manna abſconditum, * Veníte, adoremus. *Apoc.* 2. 17.

Pſal. Veníte.

Hymnus. S. V.

Ex quo, ſalus mortálium,
Fluxit ſacer Dei cruor;
Homo redemptus æmulum
Deo litávit ſánguinem.

Non jam crucis Chriſti pudet:
Quin ſurgit ingens glória,
Deum fatéri mórtuum,
Pro mórtuo mori Deo.

Hoc iſte plenus Spíritu,
Ridet minas, ridet neces;
Tuâque fretus dexterâ,
Tibi, Redemptor, mílitat.

Parata ſpectans præmia,
Secúrus ad pœnas volat;
Sic pugnat, ut ſperet mori,
Et morte mortem víncere.

Unus tot armátas manus
Stupente laſſat júdice;
Et tortus ipſe qui cadit,
Torquéntibus fit fórtior.

Da, Chriſte, tanti mílitis
Æquáre facta fórtia:
Da ſuſtinére pro tuo
Quodcumque durum, nómine.

Ætérne tu Verbi Pater,
Ætérne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. g. Dóminus tecum, virórum fortíſſime. *Judic.* 6. 12.

Ant. 2. D. Deus tuus quem colis ſemper, ipſe liberábit te. *Dan.* 6. 16.

Ant. 3. c. Ejíciet à fácie tua inimícum, dicetque: Contérere. *Deut.* 33. 27.

℣. Scápulis ſuis obumbrábit tibi, ℟. Et ſub pennis ejus ſperábis. *Pſ.* 90. 4.

℟. *j.* Patienter ſuſtinens, * Deſtinávit non admittere illícita propter vitæ amórem. 2. *Machab.* 6. 20. ℣. Confeſſus bonam confeſſiónem coram multis téſtibus. 1. *Timoth.* 6. 12. * Deſtinávit.

℟. *ij.* Certámen forte dedit illi Dóminus, * Ut vinceret, & ſciret quóniam ómnium poténtior eſt ſapiéntia. *Sap.* 10. 12. ℣. Confortátus eſt fide dans glóriam Deo. *Ro* 4. 20. * Ut vinceret.

℟. *iij.* Deus à pecca ribus liberávit eum Deſcenditque cum ill fóveam, & in vincu Non derelíquit i *Sap.* 10. 13. 14. ℣ pectábat fundamen bentem civitátem ártifex & cónditor *Heb.* 11. 10. * ditque. ℣. Glória

IN II. NOCT

Ant. 4. E. I

circumveniéntium illum áffuit illi. *Sap.* 10. *v.* 11.

Ant. 5. a. Attulit illi poténtiam adverſùs eos qui eum deprimébant. *Ib. v.* 14.

Ant. 6. F. Intrávit in ánimam ſervi ſui, & ſtetit contra Reges horrendos in portentis & ſignis. *Ibid. v.* 16.

℣. Exáudiet illum Deus, ℟. De cœlo ſancto ſuo. *Pſ.* 19. 7.

℟. *iv.* Propter opus Chriſti uſque ad mortem acceſſit, * Tradens ánimam ſuam. *Philip.* 2. 30. ℣. Glorioſíſſimam mortem complectens, voluntárie præíbat ad ſupplícium. 2. *Machab.* 6. 19. * Tradens.

℟. *v.* Magis élígens afflígi, quàm temporális peccáti habére jucunditátem, * Invisíbilem tamquam videns, ſuſtínuit. *Hebr.* 11. *v.* 25. 27. ℣. Tormenta ſuſcépit, & in último ſpíritu conſtitutus. 2. *Mach.* 7. *v.* 8. 9. * Invisíbilem.

℟. *vj.* Beátus vir qui ſuffert tentatiónem: quóniam cùm probátus fúerit, * Accípiet corónam vitæ. *Jac.* 1. 12. ℣. Hic ítaque mundus óbiit, per ómnia in Dómino confidens. 2. *Machab.* 7. 40. * Accípiet. ℣. Glória. * Accípiet.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Divítias æſtimans impropérium Chriſti, aſpiciébat in remunerationem. *Hebr.* 11. 26.

Ant. 8. c. Timet Dóminum, nil trepidábit; & non pavébit, quóniam ipſe eſt ſpes ejus. *Eccli.* 34. 16.

Ant. 1. D. In quocumque loco fúeris, Dómine, ſive in morte, ſive in vitâ, ibi erit ſervus tuus. 2. *Reg.* 15. 20.

℣. Dicet Dómino: Suſceptor meus es tu, ℟. Et refúgium meum. *Pſ.* 90.

℟. *vij.* Nequaquam ut mori ſolent ignávi, mórtuus eſt: * Sicut ſolent cádere coram fíliis iniquitátis, ſic corruiſti. 2. *Reg.* 3. 33. 34. ℣. Dóminus Jeſus Chriſtus cum ſpíritu tuo. 2. *Tim.* 4. 22. * Sicut.

℟. *viij.* Mendáces oſtendit Dóminus, qui maculavérunt illum, * Et dedit illi claritátem ætemam. *Sap.* 10. 14. ℣. Oppreſſum à nefandórum injúriâ erípuit illum Deus. 2. *Petr.* 2. 7. * Et dedit.

℟. *ix.* Hanc tentatiónem ídeò permíſit Dóminus evenire illi, * Ut póſteris darétur † Exemplum patiéntiæ ejus. *Tob.* 2. 12. ℣. In labóribus plúrimis, in carcéribus

dántiùs, in plagis ſu-
modum, in mórti-
frequenter. 2. Cor.
23. * Ut póſteris.
Glória. † Exemplum.
Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sac.* Lux orta eſt juſto,
℟. Et rectis corde lætitia.

Ant. 3. a. Honeſtávit illum in labóribus, & complévit labóres illíus. *Sap.* 10. 10.

Ant. 8. G. Erat Deus cum eo, & erípuit eum ex ómnibus tribulatiónibus ejus. *Act.* 7. 9. 10.

Ant. 7. d. Abſque terróre requieſcet, & abundántiâ perfruétur, timóre malórum ſubláto. *Prov.* 1. 33.

Ant. 1. a. Data eſt ei coróna, & exívit vincens ut víncere. *Apoc.* 6. 2.

Ant. 4. a. Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit ut tentátio probáret te. *Tob.* 12. 13.

Capitulum. 2. Timoth. 4. v. 7. 8.

Bonum certámen certávi, curſum conſummávi, fidem ſervávi; in réliquo repóſita eſt mihi coróna juſtítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die juſtus Judex.

Hymnus. S. V.

Jam non te lácerant carníficum manus,
Inter qui récubas cœlítum choros;
Nunc pro cárcere cœco,
Fulgentes hábitas domos.

Non jam vincla manus, non cóhibent pedes;
Tu liber ſuperûm regna perámbulas:
Quot plagis laniátus,
Cœlo tot rádiis nites:

Nec te dira fames, nec ſitis ámpliùs,
Nec probróſa premit te modò núditas:
Nunc te lúmine puro
Paſcit Chriſtus & índuit.

Sic tu Martyribus dexter ades, Deus,
Ut quos mors périmit, glória víndicet;
Confundiſque tyrannum,
Dum quos déprimit, élevas.

Patri máxima laus, máxima Fílio;
Sit par, Sancte, tibi glória Spíritus,
Quo donante, corónam
Invíctus pugil ó
net. Amen.

℣. Juſtus ut palma
rébit; ℟. Sicut c
Libani multiplicá
Pſ. 91. 13.

Ad Benedictus. *A*
Vitâ deceſſit, u
genti memóriam
ſuæ ad exemplu
tis & fortitúdinis
quens. 2. *Mac*

Oratio.

ADeſto, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris; ut qui beáti Mártyris tui N. natalítiis gloriámur, nec minis injuſtè perſequéntium, nec ullis perturbémur adverſis; Per.

Alia Oratio.

DA nobis, quæſumus, Dómine, intercedente beáto N. Mártyre tuo, in tua fide & ſinceritáte conſtántiam; ut in charitáte divína firmáti, nullis tentatiónibus ab ejus integritáte divellámur; Per.

Si ſit Pontifex.

Oratio.

FAc nos, Dómine Deus, imitári ſacerdotálem conſtántiam beáti N. Mártyris tui atque Pontíficis; ut fidem ſervantes quam dócuit, ejuſdem corónæ conſortes efficiámur; Per.

Alia Oratio.

OMnípotens ſempiterne Deus, qui beáto N. dignam Mártyre atque Pontífice fidem & fortitúdinem tribuiſti: fac nos, ejus méritis, vitæ frágilis amórem abjícere, & ad te, qui ſolus vera vita es, perveníre; Per.

Si facienda ſit commemoratio alterius Martyris, fit per Antiph. & ℣. ex ij. Veſperis; & ſic in omni alio Communi.

AD PRIMAM.

Ant. Honeſtávit.

AD TERTIAM.

Ant. Erat Deus.

Capitulum. Jer. 20. 13.

CAntáte Dómino, laudáte Dóminum, quia liberávit ánimam páuperis de manu malórum.

℟. *br.* Super ſalutáre tuum, Dómine, * Exultábit vehementer. *Repet.* Super. ℣. Deſidérium cordis ejus tribuiſti ei. * Exultábit. ℣. Glória. *Rep.* Super. *Pſ.* 20. 2.

℣. Poſuiſti, Dómine, in cápite ejus corónam, ℟. De lápide pretióſo. *Pſ.* 20. 4.

AD SEXTAM.

Ant. Abſque terróre.

Capitulum. Apoc. 3. 12.

QUi vícerit, fáciam illum columnam in templo Dei mei, & foràs non egrediétur ámpliùs; & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei.

℟. *br.* Magna eſt glória ejus, * In ſalutári tuo. *Repet.* Magna eſt. ℣. Glóriam & magnum decórem impónes ſuper eum. *Pſal.* 20. 6. * In ſalutári. ℣. Glória. *Repet.* Magna eſt.

℣. Dabis eum in benedictiónem, ℟. In ſéculum ſéculi. *Ibid. v.* 7.

AD NONAM.

Ant. Quia acceptus.

Capitul. Job. 23. 10. 11.

PRobávit me Deus quaſi aurum, quod per ignem tranſit: veſtígia ejus ſecútus eſt pes meus; viam ejus cuſtodívi, & non declinávi ex ea.

℟. *br.* Lætábimur * In ſalutári tuo. ℣. Et in nómine Dei noſtri magnificábimur. *Pſal.* 19. 5. * In ſalutári tuo. ℣. Glória Patri. *Repet.* Lætábimur.

℣. Hábitat in adjutório Altíſſimi, ℟. Et in protectióne Dei. *Pſ.* 90. 1.

AD II. VESPERAS.

Ant. Honeſtávit, *cum cæteris de Laudibus.*

Capitulum. Tob. 3. 22. 23.

POſt tempeſtátem tranquillum facis, Dómine, & poſt lacrymatiónem & fletum exultatiónem infúndis; ſit nomen tuum, Deus Iſrael, benedictum in ſécula.

Hymnus, Felix morte, *ut in primis Veſperis.*

℣. Tríbuat tibi Dóminus ſecundùm cor tuum, ℟. Et omne consílium tuum confírmet. *Pſ.* 19. 5.

Ad Magníficat. *Ant.* 2. D. Factus es, Dómine, fortitúdo egéno in tribulatióne ſua, ſpes à túrbine, umbráculum ab æſtu. *Iſ.* 25. 4.

Oratio ut ſuprà ad Laudes, niſi ſit propria.

COMMUNE PLURIUM MARTYRUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. 8. G. JUſtítia rectórum liberábit eos; & in insídiis ſuis capiéntur iníqui. *Prov.* 11. 6.

Ant. 1. D. Oculi Dómini præbent fortitúdinem his qui corde perfecto credunt in eum. 2. *Paral.* 16. 9.

Ant. 7. d. Eligentur & dealbabuntur, & quaſi ignis probabuntur multi. *Daniel.* 12. 10.

Ant. 4. D. Vaſa fíguli probat fornax, & hómines juſtos tentátio tribulatiónis. *Eccli.* 27. 6.

Ant. 2. D. In paucis vexáti, in multis benè diſponentur. *Sap.* 3. 5.

Capitulum. Iſa. 51. *v.* 7. 8.

NOlíte timére oppróbrium hóminum, & blaſphémias eórum ne metuátis: ſicut enim veſtimentum, ſic cómedet eos vermis; ſalus autem mea in ſempitérnum erit.

In Duplicibus & ſuprà:

℟. Ruent in gládio, &

in flamma, & in captivitáte: * Ut conflentur & dealbentur uſque ad tempus præfinítum. *Dan.* 11. *v.* 33. 35. ℣. Datum eſt béſtiæ bellum fácere cum ſanctis. *Apoc.* 13. 7.* Ut conflentur. ℣. Glória Patri. * Ut conflentur & dealbentur.

Hymnus.

QUANTO, morte ſacrâ
quos tibi dévoves,
Firmas, Chriſte, tuos róbore mílites!
Ad tormenta vehit non pávidos mori,
Quam das ígnea chá-ritas.

TORTORIS rábies ſæviat ímpotens;
Addat carcéribus férrea víncula;
Conſtanti púgiles péctore, prælia,
Trunci córpore ſúſtinent.

ALTO de ſólio nunc, Deus, áſpice
Non indigna tuo númine múnera;
Quot proſtrata jacent córpora Mártyrum,
Aſtant tot tibi víctimæ.

AD te, letífero vúlnere ſaucii,
Vectantur róſeo flúmine ſanguinis:
Emenſi, duce te, Chriſte, perícula,
Tangunt líttora pátriæ.

SED quid barbáries ímpia próficit?
Non hæc Chriſtíadas vúlnera déprimunt:
Gens exorta ſacro fúnere Núminis,
Creſcit ſánguine Mártyrum.

PATRI máxima ſit, máxima Fílio,
Sit par Spirítui; laus tibi, Trínitas,
Quæ te Martyribus pródiga præmium
Das, & vívere per neces. Amen.

℣. Cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum; ℟. De manu peccatóris liberábit eos. *Pſ.* 96. 10.

Ad Magníficat. *Ant.* 5. C. Exultábitis lætítiâ inenarrábili & glorificátâ, reportantes finem fidei veſtræ ſalútem animárum. 1. *Petr.* 1. 8. 9.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Deum patiéntiæ & ſolátii, * Veníte, adorémus. *Rom.* 15. 5.

Pſalm. Veníte.

Hymnus. S. V.

FORTES cadendo Mártyres,
Quos empta fuſo ſánguine
Cœleſtis ornat púrpura,
Junctis canámus vócibus.

IMPLERE vos omnes decet,
Paſſo Deo quod défuit;

Per tot neces, læſo Patri
Fit plena Chriſtus hóſtia.

QUEM lictor insánus ſitit,
Quem cæcus effundit furor,
Amor ſacerdos pródigum
Chriſto cruórem cónſecrat.

SIC, Chriſte, robur Mártyrum,
Certáre das & víncere;
Tuoſque múnerans, tua
Æquus corónas præmia.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Per viam quam præcépit Dóminus Deus veſter, ambulábitis. *Deut.* 5. 33.

Ant. 2. D. Tentat vos Dóminus, ut palàm fiat utrùm diligátis eum, an non, in toto corde. *Deut.* 13. 3.

Ant. 3. c. Vos hódie contra inimícos veſtros pugnam commíttitis. *Deut.* 20. 3.

℣. Lætámini in Dómino, & exultáte, juſti; ℟. Et gloriámini, omnes recti corde. *Pſal.* 31. 11.

℟. *j.* Vobis donátum eſt pro Chriſto, * Non ſolùm ut in eum credátis, ſed ut étiam pro illo patiámini. *Philip.* 1. 29. ℣. In virtúte Dei cuſtodímini per fidem. 1. *Pet.* 1. 5. * Non ſolùm.

℟. *ij.* Dóminus Deus veſter in médio veſtrî eſt, * Et pro vobis contra adverſários dimicábit, ut éruat vos de perículo. *Deut.* 20. 4. ℣. Quóniam eſtis filii, miſit Deus Spíritum Fílii ſui in corda veſtra. *Galat.* 4. 6. * Et pro.

℟. *iij.* Mundi Creátor qui formávit hóminis nativitátem, * Et ſpíritum vobis íterum cum miſericórdiâ reddet & vitam, ſicut nunc voſmetipſos deſpícitis † Propter leges ejus. 2. *Mac.* 17. 23. ℣. Qui ſuſcitávit Jeſum Chriſtum à mórtuis, vivificábit & mortália córpora veſtra. *Rom.* 8. 11. * Et ſpíritum. ℣. Glória. † Propter.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. a. Fidélis Deus eſt, qui confirmábit vos, & cuſtódiet à malo. 2. *Theſſ.* 3. 3.

Ant. 1. a. Non injuſtus Deus, ut oblivifcátur óperis veſtri, & dilectióni quam oſtendiſtis in nómine ipsíus. *Hebr.* 10.

Ant. 4. A. Sicut ſócii paſſiónum eſtis, ſic éritis & conſolatiónis. 2. *Cor.* 1. 7.

℣. Salvábit eos

minus; ℟. Quia ſperavérunt in eo. *Pſ.* 36. 40.

℟. *iv.* Tamquam aurum in fornáce, probávit illos Dóminus, * Et quaſi holocauſti hóſtiam accépit illos. *Sap.* 3. 6. ℣. Diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptiónem, ut melióren inveníıent reſurrectiónem. *Hebr.* 11. 35. * Et quaſi.

℟. *v.* Benedictus Deus, qui éruit ſervos ſuos qui crediderunt in eum, * Et tradidérunt córpora ſua, ne ſervírent, & ne adorárent omnem Deum excepto Deo ſuo. *Dan.* 3. 95. ℣. Per fidem vicérunt regna, operáti ſunt juſtítiam. *Hebr.* 11. 33. * Et tradidérunt.

℟. *vj.* Decantavérunt, Dómine, nomen ſanctum tuum, * Et victrícem manum tuam † Laudavérunt páriter. *Sap.* 10. 20. ℣. In multo experimento tribulatiónis, abundántia gáudii ipſórum fuit. 2. *Cor.* 8. 2. * Et victrícem. ℣ Glória Patri. † Laudavérunt.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Rex mundi defunctos pro ſuis légibus in ætérnæ vitæ reſurrectióne ſuſcitábit. 2. *Machab.* 7. 9.

Ant. 6. F. Agnus reget illos, & dedúcet eos ad vitæ fontes aquárum. *Ap.* 7. 17.

Ant. 1. f. Si coram homínibus torménta paſſi ſunt, ſpes illórum immortalitáte plena eſt. *Sap.* 3. 4.

℣. Salus juſtórum à Dómino; ℟. Et protector eórum in témpore tribulatiónis. *Pſal.* 36. 39.

℟. *vij.* Ludíbria & vérbera experti ſunt, ínſuper & víncula & cárceres: lapidáti ſunt, ſecti ſunt, tentáti ſunt, in occiſióne gládii mórtui ſunt: * Circuiérunt egentes, anguſtiáti, afflicti, quibus dignus non erat mundus. *Hebr.* 11. *v.* 36. 37. ℣. Deus tentávit eos, & invénit illos dignos ſe. *Sap.* 3. 5. * Circuiérunt.

℟. *viij.* Abſterget Deus omnem lácrymam ab óculis eórum: & mors ultrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultrà, * Quia prima abiérunt. *Apoc.* 21. 4. ℣. Accípient regnum décoris, & diadéma ſpeciéi de manu Dómini. *Sap.* 5. 17. * Quia prima.

℟. *ix.* Ipſi vicérunt propter ſánguinem Agni, * Et non dilexérunt ánimas ſuas uſque ad mortem: † Proptérea lætámini, cœli, & qui habitátis in eis. *Apoc.* 12. *v.* 11. 12.

℣. Módico dolóre ſuſtentáto, ſub teſtamento ætérnæ vitæ effécti ſunt. 2. *Machab.* 7. 36. * Et non. ℣. Glória. * Proptérea.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Vox exultatiónis & ſalútis, ℟. In tabernáculis juſtórum. *Pſ.* 117. 15.

Ant. 6. F. Ecce beatificámus eos qui ſuſtinuérunt, quóniam miſéricors Dóminus eſt. *Jac.* 5. 11.

Ant. 7. *d.* Magnum certámen ſuſtinuiſtis paſſiónum, oppróbriis & tribulatiónibus ſpectáculum facti. *Hebr.* 10. 32. 33.

Ant. 2. D. Rapínam bonórum veſtrórum cum gáudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habére meliórem & manentem ſubſtántiam. *Hebr.* 10. 34.

Ant. 4. f. Qui ſponte obtuliſtis ánimas veſtras ad perículum, benedícite Dómino. *Judic.* 5. 2.

Ant. 5. a. Tamquam fíliis vobis offert ſe Deus: quis enim fílius, quem non córripit pater? *Hebr.* 12. 7.

Capitulum. Sap. 3. *v.* 1. 2. 3.

JUſtórum ánimæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos torméntum mortis: viſi ſunt óculis inſipiéntium mori, illi autem ſunt in pace.

Hymnus. S. V.

QUAM, Chriſte, ſignaſti viam
Primus, profúſo ſánguine,
Per hanc tui te fórtiter
Ducem ſequuntur mílites.

OMNES in oſtro ſpléndidi,
Tuum tribúnal ámbiunt:
Accepta monſtrant vúlnera,
Et per tot ora ſupplicant.

AUDIRE ſi nos réſpuis,
Quos críminum moles gravat;
Audi tuos, qui ſánguinem
Fudére pro te, Mártyres.

FAC, ſi tyrannus déficit,
Ne blandiendo mólliùs
Frangat volúptas péctora,
Ipſis tyrannis ſævior.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritu
Tibi, Deus, ſit glória
Amen.

℣. In te, Dómi[…] ſperavérunt, ℟. Et li[…] raſti eos. *Pſ.* 21. 5.

Ad Benedict. *Ant.* Lætítia ſempitérna per caput eórum; […]dium & lætítiam ob[…]bunt, & fúgiet dol[…] gémitus. *Iſa.* 35. 1[…]

Oratio.

:audi nos, Dómi-
:, Mártyrum tuó-
N. & N. victórias
antes; ut córdibus
orum paſſióne ſuc-
, in lege tua fidé-
mbulémus; Per.

Alia Oratio.

Artyris tui N. &
ſociórum ſolém-
cenſentes, ſuppli-
, Dómine, deprecá-
t in tua charitáte ra-
& fundáti, paſſió-
ujus témporis, gló-
celeſtis amóre, áni-
olenti ſuſtineámus;
Dóminum.

i ſint Pontifices.

Oratio.

atórum Mártyrum
órum & Pontíficum
N. nos, quæſumus,
ne, feſta tueantur,
um commendet orá-
neranda; Per.

Alia Oratio.

:us, cujus grátiâ ſan-
:ti Mártyres & Pon-
N. & N. mundi nec
ítiis, nec terróribus
:i ſunt: da nobis, ut
ım diligentes, próſ-
nundi ſimul & ad-
deſpiciámus; Per.

D PRIMAM.

t. Ecce.

TERTIAM.

t. Magnum.

ulum. Apoc. 22. 3. 4.

[débunt fáciem A-
gni, & nomen ejus in fróntibus eórum; & nox ultrà non erit, & non egébunt lúmine lucernæ, neque lúmine ſólis, quóniam Dóminus Deus illuminábit illos.

℟. *br.* Exultent juſti * In conſpectu Dei. *Repet.* Exultent. ℣. Et delectentur in lætítia. *Pſal.* 67. 4. * In conſpectu Dei. ℣. Glória. *Repet.* Exultent.

℣. Próteges eos, Dómine, ℟. In tabernáculo tuo. *Pſal.* 30. 21.

AD SEXTAM.

Ant. Rapínam.

Capitulum. Sap. 10. v. 17. 18.

Reddidit juſtis Deus mercédem labórum ſuórum, & deduxit illos in via mirábili; tránſtulit illos per mare rubrum, & tranſvexit illos per aquam nímiam.

℟. *br.* Clamavérunt juſti, * Et Dóminus exaudívit eos. *Repet.* Clamavérunt. ℣. Et de ómnibus tribulatiónibus liberávit eos. *Pſal.* 33. 18. * Et Dóminus. ℣. Glória. *Repet.* Clamavérunt.

℣. Speravérunt in Dómino, ℟. Et protector eórum eſt. *Pſ.* 113. 11.

AD NONAM.

Ant. Tamquam.

Capitulum. Dan. 3. 88.

Laudáte & ſuperexaltáte Dóminum in ſé-

cula, quia éruit nos de inferno, & ſalvos fecit de manu mortis.

℟. *br.* Abſcondes eos, Dómine, * In abſcóndito faciéi tuæ. *Repet.* Abſcondes. ℣. A conturbatióne hóminum. *Pſ.* 30. 21. * In abſcóndito. ℣. Glória. *Repet.* Abſcondes.

℣. Confitebuntur nómini tuo, ℟. Et habitábunt recti cum vultu tuo. *Pſ.* 139. 14.

AD II. VESPERAS.

Ant. Ecce beatificámus, *cum cæteris de Laudibus.*

Capitulum. Sap. 5. 1.

Stabunt juſti in magna conſtántia adverſùs eos qui ſe anguſtiavérunt, & qui abſtulérunt labóres eórum.

Hymnus, Quanto morte ſacrâ, *ut in I. Veſperis.*

℣. Oculi Dómini ſuper juſtos, ℟. Et aures ejus in preces eórum. *Pſ.* 33. 16.

Ad Magníficat. *Ant.* I. Hi ſunt qui venérunt de tribulatióne magna, & lavérunt ſtolas ſuas in ſánguine Agni. *Apoc.* 7. 14.

Oratio ut ſuprà, niſi ſit propria.

COMMUNE UNIUS PONTIFICIS.

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. D. Quæſívit Dóminus ſibi virum juxta cor ſuum. 1. *Reg.* 13. 14.

Ant. 7. *d.* Præcépit ei ut eſſet dux ſuper pópulum ſuum. *Ibid.*

Ant. 8. G. Quemcumque elégerit Dóminus, ipſe erit ſanctus. *Num.* 16. 7.

Ant. 5. a. Geſtábit judícium filiórum Iſraël in péctore ſuo in conſpectu Dómini ſemper. *Exod.* 28. 30.

Ant. 3. a. Rogante pro eis Sacerdóte, propítius erit eis Dóminus. *Levit.* 4. 20.

Capitulum. 1. Reg. 2. 35.

Suſcitábo mihi Sacerdótem fidélem, qui juxta cor meum & ánimam meam fáciet: & ædificábo ei domum fidélem, & ambulábit coram Chriſto meo cunctis diébus.

In Feſtis Duplicibus & ſuprà:

℟. Factum eſt illi teſtamentum ætérnum * Fungi ſacerdótio & glorificáre pópulum † In nómine ejus. 45. 19. ℣. Nec quiſ ſumit ſibi honórem qui vocátur à Deo quam Aaron. *Hebr.*

℟. Fungi ſacerdótio, & glorificáre. ℣. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. † In nómine ejus.

Hymnus. G. Ep. S.

CHRISTE, Paſtórũ caput atque princeps,
Præſulis feſtam venerata lucem,
Débitis ſupplex tua templa votis
Turba frequentat.

ILLE non vano ténuit tremendam
Spíritu ſedem, próprio nec auſu:
Sed ſacrum juſſus, Dómino vocante,
Sumpſit honórem.

STRENUUM bello púgilem ſuperni
Chríſmatis pleno tuus unxit intùs
Spíritus cornu, poſuitque ſanctam
Páſcere gentem.

FIT gregis paſtor, pater atque forma:
Omnium curas levat & labóres:
Lætus impendit ſua, ſéque: cunctis
Súfficit unus.

PRO reis orat, réficit gementes,
Erigit lapſos, tenebraſque pellit;
Fit potens verbo, docet alta, pravum
Cónterit hoſtem.

FAC ut illíus précibus juvémur,
Chriſte; fac Patrem, pariterque tecum
Spíritum jugi celebrémus hymno
Omne per ævum.
Amen.

℣. Beátus quem elegiſti & aſſumpſiſti: ℟. Inhabitábit in átriis tuis. *Pſ.* 64. 5.

Ad Magníſic. *Ant.* 4. f. Elégit ipſum Dóminus ab omni vivente, offerre ſacrificium Deo, incenſum & bonum odórem pro pópulo ſuo. *Eccli.* 45. 20.

Oratio propria, aut infrà ad Laudes.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Chriſtum Paſtórum príncipem, * Veníte, adorémus. 1. *Petr.* 5. 4.

Pſal. Veníte.

Hymnus. S. V.

CHRISTE, decréto Patris inſtitútus
Póntifex ſummo, tibi qui fidéles,
Quos legis, formas pópulis regendis
Ipſe miniſtros.

HUNC juvat feſto celebráre cantu,
Qui licet magnis méritis abundans,
Flens & invítus, duce te, tremendum
Sumpſit honórem.

NOVERAT quantis páteat perículis
Ille, qui ſummos ápices adeptus,

Omnium curas, ſibi raptus uni,
Súſtinet omnes.
FECERAT ſervens amor inquiétum;
Quò gregis chari pia cura poſcit,
Advolat promptus; mora non euntem
Ulla retardat.
DUX iter, vitâ præeunte, monſtrat;
Cómprobat factis ſua dicta magnis;
Et domum ſanctam benè olente Chriſti
Implet odóre.
LUX erat cæco, cólumen labanti,
Una ſpes lapſo, míſero levámen,
Próvidus cunctis pater, omnibuſque
Omnia factus.
CHRISTE, Paſtórum bonus ipſe Paſtor,
Qui greges paſcis próprio cruóre,
Fac ut æternæ ſúbeant opíma
Páſcua vitæ. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Cùm párvulus eſſes in óculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es. 1. *Reg.* 15. 17.

Ant. 3. à. Tu introdúces pópulum iſtum in terram quam datúrum ſe jurávit Dóminus. *Deut.* 31. 7.

Ant. 4. E. Dóminus ipſe erit tecum; non dimittet, nec derelinquet te. *Deut.* 31. 8.

℣. Ingréditur ſine máculâ, ℟. Et operátur juſtítiam. *Pſ.* 14. 2.

℟. *j.* Lex veritátis fuit in ore ejus; iníquitas non eſt inventa in lábiis ejus; * Et multos avertit ab iniquitáte. *Malach.* 2. 6. ℣. Suſcipiébat omnes, prædicans regnum Dei. *Act.* 28. *v.* 30. 31. * Et multos.

℟. *ij.* Quæsívit bona genti ſuæ; * Et plácuit illis poteſtas ejus, & glória ejus ómnibus diebus. 1. *Mach.* 14. 4. ℣. Hic erat edoctus viam Dómini, & fervens ſpíritu loquebátur. *Act.* 18. 25. * Et plácuit.

℟. *iij.* In lege Dómini congregatiónem judicávit, * Et in fide ſua † Probátus eſt Prophéta. *Eccli.* 46. 17. ℣. Quæritur inter diſpenſatóres, ut fidélis quis inveniátur. 1. *Cor.* 4. 2. * Et in fide. ℣. Glória. † Probátus eſt.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Bonus paſtor ánimam ſuam dat pro óvibus ſuis. *Joan.* 10. 11.

Ant. 7. d. Próprias oves vocat nominátim, & edúcit eas. *Ibid.* *v.* 3.

Ant. 1. f. Ante eas vadit, & oves eum ſequuntur, quia ſciunt vocem ejus. *Ibid.* *v.* 4.

Elégit Dóminus
m ſuum, ℟. Páſce-
reditátem ſuam. *Pſ.*
o. 71.
iv. Hortabátur om-
n propóſito cordis
anére in Dómino,
ia erat vir bonus, &
is Spíritu Sancto.
11. *v.* 23. 24. ℣. In
is peccatórum cor-
ávit pietátem. *Ec-*
9. 4. * Quia erat vir
s.
v. Miſericórdiam
; * Docet & érudit
paſtor gregem ſuum.
. 18. 13. ℣. Confir-
; Eccléſias, præcí-
; cuſtodíre præcepta.
15. 41. * Docet.
vj. In diébus ip-
emanavérunt pútei
rum, * Qui curávit
m ſuam, † Et libe-
eam à perditióne.
. 50. 3. 4. ℣. Hic
ius vocábitur in re-
cœlórum. *Matt.* 5.
* Qui. ℣. Glória. †
berávit.
III. NOCTURNO.
nt. 6. F. In omni
e dedit confeſſiónem
to & Excelſo in ver-
lóriæ. *Eccli.* 47. 9.
nt. 3. 2. Dedit illi
inus in præceptis
poteſtátem docére
b teſtimónia, & in
ſua lucem dare Iſ-
Eccli. 45. 21.
nt. 1. 2. Non recé-
det memória ejus, & no-
men ejus requirétur à ge-
neratióne in generatió-
nem. *Eccli.* 39. 13.
℣. Pavit eos in inno-
céntia cordis ſui; ℟. Et
in intelléctibus mánuum
ſuárum deduxit eos. *Pſ.*
77. 72.
℟. *vij.* Circumcinxit
eum Dóminus zonâ gló-
riæ; * Coronávit eum
in vaſis virtútis. *Eccli.*
45. 9. ℣. Supra ómnia
quæ póſſidet, conſtítuet
illum. *Luc.* 12. 44. Co-
ronávit.
℟. *viij.* In bonitáte
& alacritáte ánimæ ſuæ,
* Plácuit Deo pro Iſrael:
ídeò ſtátuit illi teſtamen-
tum pacis, ut ſit illi ſa-
cerdótii dígnitas in ætér-
num. *Eccli.* 45. *v.* 29. 30.
℣. Exemplum fidélium,
in verbo, in converſatió-
ne, in charitáte, in fide.
1. *Tim.* 4. 12. * Plá-
cuit.
℟. *ix.* Quaſi ſtella ma-
tutína in médio nébulæ,
& quaſi luna plena in
diébus ſuis lucet, & qua-
ſi ſol refulgens, * Sic
ille effulſit † In templo
Dei. *Eccli.* 50. 6. 7.
℣. Sicut ſol lucet in vir-
túte ſua. *Apoc.* 1. 16. *
Sic ille. ℣. Glória. † In
templo.
Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Stabit in

loco ſancto ejus, ℟. Innocens mánibus & mundo corde. *Pſ.* 23. *v.* 3. 4.

Ant. 1. g. Sacerdos magnus in vita ſua ſuffulſit domum, & in diébus ſuis corroborávit templum. *Eccli.* 50. 1.

Ant. 2. D. Inventus eſt perfectus, juſtus; & in témpore iracúndiæ factus eſt reconciliátio. *Eccli.* 44. 17.

Ant. 3. à. Fidélis ſervus & prudens, quem conſtítuit dóminus ſuper famíliam ſuam. *Matt.* 24. 45.

Ant. 4. a. Fuit máximus in ſalútem electórum Dei. *Eccli.* 46. 1. 2.

Ant. 8. c. Hic eſt qui multùm orat pro pópulo. 2. *Mac.* 15. 14.

Capitulum. Hebr. 5. 1.

OMnis Póntifex ex homínibus aſſumptus, pro homínibus conſtítuitur in iis quæ ſunt ad Deum, ut ófferat dona & ſacrificia pro peccátis.

Hymnus. G. Ep. S.

JEsu, Sacerdótum decus,
In hac die, quâ glóriâ
Sanctum corónas Præſulem,
Votis adeſto ſúpplicum.

Sui probátus præmium
Amóris, & pignus tui,
A Patre tráditos tibi
Accépit agnos páſcere.

Hos novit, & præit vocans
In tuta quemque páſcua,
Victumque præbet: áudiunt,
Sequuntur, & vivunt oves.

Quam ſentit errantem jugis,
Hanc nocte quærit ac die;
Et gaudet inventam ſuo
Portans ovíli réddere.

Arcet frementes béſtias,
Lupi retundit ímpetus;
Doloſque fallit, vel mori
Charo parátus pro grege.

Offert frequentem víctimam
Cum plebe Paſtor ínnocens;
Secumque devótum gregem
Pius Sacerdos ímmolat.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui charitáte nos foves,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Memor ſit Dóminus omnis ſacrifícii tui, ℟. Et holocauſtum tuum pingue fiat. *Pſ.* 19. 4.

Ad Benedictus. *Ant.* 5. C. Dedit illi Dóminus legem vitæ & diſciplinæ docére Jacob teſtamentum ſuum, & judícia ſua Iſrael. *Eccli.* 45. 6.

Oratio.

DIrige oves tuas, Dómine, in viam ſa-

lutis æternæ, quam beáti Pontificis *N.* vita cum doctrina monſtrávit: & fac nos, eódem intercedente, ſic ejus ſúbſequi veſtígia, ut cum ipſo coronári mereámur; Per Dóminum.

Alia Oratio.

DA Eccléſiæ tuæ, miséricors Deus, ut mérita ſancti Epíſcopi *N.* pietátem tuam pro ipſa ſemper exórent, & fructum in nobis labórum ejus cuſtódiant; Per.

AD PRIMAM.

Ant. Sacerdos magnus.

AD TERTIAM.

Ant. Inventus eſt.

Capitulum. Hebr. 5. 4.

CHriſtus non ſemetipſum clarificávit ut Póntifex fieret, ſed qui locútus eſt ad eum: Fílius meus es tu; ego hódie génui te: quemádmodum & in álio loco dicit: Tu es Sacerdos in æternum.

℟. *br.* Tu es Sacerdos * In æternum. *Repet.* Tu es. ℣. Secundùm órdinem Melchíſedech. *Pſ.* 109. 4. * In. ℣. Glória. *Rep.* Tu es.

℣. Non fecit táliter omni natióni, ℟. Et judícia ſua non manifeſtávit eis. *Pſ.* 147. 20.

AD SEXTAM.

Ant. Fidélis.

Capitulum. Eccli. 50. 7.

EFfulſit in templo Dei quaſi ignis effulgens, & thus ardens in igne, quaſi vas auri ſólidum, ornátum omni lápide pretióſo.

℟. *br.* Glóriâ & honóre * Coronaſti eum, Dómine. *Repet.* Glóriâ. ℣. Et conſtituiſti eum ſuper ópera mánuum tuárum. *Pſ.* 8. 6. 7. * Coronaſti. ℣. Glória Patri. *Repet.* Glóriâ & honóre.

℣. Lætificábis eum, Dómine, in gáudio, ℟. Cum vultu tuo. *Pſal.* 20. 7.

AD NONAM.

Ant. Hic eſt.

Capitulum. Eccli. 49. 4.

IPſe eſt directus divínitùs in pœniténtiam gentis, & tulit abominatiónes impietátis, & gubernávit ad Dóminum cor ipsíus, & in diébus peccatórum corroborávit pietátem.

℟. *br.* Deduxit eos * In viam rectam. *Repet.* Deduxit. ℣. Ut irent in civitátem habitatiónis. *Pſ.* 106. 7. * In viam. ℣. Glória Patri. *Repet.* Deduxit.

℣. Beátus vir, Dómine, cujus eſt auxílium abs te, ℟. Aſcenſiónes in corde ſuo diſpóſuit. *Pſ.* 83. 6.

AD II. VESPERAS.

Antiphonæ de Laudibus.

Capitulum. Act. 20. 28.

ATténdite vobis, & univérſo gregi, in quo vos Spíritus Sanctus póſuit Epíſcopos régere Eccléſiam Dei.

Hymnus, Chriſte Paſtórum, *ut in pr. Veſperis.*

℣. Sacerdótes tui, Dómine, induantur juſtítiam, ℟. Et ſancti tui exultent. *Pſ.* 131. 9.

Ad Magníficat. Ant. 6. F. Státuit ei Dóminus teſtamentum ætérnum; dedit illi ſacerdótium gentis, & beatificávit illum in glória. *Eccli.* 45. 8.

Oratio, ut in Laudibus, niſi ſit própria.

COMMUNE UNIUS DOCTORIS.

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. D. BEátus vir, qui in ſapiéntia morábitur, & in ſenſu cogitábit circumſpectiónem Dei. *Eccli.* 14. 22.

Ant. 2. D. Cibábit illum Deus pane vitæ & intellectûs, & aquâ ſapiéntiæ ſalutáris potábit illum. *Eccli.* 15. 3.

Ant. 3. a. Denudábit illi Dóminus abſconſa ſua, & theſaurizábit ſuper illum ſciéntiam & intellectum juſtítiæ. *Eccli.* 4. 21.

Ant. 5. C. Tamquam inundátio abundábit, & consílium illíus ſicut fons vitæ. *Eccli.* 21. 16.

Ant. 6. F. Vir ſápiens implébitur benedictiónibus, & videntes illum laudábunt. *Eccli.* 37. 27.

Capitulum. Prov. 3. 13.

BEátus homo qui invénit ſapiéntiam, & qui áffluit prudéntiâ: mélior eſt acquiſítio ejus negotiatióne argenti.

In Feſtis Duplicibus & ſuprà:

℟. In médio Eccléſiæ apériet os ejus; * Adimplébit illum Dóminus ſpíritu ſapiéntiæ & intellectûs. *Eccli.* 15. 5. ℣. Non in perſuaſibílibus humánæ ſapiéntiæ verbis, ſed in oſtenſióne ſpíritûs & virtútis. 1. *Cor.* 2. 4. * Adimplébit. ℣. Glória Patri. * Adimplébit illum.

Hymnus. S. V.

O Qui perpétuus nos
mónitor doces,
Vox ætérna Patris, Chriſte, vicários
Doctóres, pátrias cùm
rémeas domos,
Nobis quàm benè ſtípetis!
Hi ſemper vígilant
quid adúlterum
Corrup

Corrumpat fidei virgíneum decus:
Lædi vel léviter non pátitur fides,
His cuſtódibus íntegra.
Infames ábolent rellíquias deûm;
Erróres ábigunt, crímina dédocent;
Chriſto reſtítuunt, quos malè crédulos
Mendax lúſerat hæreſis.
Patrum canítiem, tot venerábiles
Rugas objíciunt, unde nitet fides:
Quæ ſunt priſca, docent; quæ nova, ſúbruunt:
Servant depóſitum Dei.
Sit ſupréma tibi glória, Véritas,
Quæ per ſcripta Patrum quando foris ſonas,
Nullo vocis egens, corda doces ſono,
Et te méntibus ínſeris.
Amen.

℣. Beátus homo quem tu erudíeris, Dómine,
℟. Et de lege tua docúeris eum. *Pſ.* 93. 12.

Ad Magníficat. *Ant.* 7. G. Ipſe tamquam imbres mittet elóquia ſapiéntiæ ſuæ, & in oratióne confitébitur Dómino. *Eccli.* 39. 9.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Fontem ſapiéntiæ Dóminum, * Veníte, adorémus. *Eccli.* 1. 5.
Pſ. Veníte.

Hymnus. S. V.

Jam nunc, quæ númeras tot tibi víndices,
Effer ſidéreum, Rellígio, caput:
Quot ſunt mota tibi prælia, nóbiles
Tot nectis tibi láureas.
Cum per mille neces impíetas furit,
Oppónis válido péctore mártyres:
Cùm per mille dolos décipit hæreſis,
Doctóres tibi ſúſcitas.
Quando ſparſa lues úndique críminum,
Hi gliſcens vítium prótinus ámputant:
Quando plúrima nox méntibus íncubat,
Hi plenum révehunt diem.
Firmant inſtábiles, & dúbios regunt:
Monſtrant tuta procul líttora náufragis:
Nobis, qui véhimur cæca per æquora,
Lucent perpétuæ faces.
Quæ dixére tuis cónſona ſénſibus,
Noſtris illa, Deus, córdibus ímprimas:
Quos terris cólimus, quos ſéquimur duces,
Fac nos móribus áſſequi.
Sit ſupréma tibi glória, Véritas,

Quæ per ſcripta Patrum
quando foris ſonas,
Nullo vocis egens, corda
doces, ſono,
Et te méntibus ínſe-
ris. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 4. f. Os pruden-tis quæritur in Eccléſia, & verba illíus cogitábunt in córdibus ſuis. *Eccli.* 21. 20.

Ant. 8. c. In corde illíus requieſcit ſapiéntia, & indoctos quoſque erúdiet. *Prov.* 14. 33.

Ant. 5. a. Surrexit quaſi ignis, & verbum ipſíus quaſi fácula ardébat. *Eccli.* 48. 1.

℣. Teſtimónium Dómini fidéle, ℟. Sapiéntiam præſtans párvulis. *Pſ.* 18. 8.

℟. *j.* Ipſe palàm fáciet diſciplínam doctrínæ ſuæ, * Et in lege teſtamenti Dómini gloriábitur. *Eccli.* 39. 1. ℣. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum. *Luc.* 6. 45. * Et in lege.

℟. *ij.* Bonus eris miniſter Chriſti Jeſu, * Enutrítus verbis fidei & bonæ doctrínæ, quam aſſecútus es. 1. *Tim.* 4. 6. ℣. Erudítus es in juventúte tua, & implétus es quaſi flumen ſapiéntiâ. *Eccli.* 47. 15. 16. * Enutritus.

℟. *iij.* Fuit gratus Deo, & erudítus eſt omni ſapiéntiâ, * Et erat potens in verbis & in opéribus ſuis. *Act.* 7. *v.* 20. 22. ℣. Cúmque eſſet ſapientíſſimus, dócuit pópulum. *Eccl.* 12. 9. * Et erat. ℣. Glória. * Et erat potens.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Beátus homo qui invénit ſapiéntiam, & qui áffluit prudéntiâ. *Prov.* 3. 13.

Ant. 7. c. Moderátur ſermónes ſuos, doctus & prudens eſt, & pretióſi ſpíritûs vir erudítus. *Prov.* 17. 27.

Ant. 1. a. Viæ ejus viæ pulchræ, & omnes ſémitæ illíus pacíficæ: *Prov.* 3. 17.

℣. In lege Dómini voluntas ejus, ℟. Et in lege ejus meditábitur. *Pſ.* 1. 2.

℟. *iv.* Vir éloquens erat edoctus viam Dómini, * Et fervens ſpíritu loquebátur, & docébat diligenter ea quæ ſunt Jeſu. *Act.* 18. 24. 25. ℣. Auditor ſermónum Dei, novit doctrínam Altíſſimi. *Num.* 24. 16. * Et fervens.

℟. *v.* Tu autem * Sápiens es ſicut habet ſapiéntiam Angelus Dei, ut intélligas ómnia. 2. *Reg.* 14. 20. ℣. Teipſum ſalvum fácies, & eos

qui te áudiunt. 1. *Tim.* 4. 16. * Sapiens es.

℟. *vj.* Vidit principátum ſuum, quòd in parte ſua doctor eſſet repóſitus. * Fuit cum princípibus,† Et fecit juſtítias Dómini, & judícium ſuum cum Iſrael. *Deut.* 33. 21. ℣. Prædicans regnum Dei, & docens quæ ſunt de Dòmino Jeſu. *Act.* 28. 31. * Fuit. ℣. Glória. † Et fecit.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Se dedit ad diligéntiam lectiónis legis, & Prophetárum, & aliórum librórum. *Prol. Eccli.*

Ant. 3. a. Sicut érudit filium ſuum homo, ſic Dóminus Deus tuus erudívit te. *Deut.* 8. 5.

Ant. 2. D. Beáti viri tui, & beáti ſervi tui, qui ſtant coram te ſemper, & áudiunt ſapiéntiam tuam. 3. *Reg.* 10. 8.

℣. Déxteram tuam, Dómine, ſic notam fac, ℟. Et erudítos corde in ſapiéntia. *Pſ.* 89. 12.

℟. *vij.* Quæsívit verba utília, * Conſcripſit ſermónes rectiſſimos ac veritáte plenos. *Eccl.* 12. 10. ℣. Potens exhortári in doctrína ſana, & eos qui contradícunt, argúere. *Tit.* 1. 9. * Conſcripſit.

℟. *viij.* Scriba doctus in regno cœlórum, símilis eſt hómini patrifamílias, * Qui profert de theſauro ſuo nova & vétera. *Matt.* 13. 52. ℣. Perféctio tua, Dómine, & doctrína tua viro ſancto tuo. *Deut.* 33. 8. * Qui profert.

℟. *ix.* Ad ínſulas longè divulgátum eſt nomen tuum, * Dilectus es in pace tua, † In interpretatiónibus mirátæ ſunt terræ. *Eccli.* 47. 17. 18. ℣. Ut innoteſcat per Ecclésiam multiformis ſapiéntia Dei. *Eph.* 3. 10. * Dilectus es. ℣. Glória. † In interpretatiónibus. Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Quis ſápiens? & cuſtódiet hæc, ℟. Et intélliget miſericórdias Dómini? *Pſ.* 106. 43.

Ant. 5. a. Vir perítus multos erudívit, & ánimæ ſuæ ſuávis eſt. *Eccli.* 37. 22.

Ant. 3. c. Vóluit & ipſe ſcríbere áliquid horum quæ ad doctrínam & ſapiéntiam pértinent. *Prol. Eccli.*

Ant. 4. A. In fide ſua probátus eſt prophéta, & cógnitus eſt in verbis ſuis fidélis. *Eccli.* 46. 17. 18.

Ant. 1. g. Dedit illi ſa-

piéntia ſciéntiam ſanctórum, honeſtávit illum in labóribus. *Sap.* 10. 10.

Ant. 6. F. Collaudábunt multi ſapiéntiam ejus, & uſque in ſéculum non delébitur. *Eccli.* 39. 12.

Capitulum. Eccli. 39. 13, 14.

NOn recédet memória ejus, & nomen ejus requirétur à generatióne in generatiónem; ſapiéntiā ejus enarrábunt gentes, & laudem ejus enuntiábit Eccléſia.

Hymnus. S. V.

VOs ſuccenſa Deo, ſpléndida lúmina:
Vos ſal, nos hómines quo ſápimus Deum;
Ævum, puri ánimo, móribus íntegri,
Quo condímur in álterum.

PER vos Relígio, tútaque Véritas,
Per vos virgíneis fulget honóribus:
Per vos Chriſtus amat pándere dívites
Theſauros ſapiéntiæ.

VESTRIS unda fluit pura canálibus;
Chriſti floret ager; munda nitet ſeges:
Lac aptum púeris, & ſólidum viris
Cauti ſufficitis cibum.

HI ſunt, ſumme Deus, qui tibi mílitant;
Hi ſunt, qui ſtábiles ædíficant domos:
Unâ docta cohors arma tenet manu,
Muros cónſtruit álterâ.

VICISTIS ſtygias vos quibus hæreſes,
Hæc nos accípimus tela ſupérſtites:
His pugnámus adhuc, nec dúbio éxitu,
His armis quoque víncimus.

SIT ſupréma tibi glória, Véritas,
Quæ per ſcripta Patrum quando foris ſonas,
Nullo vocis egens, corda doces, ſono,
Et te méntibus ínſeris. Amen.

℣. Ignítum elóquium tuum, Dómine, ℟. Et ſervus tuus diléxit illud. *Pſ.* 118. 140.

Ad Benedictus. *Ant.* 4. *D.* Qui fécerit & docúerit, hic magnus vocábitur in regno cœlórum. *Matt.* 5. 19.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ ſalútis beátum *N.* miniſtrum tribuiſti: præſta, ut quem doctórem vitæ habúimus in terris, interceſſórem habére mereámur in cœlis; Per Dóminum.

Alia Oratio.

EXcita, quæſumus, Dómine, intercedénte beáto *N.* tuórum corda fidélium; ut ſacris in-

trínis, & ſtú-
ire quod amá-
ópere exercére
iit; Per.

RIMAM.

ir perítus.

ERTIAM.

óluit.

m. Eſd. 7. 10.
cor ſuum ut in-
iret legem Dó-
fáceret & do-
raël præceptum
m.

Judícia Dómi-
* Juſtificáta in
Repet. Judícia.
ábilia ſuper au-
ificáta. ℣. Gló-
Judícia.
rus tuus cuſtódit
In cuſtodiendis
útio multa. *Pſ.*
1.

EXTAM.

i fide ſua.

m. Eccl. 46. 18.
119.
Deum lucis, &
ávit Dóminum
ntem in oppu-
oſtes circum-
dique.

Os juſti * Me-
apiéntiam. *Rep.*
℣. Et lingua
étur judícium.
bitur. ℣. Glória.
iſti. *Pſ.* 36. 30.
Dei ejus in cor-
℟. Et non ſup-
tur greſſus ejus.
1.

AD NONAM.

Ant. Collaudábunt.

Capitulum. Eccli. 45. 6.

DEdit illi Dóminus coràm præcepta, & legem vitæ & diſciplínæ, docére Jacob teſtamentum ſuum & judícia ſua Iſraël.

℟. *br.* Lex Dómini immaculáta * Convertens ánimas. *Repet.* Lex. ℣. Teſtimónium Dómini fidéle. * Convertens. ℣. Glória. *Repet.* Lex. *Pſ.* 18. 8.

℣. Juſtítiæ Dómini rectæ, ℟. Lætificantes corda. *Pſ.* 18. 8.

AD II. VESPERAS.

Ant. de Laudibus.

Capitulum. Eph. 4. v. 11. 12.

FRatres, Ipſe dedit quoſdam quidem Apóſtolos, quoſdam autem Prophétas, álios verò Evangeliſtas, álios autem Paſtóres & Doctóres ad conſummatiónem ſanctórum, in opus miniſtérii, in ædificatiónem córporis Chriſti.

Hymnus. O qui, *ut in primis Veſperis.*

℣. Elóquia Dómini elóquia caſta, ℟. Argentum igne examinátum. *Pſ.* 11. 7.

Ad Magníficat. *Ant.* 6. F. Qui docti fúerint, fulgébunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad ju-

ſtítiam erúdiunt multos, quaſi ſtellæ in perpétuas æternitátes. *Dan.* 12. 3.

Oratio, ut ſuprà ad primas Veſperas. niſi ſit propria.

COMMUNE UNIUS PRESBYTERI.

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. D. LAbia Sacerdótis cuſtódient ſciéntiam, & legem requírent ex ore ejus. *Malach.* 2. 7.

Ant. 3. a. Miniſtrábit in nómine Dómini Dei ſui, ſicut omnes fratres ejus Levítæ. *Deut.* 18. 7.

Ant. 5. C. In pópulo hæreditábit honórem, & nomen illíus erit vivens in æternum. *Eccli.* 37. 29.

Ant. 6. F. Cibábit illum Dóminus pane vitæ & intellectûs. *Eccli.* 15. 3.

Ant. 4. E. Qui habúerit máculam, non ófferet panes Deo ſuo, nec accédet ad miniſtérium. *Lev.* 21. 6.

Capitulum. Ezech. 44. *v.* 28. 29.

POſſeſſiónem non dábitis eis in Iſrael, ego enim poſſéſſio eórum. Víctimam & pro peccáto & pro delícto ipſi cómedent, & omne votum in Iſrael ipſórum erit.

In Duplicibus, & ſuprà: ℟. Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: * Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm órdinem Melchíſedech. *Pſal.* 109. 4. ℣. Non ſecundùm legem mandáti carnális factus. *Hebr.* 7. 16. * Tu es. ℣. Glória. * Tu es.

Hymnus.

JAM ſatis fluxit cruor hoſtiárum;
Príſtinæ ceſſent holocauſta legis;
Chriſte, quos formas, melióra libant
Sacra, Miniſtri.

ELICIT flammas Elias ab alto;
Myſta nunc major jubet, & potenti
Obſequens verbo, Deus aſtat aris,
Hóſtia factus.

PINGUE libámen, novus & ſacerdos,
Orbe jam toto Deus immolátur;
Se manu noſtrâ litat incruento
Fúnere Chriſtus.

TALE nil priſcis pátribus tribútum;
Angelis nuſquam data par poteſtas;
Se manu noſtrâ Deus ipſe jugem

et in eſcam.
STE, fac ſemper
ſacra puro
actémus, mani-
que puris;
aptos tua nos
mendis
icet aris.
NIS ſplendor, Pa-
una proles,
te pronus vene-
r orbis,
rdótes per amó-
almi
en inungis.
nen.
ctum ſuum da-
In tempore ſuo.

agníficat. *Ant.*
um eſt Dóminus
s, in ómnibus
mque perréxeris.

propria, *aut ut*
Laudes.
[CIUM NOCT.
Sacerdótem in
,* Veníte, ado-
Hebr. 5. 6.
Veníte.
us. Jam ſatis, *ut*
Veſperis.
NOCTURNO.
. a. Sápiens in
is ſeipſum amá-
icit. *Eccli.* 20.

. c. Quærit le-
plébitur ab ea.
. 19.
à. Exorábit pro
& continébit ſe

ab illis, & in oratióne
diérum exaudiétur. *Eccli.*
3. 4.

℣. Loquétur poténtias
Dómini, ℟. Audítas fá-
ciet omnes laudes ejus.
Pſ. 105. 2.

℟. *j.* Homo iſte juſtus
& timorátus expectans
conſolatiónem Iſrael; *
Et Spíritus Sanctus erat
in eo. *Luc.* 2. 25. ℣. De-
precátus eſt Deum, & ob-
ſecrávit eum intentè, &
exaudívit oratiónem ejus.
2. *Par.* 33. 13. * Et Spí-
ritus.

℟. *ij.* Oblátio juſti im-
pinguat altáre, * Et odor
ſuavitátis eſt in conſpe-
ctu Altíſſimi. *Eccli.* 35. 8.
℣. Multum enim valet
deprecátio juſti aſſidua.
Jac. 5. 16. * Et odor
ſuavitátis.

℟. *iij.* Surrexit quaſi
ignis * Et verbum ip-
sius † Quaſi fácula ardé-
bat. *Eccli.* 48. 1. ℣. Do-
cébat diligenter ea quæ
ſunt Jeſu. *Act.* 18. 25.
* Et verbum. ℣. Glória.
† Quaſi.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Rogante pro
eis ſacerdóte, propítius
erit eis Dóminus. *Lev.* 4.
20.

Ant. 7. d. Sacrificia &
víctimæ Dómini Dei Iſ-
rael, ipſa eſt ejus hæré-
ditas. *Joſ.* 13. 14.

Ant. 2. D. Erat Dómi-

nus cum eo, & in cunctis ad quæ procedébat, ſapienter ſe agébat. 4. *Reg.* 18. 7.

℣. Nihil proficiet inimícus in eo, ℟. Et filius iniquitátis non appónet nocére ei. *Pſ.* 88. 23.

℟. *iv.* Vir Dei es tu, * Et verbum Dómini in ore tuo verum eſt. 3. *Reg.* 17. 24. ℣. Exaudíta eſt deprecátio tua. *Luc.* 1. 13. * Et verbum Dómini.

℟. *v.* Invocávit Dóminum omnipoténtem * In oblatióne Agni inviolati. *Eccli.* 46. 19. ℣. Debet pro pópulo & pro ſemetipſo offerre pro peccátis. *Hebr.* 5. 3. * In oblatióne.

℟. *vj.* Vir ſápiens plebem ſuam érudit, & fructus ſenſûs illius fidéles ſunt; * Implébitur benedictiónibus, † Et videntes illum laudábunt. *Eccli.* 26. 27. ℣. Ex homínibus aſſumptus pro homínibus conſtitúitur in iis quæ ſunt ad Deum. *Hebr.* 5. 1. * Implébitur. ℣. Glória. † Et videntes.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Adhæſit Dómino, & non receſſit à veſtigiis ejus, fecitque mandáta. 4. *Reg.* 18. 6.

Ant. 5. C. Doctrína viri per patiéntiam nóſcitur, & glória ejus eſt iníqua prætérgredi. *Prov.* 19. 11.

Ant. 3. a. Ipſe Dóminus poſséſſio ejus, ſicut promíſit ei Dóminus. *Deut.* 10. 9.

℣. Hic accípiet benedictiónem à Dómino, ℟. Et miſericórdiam à Deo. *Pſ.* 23. 5.

℟. *vij.* Confirmávit omnes húmiles pópuli ſui, * Legem exquiſívit, & ábſtulit omne iníquum & malum. 1. *Mac.* 14. 14. ℣. Tamquam ex virtúte quam adminiſtrat Deus. 1. *Petr.* 4. 11. * Legem.

℟. *viij.* Operátus eſt bonum, & rectum, & verum coram Dómino Deo ſuo * In univerſa cultúra miniſtérii domûs Dómini juxta legem & ceremónias. 2. *Par.* 31. 20. 21. ℣. Juſtítiæ quæ per fidem eſt, hæres eſt inſtitútus. *Hebr.* 11. 7. * In univerſa.

℟. *ix.* Sacrificium juſti acceptum eſt * Et memóriam ejus † Non obliviſcétur Dóminus. *Eccli.* 35. 9. ℣. Per fidem defunctus adhuc lóquitur. *Hebr.* 11. 4. * Et memóriam. ℣. Glória. † Non obliviſcétur.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Domus Aaron, benedícite Dómino;

℟. Domus Levi, benedícite Dómino. *Pſ.* 134. 19. 20.

Ant. 7. *d.* Miráti ſunt in illo multi, & honoravérunt Deum. *Eccli.* 11. 13.

Ant. 8. G. Obtulit holocauſta ſuper altáre; odoratuſque eſt Dóminus odórem ſuavitátis. *Gen.* 20. 21.

Ant. 3. c. Dedit in celebratiónibus decus, & ornávit témpora uſque ad conſummatiónem vitæ. *Eccli.* 47. 12.

Ant. 5. a. Sancta glorificávit, & multiplicávit vaſa ſanctórum. 1. *Mac.* 14. 15.

Ant. 1. a. Erat potens in verbis & in opéribus ſuis. *Act.* 7. 22.

Capitulum. 1. Tim. 5. 17.

QUi bene præſunt Preſbyteri, dúplici honóre digni habeantur, máximè qui labórant in verbo & doctrínâ; dicit enim Scriptúra: Non alligábis os bovi trituranti; & dignus eſt operárius mercéde ſuâ.

Hymnus.

O SACERDOTUM veneranda jura!
Ceu vices Chriſti téneant, ſalútis
Arbitri, claudunt, reſerantque nobis
Atria cœli.

OMNE pendentes ſcelus in ſtatéra,
Cùm reum ſolvunt, Deus ipſe ſolvit;
Cùm ligant ſontem, Deus ipſe ſontis
Víncula nectit.

QUAM manus morbis ádhibent perítas!
Cùm ſecant, ſemper pia dextra cædit;
Cùm fovent, ſemper pia lenit ungens
Vúlnera dextra.

VERBA dum promunt, pópulus fidélis
Excipit vocem, cúpidus docéri;
Nempè divínæ ſacra verba legis
Mente recondunt.

IRRUENS prompti cohibére fulmen,
Stant ab adverſo, Domínumque placant,
Víndices in nos quóties ab alto
Dépluit iras.

DUM ſacerdótes tua ſacra tractant,
Chriſte, fac ſacris quibus applicaſti,
Cónſonent mores, populíque fiat
Forma ſacerdos.

LUMINIS ſplendor, Patris una proles,
Chriſte, te pronus venerétur orbis,
Qui ſacerdótes per amóris almi
Flamen inungis.
Amen.

℣. Prævenisti eum, Dómine, ℟. In benedictiónibus. *Pſ.* 20. 4.

Ad Benedictus. *Ant.* 6. F. Obtulit holocauſtum Dómino, & clamávit ad Dóminum pro Iſrael, & exaudivit eum Dóminus. 1. *Reg.* 7. 9.

Oratio.

DOmine Deus omnípotens, qui famulum tuum *N.* ut ſacerdótio tibi fungerétur à pópulo ſegregaſti; præſta, quæſumus, ut ejus exempla ſectantes, genus electum, regále ſacerdótium, gens ſancta, pópulus acquiſitiónis éffici mereámur; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. Miráti ſunt.

AD TERTIAM.

Ant. Obtulit.

Capitulum. Eccli. 50. 16.

POrrexit manum ſuam in libatióne, & libávit de ſánguine uvæ; effúdit in fundamento altáris odórem divínum excelſo príncipi.

℟. *br.* Lætábimur * In ſalutári tuo. *Repet.* Lætábimur. ℣. Et in nómine Dei noſtri, magnificábimur. * In ſalutári. ℣. Glória. *Repet.* Lætábimur. *Pſ.* 19. 6.

℣. Memor ſit Dóminus omnis ſacrificii tui, ℟. Et holocauſtum tuum pingue fiat. *Pſ.* 19. 6. 4.

AD SEXTAM.

Ant. Dedit.

Capitulum. Eccli. 50. 22.

MAnus ſuas éxtulit in omnem congregatiónem filiórum Iſrael, dare glóriam Deo à lábiis ſuis, & in nómine ipſíus gloriári; & iterávit oratiónem ſuam volens oſténdere virtútem Dei.

℟. *br.* Dabis eum, Dómine, * In benedictiónem. *Repet.* Dabis. ℣. In ſéculum ſéculi. * In benedictiónem. ℣. Glória. *Repet.* Dabis. *Pſ.* 20. 7.

℣. Glóriâ & honóre coronaſti eum, ℟. Et conſtituiſti eum ſuper ópera mánuum tuárum. *Pſ.* 8. 7.

AD NONAM.

Ant. Erat potens.

Capitulum. Eſdræ, 7. 10.

PArávit cor ſuum ut intellígeret legem Dómini, & fáceret & docéret in Iſrael præceptum & judícium.

℟. *br.* Beátus cujus * Deus Jacob adjútor ejus. *Repet.* Beátus. ℣. Spes ejus in Dómino Deo ipſíus. * Deus. ℣. Glória. *Repet.* Beátus. *Pſ.* 83. 6.

℣. Ad níhilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus: ℟. Timentes autem Dóminum gloríficat. *Pſ.* 14. 4.

AD II. VESPERAS.

Ant. Miráti ſunt, & *cæter. de Laudibus.*

Capitulum. 1. Tim. 3. 13.

QUi bene miniſtráverint, gradum bonum ſibi acquírent, & multam fidúciam in fide quæ eſt in Chriſto Jeſu.

℣. Magna eſt glória ejus; ℟. In ſalutári tuo. *Pſ.* 20. 7.

Hymnus, Jam ſatis fluxit, *ut in pr. Veſperis.*

Ad Magníficat. *Ant.* 4. E. Plúrimam hóſtiam óbtulit Deo, per quam teſtimónium conſecútus eſt eſſe juſtus. *Hebr.* 11. 4.

Oratio, ut ſuprà, niſi ſit propria.

COMMUNE UNIUS ABBATIS, vel Monachi.

IN I. VESPERIS.

Ant. 6. F. EXultábit ſolitúdo, & florébit quaſi lilium, exultábit lætabunda & laudans. *Iſ.* 35. *v.* 1. 2.

Ant. 7. c. Bonum eſt viro, cùm portáverit jugum ab adoleſcéntia ſua, ſedébit ſolitárius, & tacébit. *Thren.* 3. *v.* 27. 28.

Ant. 8. G. Erit quaſi lignum quod tranſplantátur ſuper aquas, quod ad humórem mittit radíces ſuas. *Jerem.* 17. 8.

Ant. 2. D. Erumpet radix ejus ut Líbani, & erit quaſi olíva glória ejus. *Oſee.* 14. *v.* 6. 7.

Ant. 1. D. Erit fólium ejus víride, nec aliquando déſinet fácere fructum. *Jerem.* 17. 8.

Capitulum. Jerem. 51. 6.

FUgite de médio Babylónis, & ſalvet unuſquiſque ánimam ſuam: nolíte tacére ſuper iniquitátem ejus: quóniam tempus ultiónis eſt à Dómino.

In Duplicibus & ſuprà:

℟. Erit vir ſicut qui abſcónditur à vento, * Et celat ſe à tempeſtáte. *Iſ.* 32. 2. ℣. Fide obedívit in locum exíre, & éxiit néſciens quò iret. *Hebr.* 11. 8. * Et celat. ℣. Glória. * Et celat.

Hymnus. S. V.

FElices nemorum pángimus íncolas,
Certo consílio quos Deus ábdidit,
Ne contágio ſæcli
Mores læderet íntegros.

UT te poſsídeant, quem ſítiunt Deum,
Urbes, regna, ſuos, ſe quoque déſerunt:
Totus víluit orbis,

Dum cœléſtia cógitant.

Nudi, prompti, álacres, líberi ab ómnibus,
Ad luctam púgiles ócius ádvolant;
Ut vaſtum mare tranent,
Prudentes onus éxuunt.

Æternas ut opes, cértaque gáudia
Secúri rápiant, ómnia lúdicra
Sano péctore temnunt,
Confiſi melióribus.

Illis ſumma fuit glória, déſpici;
Illis divítiæ, paupériem pati;
Illis ſumma voluptas,
Longo ſupplício mori.

Fac nos, ſumme Deus, quæ pátimur mala,
In pœnam ſcélerum ferre libéntiùs;
Et tellúre relictâ,
Immortália quærere.

Æternus ſit honos ingénito Patri;
Sit par unígenæ glória Fílio;
Sacri nexus amóris,
Laus compar tibi, Spíritus. Amen.

℣. Sperat in Dómino,
℟. Et in miſericórdia Altiſſimi non commovébitur. *Pſ.* 20. 8.

Ad Magníficat. *Ant.* 3. 4. Aſſumpſit eum Dóminus, atque portávit in húmeris ſuis: Dóminus ſolus dux ejus fuit. *Deut.* 32. *v.* 11. 12.

Oratio ut infra, niſi ſit propria.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Jeſum, qui ductus eſt in deſertum, * Veníte, adorémus. *Matt.* 4. 1.

Pſal. Veníte.

Hymnus. S. V.

Tua beandos glóriâ,
Miris, Deus, probas modis,
Qui, dum lates, præſéntior,
Votis amantûm páſceris.

Procul remóti, súpplices
Tendunt manus, & pátriam
Per vota, per ſuſpíria
Cœlum ſalútant éxules.

Te ſola mors cùm det frui,
Seſe necant labóribus;
Seſe necant jejúniis,
Et, quâ licet, vellent mori.

Quam, morte promptâ, férvidi
Emére palmam Mártyres,
Hic doctus in dies mori
Longo reportat fúnere.

Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Quid pro-

-deſt hómini, ſi mundum univerſum lucrétur, ánimæ verò ſuæ detrimentum patiátur. *Matth.* 16. 26.

Ant. 7. c. Dóminus Deus tuus ipſe eſt ductor tuus, & non dimittet nec derelinquet te. *Deut.* 31. 6.

Ant. 3. a. Abundáre te fáciet Dóminus Deus tuus in cunctis opéribus. *Deut.* 30. 9.

℣. Scápulis ſuis obumbrábit tibi, ℟. Et ſub pennis ejus ſperábis. *Pſ.* 90.

℟. *j.* Majóres divítias æſtimans theſauro Ægyptiórum impropérium Chriſti; * Fide relíquit Ægyptum. *Hebr.* 11. 27. ℣. Dixit patri ſuo & matri ſuæ: Néſcio vos; & frátribus ſuis: Ignóro vos. *Deut.* 33. 9. * Fide.

℟. *ij.* In cáſulis habitando cum cohærédibus repromiſſiónis ejuſdem, * Expectábat fundamenta habentem civitátem, cujus ártifex & cónditor Deus. *Hebr.* 11. *v.* 9. 11. ℣. Secéſſerat in deſertum locum, ibíque vitam cum ſuis agébat. 2. *Machab.* 5. 27. * Expectábat.

℟. *iij.* De benedictióne Dómini terra ejus, * De vértice móntium, de pomis cóllium æternórum. *Deut.* 33. 15. ℣. Uberes fructus ager áttulit. *Luc.* 12. 16. * De vértice. ℣. Glória. * De vértice.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Circumduxit eum Dóminus, & dócuit, & cuſtodívit quaſi pupillam óculi ſui. *Deut.* 32. 10.

Ant. 8. c. Non hábuit ánimi ſui triſtítiam, & non éxcidit à ſpe ſua. *Eccli.* 14. 2.

Ant. 7. b. Pauper gloriátur per diſciplinam & timórem ſuum. *Eccli.* 10. 33.

℣. Mélius eſt módicum juſto, ℟. Super divítias peccatórum multas. *Pſ.* 36. 16.

℟. *iv.* Multitúdinis credéntium erat cor unum, & ánima una; * Nec quiſquam áliquid ſuum eſſe dicébat, ſed erant illis ómnia commúnia. *Act.* 4. 32. ℣. Reliquérunt quæcumque habébant. 1. *Mach.* 2. 28. * Nec quiſquam.

℟. *v.* Opéruit cilício carnem ſuam, * Jejunávit & dormívit in ſacco, & ambulávit demiſſo cápite. 3. *Reg.* 21. 27. ℣. In vigíliis multis, in fame & ſiti, in frígore & nuditáte. 2. *Cor.* 12. 27. * Jejunávit.

℟. *vj.* Iſte pauper clamávit, * Et Dóminus

exaudívit eum. *Pſ.* 33. 7. ℣. Multum valet deprecátio juſti aſsídua. *Jacob.* 5. 16. * Et Dóminus. ℣. Glória. * Et Dóminus.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Omnes obédiunt uni, & non eſt invídia, neque zelus inter eos. 1. *Mach.* 8. 16.

Ant. 5. C. Fodit in altum, & póſuit fundamentum ſupra petram. *Luc.* 6. 4.

Ant. 4. E. Manducávit panem cum luctu & tremóre. *Tob.* 2. 5.

℣. Adjúvit Dóminus páuperem de inópia, ℟. Vidébunt recti & lætabuntur. *Pſal.* 106. 41. 42.

℟. *vij.* Hic multis tempóribus continéntiæ propóſitum ténuit,* Corpuſque & ánimam trádere contentus pro perſeverántia. 2. *Mach.* 14. 38. ℣. Vir erat religióſus ac timens Deum, cum omni domo ſua. *Act.* 10. 2. * Corpuſque.

℟. *viij.* Fecit quod plácuit Deo,*Et ſpíritu magno vidit última. *Eccli.* 48. *v.* 25. 27. ℣. Grátias agens Deo, accépit fidúciam. *Act.* 28. 15. * Et ſpíritu.

℟. *ix.* In fide & lenitáte ipsíus * Dóminus ſanctum fecit illum. *Eccli.* 45. 4. ℣. Gloriétur frater húmilis in exaltatióne ſua. *Jac.* 1. 9. * Dóminus. ℣. Glória. * Dóminus.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Lux orta eſt juſto, ℟. Et rectis corde lætítia. *Pſ.* 96. 11.

Ant. 1. a. Iſte cuſtodívit ánimam ſuam, & memor fuit Dómini in toto corde ſuo. *Tob.* 1. *v.* 12. 13.

Ant. 8. *G.* In ſolitúdine portávit te Dóminus, ut ſolet homo geſtáre párvulum ſuum. *Deut.* 1. 31.

Ant. 4. a. Videt bonum de labóre ſuo, hoc donum Dei eſt. *Eccl.* 3. 13.

Ant. 7. *d.* Immóbilis in Dei timóre permanſit, agens grátias Deo ómnibus diébus vitæ ſuæ. *Tob.* 2. 13.

Ant. 3. b. Abjécit veſtimentum ſuum à ſe, & indútus eſt ſacco, & ſedit in cínere. *Jon.* 3. 6.

Capitulum. 1. Cor. 9. 25.

FRatres, Omnis qui in agóne contendit, ab ómnibus ſe ábſtinet: & illi quidem ut corruptíbilem corónam accípiant, nos autem incorruptam.

Hymnus. S. V.

QUid tu, relictis úrbibus,
Mortálium conſórtia
Timens fugis? quid tu vides,
Soluſque tecum cógitas?

MENTIS volátu líbero,
Percurris æternas domos;
Et quæ negas mortálibus,
Transfers Deo commercia.

PRÆSENS choris cœléſtibus,
Sacro quiétus ótio,
Totus tuendo Númini,
Totus colendo tu vacas.

QUAM pura, qui te díligunt,
O Chriſte, libant gáudia!
Te propter antris ábditos
Tuo recondis in ſinu.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

℣. Aſcenſiónes in corde ſuo diſpóſuit, ℟. In valle lacrymárum. *Pſal.* 83. 6.

Ad Benedictus. *Ant.* 2. D. Fide demorátus eſt in terra repromiſſiónis tamquam in aliéna. *Hebr.* 11. 9.

Si ſit Abbas, Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, terréna pro te calcántium merces magna nimis: da nobis exemplo & interceſſióne beáti N. Abbátis cujus ſolémnia celebrámus, ut purificátis ab omni ſéculi deſidério méntibus, te ſolo dívites eſſe velímus; Per Dóminum.

Si non ſit Abbas, Oratio.

DEus, qui nos ádmones exemplo beáti N. temporália deſpícere, & ad ætérna feſtináre: da fámulis tuis, ut quæ tibi plácita cognóvimus, ipſo pro nobis intercedente, impléri valeámus; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. Iſte cuſtodívit.

AD TERTIAM.

Ant. In ſolitúdine.

Capitulum. 1. Machab. 2. 29.

DEſcendérunt multi quærentes judícium & juſtítiam in deſertum, & ſedébant ibi.

℟. *br.* Beáta gens, * Cujus eſt Dóminus Deus ejus. *Repet.* Beáta. ℣. Pópulus, quem elégit. * Cujus eſt. ℣. Glória Patri. *Repet.* Beáta gens. *Pſal.* 32. 12.

℣. Pingueſcent ſpecióſa deſerti, ℟. Et exultatióne colles accingentur. *Pſal.* 64. 13.

AD SEXTAM.

Ant. Videt bonum.

Capitul. 2. Paral. 31. 20.

OPerátus eſt bonum & rectum, & verum coram Dómino Deo ſuo.

℟. *br.* Ecce ſic * Benedicétur homo. *Repet.* Ecce. ℣. Qui timet Dóminum. * Benedicétur homo. ℣. Glória. *Repet.* Ecce. *Pſ.* 127. 4.

℣. Ingréditur ſine mácula, ℟. Et operátur juſtitiam. *Pſ.* 14. 2.

AD NONAM.

Ant. Abjécit.

Capitulum. Coloſſ. 3. 5.

MOrtificáte membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram; fornicatiónem, immundítiam, libídinem, concupiſcéntiam malam, & avarítiam quæ eſt ſimulacrórum ſérvitus.

℟. *br.* Beátus vir * Qui timet Dóminum. *Repet.* Beátus. ℣. In mandátis ejus volet nimis. * Qui. ℣. Glória. *Rep.* Beátus. *Pſ.* 111. 1

℣. Fáciet Dóminus judícium ínopis, ℟. Et vindíctam páuperum. *Pſ.* 139. 13.

IN II. VESPERIS.

Ant. de Laudibus.

Capitulum. Coloſſ. 3. v. 3. 4.

MOrtui eſtis, & vita veſtra eſt abſcóndita cum Chriſto in Deo: cùm Chriſtus apparúerit vita veſtra, tunc & vos apparébitis cum ipſo in glória.

Hymnus, Felíces, *ut in pr. Veſperis.*

℣. Iſte pauper clamávit, ℟. Et de ómnibus tribulatiónibus ejus ſalvávit eum Dóminus. *Pſ.* 33. 7.

Ad Magníficat. *Ant.* 5. C. Dóminus Deus ductor tuus fuit, & cibávit te manna in ſolitúdine. *Deut.* 8. 15. 16.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes, niſi ſit propria.

COMMUNE UNIUS JUSTI.

IN I. VESPERIS.

Ant. 3. a. TEnébit juſtus viam ſuam, & mundis mánibus addet fortitúdinem. *Job.* 17. 9.

Ant. 4. D. Timenti Dóminum bene erit, & in diébus conſummatiónis illíus benedicétur. *Eccli.* 1. 19.

Ant. 5. C. Timor Dómini delectábit cor, & dabit lætítiam & gáudium, & longitúdinem diérum. *Ibid. v.* 12.

Ant. 8. G. Fortitúdo

ſ via Dómini ; n æternum non vébitur. *Prov.* 10. o.
7. d. Quaſi vi- ium germinábit ; juſti lignum vi- *v. v.* 28. 30. *um.* Eccli. 39. 6. : ſuum tradet ad ilandum dilúcu- óminum, qui fe- n, & in conſpe- íſſimi deprecábi-

plicibus & ſuprà. : Erit tamquam li- uod plantátum eſt curſus aquárum, uctum ſuum da- émpore ſuo ; * Et ejus non défluet, mnia quæcumque roſperabuntur. *Pſ.* . Non auditor o- is factus, ſed fa- eris, hic beátus in o erit. *Jac.* 1. 25. lium. Glória. † Et

mnus. G. Ep. S.
MI puſillus grex Patris,
e mentem sólvite ;
ernus vos amor
ſe regni cómpotes.
DETE ; regnat ín- tus
i fugáci ſéculo
s, exóſus ſibi,
auper, & ſciens
ati.
USTA pœniténtiæ
Ingreſſus, & viam cru- cis,
Per dura Chriſtum præ- lia,
Per damna non timet ſe- qui.

CARNEM terit jejúniis ;
Linguam domat ſiléntio ;
In páuperum, parcus ſibi,
Abſcondit & ſpargit ſinu.

SAPORE verbi páſci- tur ;
Totóque legem péctore
Scrutátus, orat pérvigil ;
Mens celſa versátur polo.

HAC ſurgit ad cœlum viâ :
Et nos eâdem da, Pater,
Da, Nate, da cum Spí- ritu,
Ad te veníre sémitâ.
Amen.

℣. Beátus vir cujus eſt nomen Dómini ſpes ejus : ℟. Et non reſpe- xit in vanitátes & insá- nias falſas. *Pſ.* 39. 5.

Ad Magníſic. *Ant.* 1. D. Aſſimilábitur viro ſapien- ti, qui ædificávit do- mum ſuam ſupra petram. *Matth.* 7. 24.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Diligentem ju- ſtos Dóminum, *Veníte, adorémus. *Pſ.* 145. 8.

Pſal. Veníte.

Hymnus. S. V.

NON parta ſolo sán- guine
Ornat beátos púrpura ;

Sunt incruenta, quæ ſuos
Habent triumphos, prælia.

Non iſte flammas, non cruces,
Non ſenſit uncos pécti-nes:
Crudélis & durus ſibi,
Se morte lentâ cónficit.

Si lictor illi défuit,
Si vincla, fuſtes, úngulæ;
Paráta pro Chriſto mori,
Hoc ſupplet omne cháritas.

Corpus ſubégit cáſtitas,
Et liberam mentem fides;
Amor ſupernis ígnibus
Totam litávit hóſtiam.

Venis apertis ómnibus,
Qui vellet ultrò erúmpere,
Fraudátus optátâ viâ,
It fuſus in fletum cruor.

Da, Chriſte, ſic nos vívere,
Diſcámus ut ſemper mori:
Da, poſt brevis vitæ dies,
Vitæ perennis gáudia.

Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Turris fortíſſima, nomen Dómini: ad ipſum currit juſtus, & exaltábitur. *Prov.* 18. 10.

Ant. 1. g. Quaſi lux ſplendens procédit, & creſcit uſque ad perfectam diem. *Prov.* 4. 18.

Antiph. 2. D. Præcepta ſúſcipit, ámbulat ſimplíciter, ámbulat confidenter. *Prov.* 10. *v.* 8. 9.

℣. Beátus vir qui timet Dóminum: ℟. In mandátis ejus cupit nimis. *Pſ.* 111. 1.

℟. *j.* In lege Dómini volúntas ejus, & in lege ejus * Meditábitur die ac nocte. *Pſ.* 1. 2. ℣. Quóniam oportet ſemper oráre & non deficere. *Luc.* 18. 1. * Meditábitur.

℟. *ij.* Stabilíta ſunt bona illíus in Dómino, *Eleemóſynas illíus enarrábit omnis Eccléſia ſanctórum. *Eccli.* 31. 11. ℣. Séminat in benedictiónibus, de benedictiónibus & metet. 2. *Cor.* 9. 6. * Eleemóſynas.

℟. *iij.* Oratiónes tuæ & eleemóſynæ tuæ * Aſcendérunt in memóriam † In conſpectu Dei. *Act.* 10. 4. ℣. In manſuetúdine ópera tua. *Eccli.* 3. 19. * Aſcendérunt. ℣. Glória. † In conſpectu.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. f. Pergébat ad templum Dómini, & ibi adorábat Dóminum Deum Iſrael. *Tob.* 1. 6.

Ant. 5. a. Ambulat in

s, & lóquitur veri-
; iſte in excelſis
bit. *Iſai.* 33. 15. 16.
. 1. *D.* Exquiſívit
ıum; cúmque re-
ːt Dóminum, dire-
n in ómnibus.
.ex Dei ejus in cor-
ıíus, ℟. Et non
ntabuntur greſſus
Pſal. 36. 31.
iv. Erat vir ille
x & rectus, * Ac
Deum, & recé-
malo. *Job.* 1. 1.
ımo iſte juſtus &
ıtus. *Luc.* 2. 25. *
nens.
. Dabis eum, Dó-
n benedictiónem in
n ſéculi: * Læti-
eum in gáudio
ultu tuo. *Pſ.* 20,
éntuplum accíp et,
ım æternam poſſi-
Matth. 19. 29. *
ábis.
vj. Innocens má-
& mundo corde *
ıccépit in vano á-
ı ſuam, nec jurá-
dolo próximo ſuo;
: accípiet benedi-
m à Dómino. *Pſ.*
5. ℣. Expectans
atiónem Iſrael. *Luc.*
. * Non accépit.
ória. † Hic.
II. NOCTURNO.
. 7. ç. Gáudium
ſt fácere judícium.
21. 15.
3. g. Pecúnias non
accépit, & non accuſá-
vit illum homo. *Eccli.*
46. 22.

Ant. 6 F. Fecit quod
rectum erat in conſpectu
Dómini. 3. *Reg.* 22. 43.
℣. Prævenisti eum, Dó-
mine, ℟. In benedictió-
nibus. *Pſ.* 20. 4.

℟. *vij.* Claudit ócu-
los ſuos ne vídeant ma-
lum; * Regem in decó-
re ſuo vidébunt óculi
ejus, cernent terram de
longè. *Iſai.* 33. *v.* 15.
℣. Expectábat & ipſe re-
gnum Dei. *Luc.* 23. 51.
* Regem.

℟. *viij.* Poſuiſti, Dó-
mine, in cápite ejus co-
rónam de lápide pretió-
ſo * Vitam pétiit à te,
& tribuiſti ei longitúdi-
nem diérum in ſéculum &
in ſéculum ſéculi. *Pſ.* 20.
4. 5. ℣. Factum eſt ut mo-
rerétur, & portarétur ab
Angelis in ſinum Abra-
hæ. *Luc.* 16. 22. * Vitam.

℟. *ix.* Ambulávit ſer-
vus tuus in conſpectu tuo,
in veritáte & juſtítia, &
recto corde tecum, *
Cuſtodiſti ei, Dómine,
miſericórdiã tuam gran-
dem. 3. *Reg.* 3. 6. ℣. Ha-
bet vitam æternam, &
in judícium non venit,
ſed tránſiit à morte in
vitam. *Joan.* 5. 24. *
Cuſtodiſti ei. ℣. Glória
Patri. * Cuſtodiſti.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Lux orta eſt juſto, ℟. Et rectis corde lætitia. *Pſ.* 96. 11.

Ant. 3. a. Oculus Dei reſpexit illum in bono; miráti ſunt in illo multi, & honoravérunt Deum. *Eccli.* 11. 13.

Ant. 6. *C.* Exaudíta eſt orátio tua, & eleemóſynæ tuæ commemorátæ ſunt in conſpectu Dei. *Act.* 10. 31.

Ant. 1. a. Pótuit tránſgredi, & non eſt tranſgreſſus: fácere mala, & non fecit. *Eccli.* 31. 10.

Ant. 7. c. Dilectus Deo & homínibus, cujus memória in benedictióne eſt. *Eccli.* 45. 1.

Ant. 8. c. De omni corde ſuo laudávit Dóminum, & diléxit Deum, qui fecit illum. *Eccli.* 47. 10.

Capitulum. Eccli. 31. *v.* 8. 9.

BEátus qui inventus eſt ſine mácula, & qui poſt aurum non ábiit, nec ſperávit in pecúnia & theſauris: quis eſt hic, & laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita ſua.

Hymnus. S. V.

QUI te, Deus, ſub íntimo
Amans recépit péctore,
Non ille terras ámpliùs
Suſpírat, oblítus ſuî.

QUID ergo gaudes néctere
Triſtes moras amántibus?
Terris retardas éxules,
Cives polo quos déſtinas.

HINC fervet in dies amor;
In vota toti díffluunt:
Ad aſtra feſtinántibus
Fit pœna, vita lóngior.

VIX iſte tardi córporis
Pondus moleſtum ſuſtinet;
Mortis diem præóccupat,
Ardens Deo ſe júngere.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

℣. Non ábiit in concílio impiórum, ℟. Et in via peccatórum non ſtetit. *Pſ.* 1. 1.

Ad Benedictus. *Ant.* 7. G. Probátus & perfectus eſt; erit illi glória æterna. *Eccli.* 31. 10.

Oratio.

ADeſto, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris, quas in beáti N. feſtivitáte deférimus; ut qui noſtræ juſtítiæ fidúciam non habémus, ejus qui tibi plácuit, précibus adjuvémur; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

PRIMAM.
. Oculus Dei.
TERTIAM.
. Exaudíta eſt.
ulum. Jac. 1. 27.
ligio munda & im-
aculáta apud Deum
t, viſitáre pupillos,
uas in tribulatióne
; & immaculátum
todíre ab hoc ſé-

r. Diſperſit, * De-
upéribus. *Rep*. Diſ-
℣. Juſtítia ejus ma-
ſéculum. * Dedit
ibus. ℣. Glória Pa-
Fílio. *Repet*. Diſ-

Cornu ejus exal-
t in glória. ℟. Pec-
vidébit & iraſcé-
ſal. 111. 9. 10.
SEXTAM.
. Pótuit.
ulum. Eccli. 33. *v*.
2. 3.
iens non odit man-
ta & juſtítias, cre-
gi Dei, & lex illi
.
br. Judícia Dómi-
a, * Juſtificáta in
ipſa. *Repet*. Judí-
℣. In cuſtodiendis
tribútio multa. *
cáta. ℣. Glória
Pſ. 18. *v*. 10. 11.
Judícia.
In memória ætér-
t juſtus; ℟. Ab au-
e mala non timé-
ſal. 111, 7.

AD NONAM.

Ant. De omni.

Capitulum. Eccli. 11. 13.

ERexit eum Deus ab humilitáte ipsíus, & exaltávit caput ejus.

℟. *br*. Juſtus * Ut palma florébit. *Repet*. Juſtus. ℣. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. * Ut palma. ℣. Glória. *Rep*. Juſtus. *Pſ*. 91. 13.

℣. Jucundus homo qui miſerétur, ℟. Et cómmodat. *Pſ*. 111. 5.

AD II. VESPERAS.

Ant. de Laudibus.

Capitulum. 1. Petr. 3. *v*. 10. 11.

QUi vult vitam dilígere, & dies vidére bonos, declínet à malo, & fáciat bonum: inquírat pacem, & ſequátur eam.

Hymnus, Summi puſillus, *ut ſuprà ad pr. Veſper*.

℣. Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum; ℟. Nec eſt in ſpíritu ejus dolus. *Pſal*. 31. 2.

Ad Magníficat. *Ant*. 4. D. Juſtum deduxit Dóminus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei; & dedit illi ſciéntiam ſanctórum. *Sap*. 10. 10.

Oratio, *ut ſuprà ad Laudes*, *niſi ſit propria*.

COMMUNE UNIUS VIRGINIS.

IN I. VESPERIS.

Ant. 8. G. NOn vocáberis ultrà derelícta, quia complácuit Dómino in te. *Iſai.* 62. 4.

Ant. 5. C. Eris coróna glóriæ in manu Dómini, & diadéma regni in manu Dei tui. *Ibid.* v. 3.

Ant. 4. A. Abundáre te fáciet Dóminus Deus tuus in cunctis opéribus mánuum tuárum. *Deut.* 30. 9.

Ant. 3. a. Benedícat tibi Dóminus, pulchritúdo juſtítiæ, mons ſanctus. *Jerem.* 31. 23.

Ant. 6. F. Deus miſéricors Deus tuus eſt, non dimittet te. *Deut.* 4. 30. 31.

Capitulum. Oſee, 2. 19.

SPonsábo te mihi in ſempiternum: & ſponsábo te mihi in juſtítia & judício, & in miſericórdia, & in miſeratiónibus.

℟. Audi, filia, & vide, & inclína aurem tuam: * Oblivíſcere pópulum tuum & domum patris tui, & concupiſcet rex decórem tuum † Quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus. *Pſal.* 44. 12. ℣. Spíritus ubi vult ſpirat, & vocem ejus audis. *Joan.* 3. 8. * Oblivíſcere. ℣. Glória. † Quóniam.

Si non ſit Martyr.

Hymnus. S. V.

VOs ô Virgínei cum cítharis chori,
Agni delíciæ, pars gregis óptima,
Sponſum virgíneo progénitum ſinu
Puris tóllite láudibus.

HÆc eſt feſta dies cælítibus ſacra,
Quâ plenâ rútilans óbvia lámpade,
Sponſo ſponſa Deo próxima concinit
Virgo cántica Vírgini.

MORTALES thálamos, córporis ímmemor,
Solo digna Deo cónjuge, réſpuit:
Sponſo perpétuo fœdere júngitur,
Sponſæ ſe Deus óbligat.

ÆGRO vix ſua ſunt pábula córpori:
Nil cernunt óculi, nil ſonat áuribus;
Morti, quod ráperet, próvida præripit;
Unus ſit Deus ómnia.

Fac, ô Chriſte, tuæ Virginis æmulos,
Nos inſtáre ſacrâ, quâ gráditur, viâ;
Qui gens ſancta ſumus, móribus íntegris
Uni fac tibi vívere.

Da te, ſumme Pater, tóllere láudibus:
Da te, Chriſte, ſequi, láurea Vírginum:
Fac incenſa tuis, Spíritus, árdeant
Flammis, frígida péctora. Amen.

Si ſit Martyr.

Hymnus. S. V.

Festis læta ſonent æthera cántibus:
Nunc aptáte tubas, ſúmite tympana,
Cœtus Angélici; dícite Vírginem,
Chriſti dícite Mártyrem.

Vestris illa fuit débita cœtibus,
Quæ mortális adhuc, nóbilis æmula,
Ut vos exprímeret, dedídicit genus,
Virgo córporis ímmemor.

Sed quid cogis, amor? fórtiter ámbiit
Sponſo virgíneum fúndere ſánguinem;
Oblíti méminit tunc bene córporis,
Præcláræ ſítiens necis.

Sic quâ parte minor, vos ſuperéminet,
Immortále genus, quæ pótuit mori,
Et per damna ſui córporis, íntegram
Teſtári Dómino fidem.

Patri máxima laus, máxima Fílio;
Amborumque ſacro máxima Flámini,
A quo magnánimæ prælía ſúſtinent,
Spreto fúnere, Vírgines. Amen.

℣. Regnábit Dóminus in ſécula Deus tuus, ℟. In generatiónem & generatiónem. *Pſ.* 145. 10.

Ad Magníficat. *Ant.* 1. D. Dóminum elegiſti hódie, ut ſit tibi Deus, & ámbules in viis ejus. *Deut.* 26. 17.

Oratio, ut infrà, niſi ſit propria.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Agnum quem ſequuntur Vírgines, * Veníte, adorémus. *Apoc.* 14. 4.

Pſal. Veníte.

Si non ſit Martyr.

Hymnus. S. V.

Cœlestis aula pánditur;
En Sponſus; omnes óbviæ,
Exíte ſponſo vírgini,
Exíte, ſponſæ Vírgines.

Hæc nuptiális eſt dies,
Quæ, longa poſt ſuſpíria,

Dat ómnibus, dat ſingulis
Jam pléniùs frui Deo.

Quæ caſta vobis gáudia,
Quos afflet ignes, dícite:
Ab ore cujus púrior
Torrens voluptas éffluit?

Hunc propter unum ſpuit
Superba regum púrpura:
Dotáta quæ ſponſo Deo,
Quid Virgo terris ámbiat?

O virginales núptiæ,
Per quas caro fit ſpíritus!
O dulce vinclum, júngitur
Quo mens Deo, menti Deus!

Sit laus Patri, laus Fílio;
Sit par tibi laus, Spíritus,
Divína qui perénnibus
Firmas ſigillis fœdera.
Amen.

Si ſit Martyr.

Hymnus. S. V.

Virginum robur, Deus, atque cuſtos,
Sexus imbellis, médios per enſes,
Dum faves, quas non ſúperat viríli
Péctore mortes!

Pro tuis aris animóſa Virgo
Molle dat pœnis laceráre corpus;
Non ſuos ſentit, memor ô! tuórum,
Chriſte, dolórum.

Non graves plagæ, válidi nec ictus
Integram poſſunt violáre mentem;
Quin ſacri creſcit magis obſtinátus
Ardor amóris.

Sponsa dilecto placitúra Sponſo,
Déſpicit ruptum laniáta corpus:
Eſt ſuus truncis honor, & venuſtas
Eſt ſua membris.

Summa laus Patri, genitóque Verbo,
Et tibi compar, utriuſque Nexus,
Fac tibi ſemper placeámus uni
Móribus æquis.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. ç. Omnis ponderátio non eſt digna continentis ánimæ. *Eccli.* 26. 20.

Ant. 3. à. Habébit fructum in reſpectióne animárum ſanctárum. *Sap.* 3. 14.

Ant. 1. a. Dóminus Deus Iſraël ipſe eſt poſſéſſio ejus. *Joſ.* 13. 33.

℣. Exultent fíliæ Judæ, ℟. Propter judícia tua, Dómine. *Pſ.* 47. 12.

℟. *j.* Lámpades ejus lámpades ignis atque flammárum; * Aquæ multæ non potuérunt extínguere charitátem. *Cant.* 8. 6. 7. ℣. Pudíca eſt, pacífica,

pacífica, modeſta, bonis conſéntiens, plena miſericórdiâ, & frúctibus bonis. *Jac.* 3. 17. * Aquæ.

℟. *ij.* Innupta & virgo * Cógitat quæ Dómini ſunt, ut ſit ſancta córpore & ſpíritu. 1. *Cor.* 7. 3. ℣. Diſciplína illíus datum Dei eſt. *Eccli.* 26. 17. * Cógitat.

℟. *iij.* Magna facta eſt, & præclárior erat univerſæ terræ Iſraël: * Erat étiam virtúti cáſtitas adjuncta. *Judith.* 16. 25. ℣. Omne opus bonum ſubſecúta eſt. 1. *Tim.* 5. 10. * Erat. ℣. Glória. * Erat.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Timens Dóminum, ipſa laudábitur. *Prov.* 3. 30.

Ant. 3. a. Omnium óculis gratióſa, & amábilis videbátur. *Eſth.* 2. 15.

Ant. 5. a. Gáudio gaudet propter vocem Sponſi. *Joan.* 3. 29.

℣. Delectavérunt te, Dómine, filiæ regum, ℟. In honóre tuo. *Pſal.* 44. 9.

℟. *iv.* Deprecabátur Dóminum Deum Iſraël, dicens; * Dómine mi, qui Rex noſter es ſolus, ádjuva me; præter te nullus eſt auxiliátor. *Eſther.* 14. 3. ℣. Omne datum óptimum & omne donum perfectum deſursùm eſt, deſcendens à Patre lúminum. *Jacob.* 1. 17. * Dómine.

℟. *v.* Immortális eſt memória illíus: * Quóniam apud Deum nota eſt, & apud hómines. *Sap.* 4. 1. ℣. Lumen ejus símile lápidi pretióſo. *Apoc.* 21. 11. * Quóniam.

℟. *vj.* In perpétuum coronáta * Triumphat, incoinquinatórum certáminum præmium vincens. *Sap.* 4. 2. ℣. Quia fortis eſt ut mors diléctio. *Cant.* 8. 6. * Triumphat. ℣. Glória. * Triumphat.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Dóminus Deus tuus ignis conſúmens eſt, Deus æmulátor. *Deut.* 4. 24.

Ant. 2. D. Silébit Dóminus in dilectióne ſua, exultábit ſuper te in laude. *Soph.* 3. 17.

Ant. 6. F. Dóminus Deus tuus in médio tuî fortis, ipſe ſalvábit. *Ibid.*

℣. Benedícat te Dóminus ex Sion, ℟. Qui fecit cœlum & terram. *Pſal.* 133. 3.

℟. *vij.* Exultémus & demus glóriam Deo, quia venérunt núptiæ Agni * Et uxor ejus præparávit ſe. *Apoc.* 19. 7. ℣. Ipſe

tamquam ſponſus procédens de thalamo ſuo. *Pſ.* 18. 6. * Et uxor ejus præparávit.

℟. *viij.* Exulta ſatis, filia Sion; júbila, filia Jerúſalem; ecce Rex tuus véniet, * Tibi juſtus & ſalvátor. *Zach.* 9. 9. ℣. Médiâ nocte clamor factus eſt; Ecce ſponſus venit. *Matth.* 25. 6. * Tibi juſtus.

℟. *ix.* Reddat tibi Dóminus pro ópere tuo, * Plenam mercédem recípias à Dómino Deo Iſraël, † Sub cújus confugiſti alas. *Ruth.* 2. 12. ℣. Fília, fides tua te ſalvam fecit. *Matt.* 9. 22. * Plenam. ℣. Glória. † Sub.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Vírgines laudent nomen Dómini, ℟. Quia exaltátum eſt nomen ejus ſolíus. *Pſal.* 148. 12. 13.

Ant. 6. F. Lauda, filia Sion; lætáre, & exulta in omni corde, filia Jerúſalem. *Soph.* 3. 14.

Ant. 4. a. Dóminus Deus tuus ipſe eſt vita tua, & longitúdo diérum tuórum. *Deut.* 30. 20.

Ant. 8. c. Ipſe eſt pater tuus, qui poſſédit te, & fecit, & creávit te. *Deut.* 32. 6.

Ant. 5. C. Sit Dóminus tuus benedictus, cui complacuiſti, eò quòd diléxerit Dóminus Iſraël. 3. *Reg.* 10. 9.

Ant. 1. g. Dominábitur tuî qui fecit te; Dóminus exercítuum, nomen ejus. *Iſai.* 54. 5.

Capitulum. 1. Cor. 7. 25.

De virginibus præceptum Dómini non hábeo; consílium autem do, tamquam miſericórdiam conſecútus à Dómino, ut ſim fidélis.

Si non ſit Martyr.

Hymnus. Muret.

O Virgo, pectus cui ſacrum
Amóris expers ímprobi,
Intùs ſuis ardóribus
Sanctus peruſſit Spíritus!

Non te voluptas ſénſuum
Fallax venénis mólliit,
Solas amantem pérſequi
Cœleſtis Agni núptias.

Sic ille natus Vírgine
Suo decóre céperat,
Ut ejus ardens ígnibus,
Mundána cuncta témneres.

Beata cui nunc Cœlitum,
Inter canéntium choros,
Cœlo lìcet perénnibus
Sponſi potíri gáudiis.

Æterne Sponſe Vírginum,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo
Spíritu,

In ſempiterna ſécula.
Amen.
Si ſit Martyr.
Hymnus. S. V.

QUid ſacram, Virgo, generóſa Martyr,
Ambiunt frontem dúplices corónæ?
Nempe non unum gémino reportas
Hoſte triumphum.

MOLLIOR fregit neque te voluptas;
Impotens flexit neque te Tyrannus;
Tu graves pœnas, paritérque blandos
Vincis amóres.

LILIIS Sponſus récubat, roſiſque;
Tu, tuo ſemper bene fida Sponſo,
Et roſas Martyr, ſimul & dediſti
Lília Virgo.

SUMMA laus Patri, genitóque Verbo,
Et tibi compar, utriuſque Nexus;
Fac tibi ſemper placeámus uni
Móribus æquis.
Amen.

℣. Corónat te Dóminus in miſericórdia,
℟. Et miſeratiónibus. *Pſal.* 102. 4.

Ad Benedictus. *Ant.* 3. E. Felix eſt ſtérilis & incoinquináta, quæ neſcívit thorum in delicto. *Sap.* 3. 13.

Si ſit Martyr. Oratio.

DEus, qui inter cætera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in ſexu frágili victóriam martyrii contuliſti: concéde propítius, ut qui beátæ N. Vírginis & Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exempla gradiámur; Per.

Alia Oratio.

INdulgéntiam nobis, quæſumus, Dómine, beáta N. Virgo & Martyr implóret, quæ tibi grata ſemper éxtitit, & mérito caſtitátis, & tuæ profeſſióne virtútis; Per.

Si non ſit Martyr. Oratio.

DEus, qui habitáculum tuum in corde pudíco conſtituiſti: concéde, ut qui fidélis ſponſæ tuæ N. puritátem húmili venerámur obſéquio, piæ converſatiónis ſequámur exemplo; Per Dóminum.

Alia Oratio.

OMnípotens ſempiterne Deus, qui mundi contemptum te diligéntibus inſpiraſti: da nobis, in feſtivitáte beátæ N. Vírginis, ejus interceſſióne terréna deſpícere, & tibi ſoli firmiter adhærére; Per.

AD PRIMAM.
Ant. Lauda.

AD TERTIAM.
Ant. Dóminus.

Capitulum. Zach. 9. 17.

QUid bonum Dómini eſt, & quid pulchrum ejus, niſi frumentum electórum, & vinum gérminans vírgines?

℟. *br.* Fiat cor meum, Dómine, * Immaculátum. *Rep.* Fiat. ℣. In juſtificatiónibus tuis. * Immaculátum. ℣. Glória. *Rep.* Fiat. *Pſ.* 118. 80.

℣. Beáti immaculáti in via, ℟. Qui ámbulant in lege Dómini. *Pſ.* 118. 1.

AD SEXTAM.

Ant. Ipſe eſt.

Capitulum. Sap. 8. 21.

UT ſcivi quóniam áliter non poſſem eſſe cóntinens, niſi Deus det; & hoc ipſum erat ſapiéntiæ, ſcire cujus eſſet hoc donum; ádii Dóminum.

℟. *br.* Dóminus cuſtódit te, * Dóminus protéctio tua. *Repet.* Dóminus. ℣. Super manum déxteram tuam. * Dóminus protéctio. ℣. Glória. *Repet.* Dóminus cuſtódit. *Pſ.* 120. 5.

℣. Per diem ſol non uret te, ℟. Neque luna per noctem. *Pſal.* 120. 6.

AD NONAM.

Ant. Dominábitur.

Capitulum. Sap. 6. 19. 20.

CUſtodítio legum conſummátio incorruptiónis eſt: incorrúptio autem facit eſſe próximum Deo.

℟. *br.* Vitam pétiit à te, Dómine, * Et tribuíſti ei. *Rep.* Vitam. ℣. Longitúdinem diérum. * Et tribuíſti. ℣. Glória. *Repet.* Vitam pétiit.

℣. Magna eſt glória ejus, ℟. In ſalutári tuo. *Pſ.* 20. 5. 6.

AD II. VESPERAS.

Ant. Lauda, fília, *cum cæteris de Laudibus.*

Capitulum. 1. Cor. 7. v. 7. 8.

UNuſquiſque próprium donum habet ex Deo; dico non nuptis: Bonum eſt illis, ſi ſic permáneant.

Hymnus. Vos ô Virginei, *vel* Feſtis læta ſonent, *ut ſup. ad pr. Veſperas.*

℣. Replet Dóminus in bonis deſidérium tuum; ℟. Renovábitur ut áquilæ juventus tua. *Pſ.* 102. 5.

Ad Magnif. *Ant.* 7. G. Dómine, qui habes ómnium ſciéntiam, tu ſcis quòd nunquam lætáta ſit ancilla tua, niſi in te, Dómine Deus. *Eſth.* 14. 16. 18.

Oratio ut ſup. ad Laudes, niſi ſit propria.

COMMUNE UNIUS MULIERIS vel Viduæ.

IN I. VESPERIS.

Ant. 2. D. MUlier fortis oblectat virum ſuum, & annos vitæ illíus in pace implébit. *Eccli.* 26. 2.

Ant. 1. a. Sicut ſol óriens mundo in altíſſimis Dei; ſic mulíeris bonæ ſpécies in ornamentum domûs ejus. *Ibid. v.* 21.

Ant. 3. a. Fáciat Dóminus hanc mulíerem, ſicut Rachel & Liam quæ ædificavérunt domum Iſraël. *Ruth.* 4. 11.

Ant. 6. C. Sit exemplum virtútis, & hábeat célebre nomen. *Ibid.*

Ant. 8. G. Fundamenta ætерna ſupra petram ſólidam, & mandáta Dei in corde mulíeris ſanctæ. *Eccli.* 26. 24.

Capitulum. Prov. 31. 10.

MUlíerem fortem quis invéniet? Procul & de último finibus prétium ejus; confidit in ea cor viri ſui, & ſpóliis non indigébit.

In Duplicibus & ſuprà:

℟. Fortitúdo & decor indumentum ejus, * Ridébit † In die noviſſimo. *Prov.* 31. 25. ℣. Múlier colens Deum, cujus Dóminus apéruit cor. *Act.* 16. 14. * Ridébit. ℣. Glória. † In die.

Hymnus. S. V.

ADESTE, ſanctæ Cónjuges;
En illa fortis Fémina,
Ornáta quæ virtútibus,
Triumphat inter Cœlites.

NON illa luxu véſtium,
Non crine torto ſpléndduit;
Cultu nitens ſed símplice,
Puris placébat móribus.

SE ſub ſerénis vúltibus
Auſtéra virtus ócculit;
Timet vidéri, ne ſuum,
Dum prodit, amittat decus.

PASCENDA cœleſti cibo,
Sacris ſtudébat líttteris;
Templo frequens, ſed ſédula
Redíbat ad curam domûs.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória. Amen.

℣. Non timébit à timóre nocturno, ℟. A ſagitta volante in die. *Pſal.* 90. 5.

Ad Magnif. *Ant.* 7. G. Pars bona, múlier bona, in parte timéntium Deū; dábitur viro pro factis bonis. *Eccli.* 26. 3.

Orat. ut infrà ad Laudes.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Deum in quo ſanctæ mulíeres ſperavérunt, * Veníte, adorémus. 1. *Pet.* 3. 5.

Pſal. Veníte.

Hymnus. S. V.

ARDET Deo quæ Fémina,
Latére fruſtrà cógitat:
Quot indigentes ſúblevat,
Tot próditur præcónibus.

PRODESSE quærit ómnibus,
Curis honeſtis ánxia;
Patróna, cuſtos Vírginum,
Secunda mater órphanis.

PANNIS latentem vílibus,
Chriſtum fovébat hóſpitem;
Quas dura ſubtraxit ſibi,
Opes refundit pródiga.

PACEM domi, pacem foris
Alto colit ſiléntio:
Lites amat compónere,
Ut una mens ſit ómnibus.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. *G.* Grátia ſuper grátiam, múlier ſancta & pudórata. *Eccli.* 26. 19.

Ant. 3. g. Mulíeris bonæ beátus vir; númerus enim annórum illíus duplex. *Ibid.* v. 1.

Ant. 2. D. Múlier ſenſáta & tácita, non eſt immutátio erudítæ ánimæ. *Ibid.* v. 18.

℣. Anima ejus in bonis demorábitur, ℟. Et ſemen ejus hæreditábit terram. *Pſal.* 24. 13.

℟. *j.* Non extinguétur in nocte lucerna ejus; * Manum ſuam apéruit ínopi, & palmas ſuas extendit ad páuperem. *Prov.* 31. 18. 20. ℣. Surget in judício cum generatióne iſta, & condemnábit eam. *Matth.* 12. 4. * Manum.

℟. *ij.* Lex cleméntiæ in lingua ejus: * Conſiderávit ſémitas domûs ſuæ, & panem otióſa non comédit. *Prov.* 31. 26. 27. ℣. Quod decet mulíeres promittentes pietátem per ópera bona. 1. *Tim.* 2. 10. * Conſiderávit.

℟. *iij.* Ingreſſa eſt oratórium ſuum, * Et proſternens ſe Dómino, † Clamábat ad Dóminum. *Judith.* 9. 1. ℣. Fidélem crédidit eſſe eum qui repromíſerat. *Hebr.* 11. 11. * Et proſternens. ℣. Glória. † Clamábat.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. a. Quæſivit lanam & linum, & operáta eſt consílio mánuum ſuárum. *Prov.* 31. 13.

Ant. 7. *d.* Facta eſt quaſi navis inſtitóris, de longè portans panem ſuum. *Ibid. v.* 14.

Ant. 5. a. De nocte ſurrexit, deditque prædam doméſticis ſuis. *Ibid. v.* 15.

℣. Deus in dómibus ejus cognoſcétur, ℟. Cùm ſuſcípiet eam. *Pſalm.* 47. 4.

℟. *iv.* Hæc confitebátur Dómino, * Loquebátur de illo ómnibus qui expectábant redemptiónem Iſraël. *Luc.* 2. 38. ℣. Repléta ſapiéntiâ, & femíneæ cogitatióni maſculínum ánimum ínſerens. 2. *Mac.* 7. 21. * Loquebátur.

℟. *v.* Hæc non diſcedébat de templo, * Jejúniis & obſecratiónibus ſérviens nocte ac die. *Luc.* 2. 37. ℣. Flétibus & lúctui apta indumenta ſuſcépit, & deprecabátur Dóminum. *Eſth.* 14. 2. 3. * Jejúniis.

℟. *vj.* Benedicta es à Dómino, fília; * Scit enim omnis pópulus mulíerem te eſſe virtútis. *Ruth.* 3. *v.* 10. 11. ℣. O múlier, magna eſt fides tua! *Matt.* 15. 28. * Scit enim. ℣. Glória. * Scit enim.

IN III. NOCTURNO

Ant. 7. d. Conſiderávit agrum & emit eum: de fructu mánuum ſuárum plantávit víneam. *Prov.* 31. 16.

Ant. 6. F. Guſtávit, & vidit, quia bona eſt negotiátio ejus. *Ibid. v.* 18.

Ant. 1. D. Omne opus bonum ſubſecúta eſt. 1. *Tim.* 5. 10.

℣. Confirmátum eſt cor ejus, ℟. Non commovébitur. *Pſal.* 111. 8.

℟. *vij.* Surrexérunt fílii ejus, & beatíſſimam prædicavérunt; * Vir ejus, & laudávit eam. *Prov.* 31. 28. ℣. Múlier glória viri eſt: non enim vir ex mulíere, ſed múlier ex viro. 1. *Cor.* 11. *v.* 7. 8. * Vir ejus.

℟. *viij.* Hæc erat plena opéribus bonis, & eleemóſynis quas faciébat: * Factum eſt autem in diébus illis ut infirmáta morerétur. *Act.* 9. 36. ℣. Suſpexit ad cœlum; erat enim cor ejus fidúciam habens in Dómino. *Deut.* 13. 35. * Factum.

℟. *ix.* Nunc ergo ora pro nobis, * Quóniam múlier ſancta es, & timens Deum. *Judith.* 8.

29. ℣. Fides tua te ſalvam fecit. *Luc.* 7. 50. * Quóniam. ℣. Glória. * Quóniam.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Exultáte in conſpectu Patris orphanórum, ℟. Et Júdicis viduárum. *Pſalm.* 67. 5. 6.

Ant. 6. F. Fallax grátia, & vana eſt pulchritúdo: múlier timens Dóminum ipſa laudábitur. *Prov.* 31. 30.

Ant. 8. c. Manum ſuam miſit ad fórtia, & digiti ejus apprehendérunt fuſum. *Ibid.* v. 19.

Ant. 4. E. Accinxit fortitúdine lumbos ſuos, & roborávit bráchium ſuum. *Ibid.* v. 17.

Ant. 1. f. In ancilla ſua adimplévit Dóminus miſericórdiam ſuam. *Judith.* 13. 18.

Ant. 5. a. Laudent eam in portis ópera ejus. *Prov.* 31. 31.

Capitulum. 1. Tim. 2. 9.

MUlíeres in hábitu ornáto, cum verecúndia & ſobrietáte ornantes ſe, & non in tortis crínibus, aut auro, aut margarítis, vel veſte pretióſâ.

Hymnus. S. V.

O JAM beáta, quæ ſuo
Tandem ſolúta córpore,
Vinclis perennióribus
Uni Deo conjúngitur!

PER quos gradus cœlum petit,
Hâc ire vos omnes docet,
Junctæ jugáli vínculo,
Et vos ſolútæ cónjuges.

INSIGNIS & nos Féminæ
Sequi decet veſtígia,
Magnum vel ipſis quæ fuit
Virtútis exemplum viris.

QUEIS arſit illa, fac, Deus,
Flagrémus & nos ígnibus;
Eóque, quo te vis coli,
Amóre, fac mens te colat.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

℣. Dilexiſti juſtítiam, ℟. Et odiſti iniquitátem. *Pſal.* 44. 8.

Ad Benedictus. *Ant.* 2. D. Orábat Dóminum Deum Iſraël, & munda manébat in tabernáculo. *Judith.* 12. v. 8. 9.

Si ſit Martyr, Oratio.

TRíbue, quæſumus, Dómine, précibus noſtris cum exultatióne proventum: ut beatæ *N.* cujus paſſiónem recólimus, conſtántiam imitémur; Per.

Alia Oratio.

MArtyris tuæ N. nos, Dómine, confeſſio

ſancta commúniat, & fragilitáti noſtræ contínuum ímpetret ſubsídium; Per.

Si non ſit Martyr. Oratio.

TUórum corda fidélium, Deus miſerátor, illuſtra; & beátæ *N.* précibus ac méritis, fac nos terréna deſpícere, & amáre cœléſtia; Per.

Alia Oratio.

ESto, quæſumus, Dómine, intercedente beátâ *N.* propítius plebi tuæ; ut quæ tibi non placent, reſpuentes, tuórum repleámur deſidério mandatórum; Per.

AD PRIMAM.

Ant. Fallax.

AD TERTIAM.

Ant. Manum.

Capitulum. Judith. 10. 8.

GLoriétur ſuper te Jerúſalem, & ſit nomen tuum in número ſanctórum & juſtórum. Et dixérunt hi qui illic erant omnes unâ voce: Fiat, fiat.

℟. *br.* Lauda Dóminum, * Lauda Deum tuum. *Rep.* Lauda Dóminum. ℣. Benedixit filiis tuis in te. * Lauda. ℣. Glória. *Rep.* Lauda.

℣. Póſuit fines tuos pacem, ℟. Et ádipe frumenti ſátiat te. *Pſal.* 147. 14.

AD SEXTAM.

Ant. Accinxit.

Capitulum. Tob. 10. 13.

MOnébant filiam ſuam honoráre ſóceros, dilígere marítum, régere famíliam, gubernáre domum, & ſeipſam irreprehensíbilem exhibére.

℟. *br.* Totâ die * Miserétur & cómmodat. *Repet.* Totâ. ℣. Et ſemen illius in benedictióne erit. * Miſerétur. ℣. Glória. *Repet.* Totâ die. *Pſal.* 36. 16.

℣. Pupillum & víduam ſuſcípiet Dóminus, ℟. Et vias peccatórum diſperdet. *Pſal.* 145. 9.

AD NONAM.

Ant. Laudent.

Capitul. 1. Tim. 2. 15.

SAlvábitur per filiórum generatiónem, ſi permánſerit in fide, & dilectióne, & ſanctificatióne, cum ſobrietáte.

℟. *br.* Vídeas bona Jerúſalem * Omnibus diébus vitæ tuæ. *Rep.* Vídeas. ℣. Et vídeas filios filiórum tuórum. * Omnibus. *Pſalm.* 127. 6.

℣. Glória. *Repet.* Vídeas.

℣. Exultavérunt filiæ Judæ, ℟. Propter judícia tua, Dómine. *Pſal.* 96. 8.

AD II. VESPERAS.

Ant. Fallax, *cum cæteris de Laudibus.*

Capitulum. 1. Petr. 3. 1.

MUlieres ſubditæ ſint viris ſuis, ut ſi qui non credunt verbo, per mulierum converſatiónem ſine verbo lucrifiant.

Hymnus, Adeſte, *ut ſupr. ad pr. Veſperas.*

℣. Benedicat tibi Dóminus ex Sion, ℟. Et videas bona Jeruſalem. *Pſ.* 147. 5.

Ad Magnif. *Ant.* 3. E.

Erat hæc in ómnibus famoſíſſima, quóniam timébat Dóminum valdè; nec erat qui loquerétur de illa verbum malum. *Judith.* 8. 8.

Si non ſit propria Oratio, dicitur ut ſuprà ad Laudes.

COMMUNE LECTIONUM PRO FESTIS SANCTORUM,

Quibus propria non aſſignantur.

Si Feſtum ſit Semiduplex aut Duplex-minus, in I. Nocturno non leguntur Lectiones : in II. de Scriptura occurrente : in III. quarta & quinta ſunt prima & ſecunda Nocturni II. infrà poſiti ; ſexta verò, Evangelium cum Homilia.

Si Feſtum ſit Duplex-majus, aut Solemne-minus aut majus, in I. Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente ; in II. & III. Nocturno, ut infrà.

Si Feſtum ſit Annuale Patroni, ſit omninò ut infrà.

In Feſto Annuali PATRONI, aut PATRONÆ, aut etiam plurium Patronorum.

Officium ſit de Communi conveniente.

IN I. NOCTURNO.

De libro ſecundo Machabæórum.

LECTIO I. *Cap.* 15. 7.

Exemplum ſpei in Deo.

MAchabæus ſemper confidébat cum omni ſpe auxílium ſibi à Deó affutúrum. Et hortabátur ſuos ne formidárent ad adventum Natiónum, ſed in mente habérent adjutória ſibi facta de cœlo, & nunc ſperárent ab Omnipotente ſibi affutúram victóriam. Et allocútus eos de Lege & Prophétis, ádmonens étiam certámina, quæ fécerant priùs, promptióres conſtítuit eos : & ita ánimis eórum erectis, ſimul oſtendébat Géntium falláciam, & juramentórum prævaricatiónem.

LECTIO II. *v.* 11.

Oratio Oniæ pro omni populo.

SIngulos autem illórum armávit, non clypei, & haſtæ munitione, ſed ſermónibus óptimis, & exhortatió-

nibus, expóſito digno fide ſómnio, per quod univerſos lætificávit. Erat autem hujuſcémodi viſus: Oníam, qui fúerat ſummus Sacerdos, virum bonum & benignum, verecundum viſu, modeſtum móribus, & elóquio decórum, & qui à púero in virtútibus exercitátus ſit, manus protendentem, oráre pro omni pópulo Judæórum. Poſt hoc apparuiſſe & álium virum ætáte & glóriâ mirábilem, & magni decóris habitúdine circa illum.

Lectio III. *v. 16.*

Fratrum amator.

Reſpondentem verò Oníam dixiſſe: Hic eſt fratrum amátor, & pópuli Iſraël; hic eſt qui multum orat pro pópulo & univerſâ ſanctâ civitáte, Jeremías Prophéta Dei. Extendiſſe autem Jeremíam déxteram, & dediſſe Judæ gládium áureum, dicentem; Accipe ſanctum gládium munus à Deo, in quo dejícies adverſários pópuli mei Iſraël. Exhortáti ítaque Judæ ſermónibus bonis valdè, de quibus extolli poſſet ímpetus, & ánimi júvenum confortári, ſtatuérunt dimicáre & confligere fórtiter, ut virtus de negótiis judicáret.

Si Feſtum ſit unius Martyris.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Auguſtini Epíſcopi.

Serm. 283. in Nat. Mart. Maſſil.

Lectio IV.

Fortitúdinem ſanctórum Mártyrum ſic in eórum paſſióne mirémur, ut grátiam Dómini prædicémus. Neque enim & illi in ſeipſis laudári voluérunt, ſed in illo cui dícitur: In Dómino laudábitur ánima mea. Hoc qui intélligunt, non ſupérbiunt: cum tremóre petunt, cum gáudio accípiunt: perſevérant, jam non amittunt. Quià enim non ſupérbiunt, mites ſunt. Et ídeò cùm dixiſſet: In Dómino laudábitur ánima mea; áddidit: Audiant mites, & jucundentur. Quid caro infirma, quid vermis & putrédo eſſet, niſi quod cantávimus verum eſſet: Deo ſubjiciétur ánima mea, quóniam ab ipſo eſt patiéntia mea? Etenim ut mala ómnia pro fide Mártyres toleráreat, virtus eórum patiéntia nominátur.

Lectio V.

Duo ſunt enim quæ in peccáta hómines aut illíciunt, aut impellunt; volúptas, aut do-

lor : voluptas íllicit, dolor impellit. Contra voluptátes neceſſária eſt continéntia; contra dolóres patiéntia. Hoc enim modo ſuggéritur humánæ menti ut peccet. Aliquando dícitur : Fac, & hoc habébis; aliquando autem : Fac, ne hoc patiáris. Voluptátem præcédit promiſſio, dolórem comminátio. Ut ergo hábeant hómines voluptátem, vel non patiantur dolórem, peccant. Ideo Deus contra iſta duo, quorum eſt unum in blanda promiſſióne, álterum in terríbili comminatióne; & promíttere dignátus eſt, & terrére : promíttere regnum cœlórum, terrére de ſupplíciis inferórum. Dulcis eſt voluptas, ſed dúlcior Deus. Malus eſt dolor temporális, ſed pejor eſt ignis æternus. Habes quod ames pro mundi amóribus, imò pro immundis amóribus. Habes quod tímeas pro mundi terróribus. Sed parum eſt monéri, niſi ímpetres adjuvári. Præſens ergo pſalmus quem cantávimus, dócuit nos à Deo útique eſſe patiéntiam noſtram contra dolóres. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

Lect. VI. *Long. poſt præd.*

Dícite quod ſéquitur : Deus adjútor eſt. Hunc adjutórem, ut vínceret, beátus Martyr hábuit, quem mirámur, cujus ſolemnitátem hódie celebrámus. Sine illo non vínceret. Et ſi dolóres vínceret, diábolum non vínceret. Aliquando enim victi à diábolo, vincunt dolóres; non habentes patiéntiam, ſed durítiam. Ille ergo adjútor áffuit, ut donáret ei veram fidem, fáceret ei bonam cauſam, & pro bona cauſa donáret patiéntiam. Tunc enim eſt patiéntia, quando præcédit bona cauſa. Non enim & ipſam fidem álius quàm Deus donat. Bréviter utrumque commendávit Apóſtolus; & cauſam pro qua patiámur, & patiéntiam quâ mala perferámus, à Deo nobis eſſe : exhortans enim Mártyres, ait : Quia vobis donátum eſt pro Chriſto; ecce cauſa bona : Non ſolùm ut credátis in eum, ſed étiam ut patiámini pro eo; hæc eſt vera patiéntia.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola ſecunda beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

Lectio VII. *Cap. 4.*

Semper enim nos qui vívimus, in mortem

trádimur propter Jeſum: ut & vita Jeſu manifeſtétur in carne noſtra mortáli. Ergo mors in nobis operátur, vita autem in vobis. Habentes autem eumdem ſpíritum fidei, ſicut ſcriptum eſt: Crédidi, propter quod locútus ſum; & nos crédimus, propter quod & lóquimur: ſcientes, quóniam qui ſuſcitávit Jeſum, & nos cum Jeſu ſuſcitábit, & conſtítuet vobiſcum. Omnia enim propter vos, ut grátia abundans, per multos in gratiárum actióne, abundet in glóriam Dei. Propter quod non deficimus: ſed licèt is, qui foris eſt, noſter homo corrumpátur: tamen is qui intùs eſt, renovátur de die in diem.

LECTIO VIII.

Cap. 4. & 5.

ID enim quod in præſenti eſt momentáneum & leve tribulatiónis noſtræ, ſupra modum in ſublimitáte æternum glóriæ pondus operátur in nobis: non contemplántibus nobis quæ videntur, ſed quæ non vidèntur. Quæ enim videntur, temporália ſunt; quæ autem non videntur, ætérna ſunt. Scimus enim, quóniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitatiónis diſſolvátur, quòd ædificatiónem ex Deo habémus, domum non manufactam, æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemiſcimus, habitatiónem noſtram quæ de cœlo, eſt ſuperíndui cupientes: ſi tamen veſtiti, non nudi, inveniámur. Nam & qui ſumus in hoc tabernáculo, ingemíſcimus graváti; eò quòd nólumus expoliári, ſed ſuperveſtíri; ut abſorbeátur quod mortále eſt, à vita.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO IX. *Cap.* 10.

IN illo témpore, Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Non eſt diſcípulus ſuper magiſtrum, nec ſervus ſuper dóminum ſuum. Et réliqua.

Homília ſancti Cypriáni Epíſcopi & Mártyris.

Epiſt.* 56. *de Exhort. mart. ad Thibaritanos.

SIt ante óculos, fratres dilectiſſimi, quòd qui omne judícium à Patre ſolus accépit, & qui ventúrus eſt & judicatúrus, jam judícii ſui & cognitiónis futúræ ſenténtiam protúlerit, prænúntians & conteſtans confeſsúrum ſe coram Patre ſuo confitentes, & negatúrum negantes. Neque áliquis perſecutiónis

ſic terreátur , ut
:vangélicis exhorta-
bus & præceptis ,
ıónitis cœléſtibus ,
mnia inveniátur ar-
s. Iráſcitur adver-
;, & minátur ; ſed eſt
oſſit de ejus máni-
beráre. Ille metuen-
ſt, cujus iram nemo
t evádere , ipſo præ-
ente & dicente : Ne
ritis eos qui occí-
corpus , ánimam
n non poſſunt oc-
e ; magis autem me-
eum , qui poteſt &
ıs & ánimam occí-
in gehennam. Et íte-
: Qui amat ánimam
, perdet illam ; &
odit ánimam ſuam
o ſéculo , in vitam
am conſervábit il-
Ecce agon ſublímis
agnus , & còrónæ
tis præmio glorió-
Præliantes nos ſpe-
Deus , ſpectant An-
jus , ſpectat & Chri-
Quanta eſt glóriæ
tas , quanta felícitas,
nte Deo cóngredi ,
riſto júdice coroná-

lum ſit plur. Martyr.
II. NOCTURNO.
o ſancti Auguſtíni
Epíſcopi.
335. *in Nat. Mart.*
ECTIO IV.
Uóniam dies ſan-
ctórum Mártyrum
eſt, unde pótiùs áliquid
deléctet nos dícere niſi de
glória ipſórum ? Adju-
vet nos Dóminus Már-
tyrum. Audívimus paulò
antè beátum Paulum A-
póſtolum prædicantem :
Quis nos ſeparábit à cha-
ritáte Chriſti ? (Iſta vox
eſt Mártyrum.) Tribulá-
tio , an angúſtia , an
perſecútio , an fames , an
núditas , an perículum ,
an gládius ? ſicut ſcri-
ptum eſt : Propter te mor-
te afficimur totâ die , de-
putáti ſumus ut oves oc-
ciſiónis : ſed in his óm-
nibus ſuperámus per eum
qui diléxit nos. Hæc eſt
vox Mártyrum , ómnia
toleráre , & de ſe nihil
præſúmere ; illum dilí-
gere , qui glorificátur in
ſuis : ut , Qui gloriátur ,
in Dómino gloriétur.

LECTIO V.

NOverant & illud
quod nos cantávi-
mus paulò antè : Lætá-
mini in Dómino , &
exultáte juſti. Si juſti in
Dómino lætantur , inju-
ſti non novérunt lætári
niſi in ſéculo. Sed ipſa eſt
prima ácies debellanda :
primò vincendæ ſunt de-
lectatiónes , & póſteà do-
lóres. Quómodo poteſt
ſuperáre mundum ſævien-
tem , qui non poteſt ſu-
peráre blandientem? Blan-
dítur hic mundus , polli-

cendo honóres, divítias, voluptátes: minátur hic mundus, intentando dolóres, egeſtátes, humilitátes. Qui non contemnit quod pollicétur, quómodo ſuperáre poteſt quod minátur?

LECTIO VI.

Habent delectatiónem ſuam divitiæ: quis néſciat? Sed plus habet delectatiónis juſtítia. Delectáre divítiis cum juſtítia. Ubi autem talis artículus tentatiónis incíderit, ut duo hæc véniant in tentatiónem, divítiæ & juſtítia; & non poſſis habére utrumque; ſed ſi míſeris manum ad divítias, neceſſe eſt ut amittas juſtítiam; ſi míſeris manum ad juſtítiam, péreant divítiæ: modò élige, modò pugna; modò videámus ſi non ſine cauſa cantaſti: Lætámini in Dómino, & exultáte juſti; modò videámus ſi non ſine cauſa audiſti: Quis nos ſeparábit à charitáte Chriſti? Et quidem prætermíſit ómnia quibus blandítur mundus, & te vóluit commemoráre cui blandítur mundus. Quare? Quia certámina Mártyrum prænuntiábat: illa útique certámina, ubi vicérunt perſecutiónem, famem, ſitim, egeſtátem, ignomíniam; ad extrémum, timórem mortis, & hoſtem ſæviſſimum.

IN III. NOCTURNO.

De Epiſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

LECTIO VII. *Cap.* 8.

Fratres, debitóres ſumus non carni, ut ſecundùm carnem vivámus. Si enim ſecundùm carnem vixéritis, moriémini: ſi autem ſpíritu facta carnis mortificavéritis, vivétis. Quicumque enim ſpíritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei. Non enim accepiſtis ſpíritum ſervitútis iterùm in timóre: ſed accepiſtis ſpíritum adoptiónis filiórum, in quo clamámus: Abba, Pater. Ipſe enim Spíritus teſtimónium reddit ſpirítui noſtro quòd ſumus filii Dei. Si autem filii, & hærédes: hærédes quidem Dei, cohærédes autem Chriſti: ſi tamen compátimur, ut & conglorificémur. Exíſtimo enim quòd non ſunt condignæ paſſiónes hujus témporis ad futúram glóriam, quæ revelábitur in nobis. Nam expectátio creatúræ revelatiónem filiórum Dei expectat.

LECTIO VIII.

Scimus autem quóniam diligéntibus

Deum ómnia cooperantur in bonum, iis qui ſecundùm propóſitum vocáti ſunt ſancti. Nam quos præſcívit, & prædeſtinávit conformes fieri imáginis Fílii ſui, ut ſit ipſe primogénitus in multis frátribus. Quos autem prædeſtinávit, hos & vocávit: & quos vocávit, hos & juſtificávit: quos autem juſtificávit, illos & glorificávit. Quid ergo dicémus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui étiam próprio Fílio ſuo non pepercit, ſed pro nobis ómnibus trádidit illum: quómodo non étiam cum illo ómnia nobis donávit? Quis accuſábit adversùs electos Dei? Deus qui juſtíficat, quis eſt qui condemnet? Chriſtus Jeſus, qui mórtuus eſt, imò qui & reſurrexit, qui eſt ad déxteram Dei, qui étiam interpellat pro nobis.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO IX. *Cap. 6.*

In illo témpore, Deſcendens Jeſus de monte, ſtetit in loco campeſtri, & turba diſcipulórum ejus, & multitúdo copióſa plebis ab omni Judæa, & Jerúſalem, & marítima, & Tyri, & Sidónis. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epiſcopi.

Lib. 1. Off. Cap. 15. & 16.

Non poteſt quis præmium accípere, niſi legítimè certáverit: nec eſt glorióſa victória, niſi ubi fúerint laborióſa certámina. Nonne injuſtus eſt, qui antè quærat præmium quàm certámen fúerit abſolútum? Ideóque Dóminus in Evangélio ait: Beáti qui perſecutiónem patiuntur propter juſtítiam, quóniam ipſórum eſt regnum cœlórum: beáti eſtis cùm vobis maledícent hómines, & perſequentur, & dicent omne malum adversùm vos propter juſtítiam; gaudéte & exultáte, quóniam merces veſtra copióſa eſt in cœlo. Futúram, non præſentem; in cœlo, non in terra, mercédem promiſit eſſe reddendam. Quid álibi poſcis, quod álibi debétur? quid præpróperè corónam éxigis, ántequam vincas? quid detérgere púlverem? quid requiéſcere cupis? quid epulári geſtis, ántequam ſtádium ſolvátur? Adhuc pópulus ſpectat, adhuc athlétæ in ſcámmate ſunt; & tu jam ótium petis? Sed fortè dicas: Cur ímpii lætantur? cur luxuriantur? cur étiam ipſi

non mecum labórant? Quóniam qui non ſubſcripſerint ad corónam, non tenentur ad labórem certáminis: qui in ſtádium non deſcénderint, non ſe perfundunt óleo, non obliniunt púlvere. Quos manet glória, exſpectat injúria. Unguentáti ſpectáre ſolent, non decertáre; non ſolem, æſtus, púlverem, imbreſque pérpeti. Dicant ergo & ipſis athlétæ: Veníte, nobiſcum laboráte. Sed reſpondébunt ſpectatóres: Nos hìc ínterim de vobis judicámus; vos autem ſine nobis corónæ, ſi vicéritis, glóriam vindicábitis.

Si Feſtum ſit Pontificis.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro S. Gregórii Papæ, de cura paſtoráli.

Part. 1. *Cap.* 9. *&* 10.

LECTIO IV.

CUm curam pópuli electus Præſul ſúſcipit, quaſi ad ægrum médicus accédit. Si ergo adhuc in ejus córpore paſſiónes vivunt; qua præſumptióne percuſſum medéri próperat, qui in fácie vulnus portat? Ille ígitur modis ómnibus debet ad exemplum bene vivendi pértrahi, qui cunctis carnis paſſiónibus móriens jam ſpirítáliter vivit, qui próſpera mundi poſtpónit, qui nulla adverſa pertimeſcit, qui ſola interna desíderat. Cujus intentióni bene cóngruens, nec omníno per imbecillitátem corpus, nec valdè per contumáciam repugnat ſpíritus. Qui ad aliéna cupienda non dúcitur; ſed própria largítur. Qui per pietátis víſcera cítiùs ad ignoſcendum fléctitur; ſed nunquam plus quàm déceat ignoſcens, ab arce rectitúdinis inclinátur.

LECTIO V.

QUi nulla illícita pérpetrat, ſed perpetráta ab áliis ut própria deplórat. Qui ex affectu cordis aliénæ infirmitáti compátitur, ſicque in bonis próximi ſicut in ſuis profectibus lætátur. Qui ita ſe imitábilem céteris, in cunctis quæ agit, insínuat; ut inter eos non hábeat, quod ſaltem de tranſactis erubeſcat. Qui ſic ſtudet vívere, ut proximórum quoque corda aréntia doctrínæ váleat fluentis irrigáre. Qui oratiónis uſu & experimento jam dídicit quòd obtinére à Dómino quæ popóſcerit, poſſit; cui prophéticâ voce jam quaſi ſpeciáliter dícitur: Adhuc loquente te, dicam, Ecce adſum.

c t i o V I.

Cap. 11.

:nim fortaſſe quis
iiat, ut pro ſe ad
:dendum nos apud
em quémpiam vi-
qui ſibi irátus, no-
rò eſt incógnitus,
; prótinus reſpon-
: Ad interceden-
veníre non póſſu-
quia familiaritátis
otítiam non habé-
ii ergo homo apud
em, de quo míni-
eſumit, fieri inter-
:rubeſcit; quâ men-
l Deum interceſſió-
:um pro pópulo ár-
qui familiárem ſe
rátiæ eſſe per vitæ
im neſcit? Aut ab
uómodo áliis vé-
oſtulat, qui utrum
: placátus ignórat?
in re adhuc áliud
llicítiùs formidan-
ne qui placáre iram
:réditur, hanc ipſe
oprio reátu mereá-
uncti enim líquidò
ius, quia cùm is
ſplicet, ad intérce-
m míttitur, iráti
:s ad deterióra pro-
ır.

II. NOCTURNO.

píſtola ad Titum.

c t i o V I I.

Cap. 1.

Portet enim Epíſ-
copum ſine crími-
:, ſicut Dei diſ-
penſatórem, non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſórem, non turpis lucri cúpidum: ſed hoſpitálem, benignum, ſóbrium, juſtum, ſanctum, continentem, amplecténtem eum qui ſecundùm doctrínam eſt, fidélem ſermónem: ut potens ſit exhortári in doctrína ſana, & eos qui contradícunt, argúere. Sunt enim multi étiam inobedientes, vaníloqui, & seductóres, máximè qui de circumciſióne ſunt, quos oportet redárgui: qui univerſas domos ſubvertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri grátia.

L e c t i o V I I I.

Cap. 2.

TU autem lóquere quæ decent ſanam doctrínam: Senes ut ſóbrii ſint, pudíci, prudentes, ſani in fide, in dilectióne, in patiéntia: Anus ſimíliter in hábitu ſancto, non criminatríces, non multo vino ſervientes, bene docentes, ut prudéntiam dóceant adoleſcéntulas, ut viros ſuos ament, fílios ſuos díligant, prudentes, caſtas, ſóbrias, domûs curam habentes, benignas; ſúbditas viris ſuis, ut non blaſphemétur ver-

licitátem dúcitur, contínuâ hic adverſitáte deprimátur; non hunc rerum abundántia fúlciat, non dignitátum glória honorábilem oſtendat, nulla ei obſequéntium frequéntia ſuppetat, nulla hunc humánis óculis véſtium pompa compónat: à cunctis verò deſpicábilis cérnitur, & hujus mundi glóriâ indignus æſtimátur: ſed tamen ante occulti júdicis óculos virtútibus émicat, vitæ méritis coruſcat; honorári métuit, déſpici non réfugit; corpus continéntiâ ámicit, ſolâ in ánimo dilectióne pingueſcit: mentem ſemper ad patiéntiam præparat, & erectus pro juſtítia de perceptis contuméliis exultat; afflictis ex corde compátitur; de bonórum proſperitátibus quaſi de própriis lætátur; ſacri verbi pábula in mente ſollícitus rúminat; & inquisítus quódlibet, éloqui dupliciter ignórat.

IN III. NOCTURNO.

De libro Sapiéntiæ.

LECTIO VII. *Cap.* 4.

JUſtus ſi morte præoccupátus fúerit, in refrigério erit. Senectus enim venerábilis eſt, non diuturna, neque annórum número computáta. Cani autem ſunt ſenſus hóminis, & ætas ſenectútis vita immaculáta. Placens Deo factus eſt diléctus, & vivens inter peccatóres tranſlátus eſt. Raptus eſt, ne malítia mutáret intellectum ejus, aut ne fictio decíperet ánimam illíus. Faſcinátio enim nugacitátis obſcúrat bona, & inconſtántia concupiſcéntiæ tranſvertit ſenſum ſine malítia. Conſummátus in brevi explévit témpora multa: plácita enim erat Deo ánima illíus; propter hoc properávit edúcere illum de médio iniquitátum.

LECTIO VIII.

POpuli autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcórdiis tália: quóniam grátia Dei, & miſericórdia eſt in ſanctos ejus, & reſpectus in electos illíus. Condemnat autem juſtus mórtuus vivos ímpios, & juventus celérius conſummáta, longam vitam injuſti. Vidébunt enim finem ſapientis, & non intélligent quid cogitáverit de illo Deus, & quare muníerit illum Dóminus. Vidébunt, & contemnent eum: illos autem Dóminus irridébit. Et erunt poſt hæc decidentes ſine honóre, & in contumélia inter mórtuos in perpétuum: quó-

diſrumpet illos in-
ſine vo:e, & com-
bit illos à funda-
is ; & uſque ad ſu-
ım deſolabuntur.

ɔ ſancti Evangélii ſe-
undùm Lucam.

TIO IX. *Cap.* 12.

illo témpore, Di-
Jeſus diſcipulis ſuis :
umbi veſtri præcin-
& lucernæ ardentes
ıánibus veſtris. Et
ıa.

úlia ſancti Gregórii
Papæ.

Evang. Hom. 13.

Ominus dicit : Sint
lumbi veſtri præcin-
Lumbos præcíngi-
cùm carnis luxúriam
continéntiam coar-
.us. Sed quia minus
nala non ágere, niſi
n quiſque ſtúdeat &
s opéribus inſudáre,
inùs ádditur : Et lu-
æ ardentes in máni-
reſtris. Lucernas quip-
ırdentes in mánibus
mus, cùm per bona
a próximis noſtris lu-
:xempla monſtrámus.
quibus profectò opé-
s Dóminus dicit :
:at lux veſtra coram
ıínibus, ut vídeant
a veſtra bona, &
íficent Patrem ve-
n, qui in cœlis eſt.
autem ſunt quæ ju-
:ur, & lumbos re-
gere, & lucernas te-
nére ; ut & mundítia ſit caſtitátis in córpore, & lumen veritátis in operatióne. Redemptóri étenim noſtro unum ſine áltero placére nequáquam poteſt : ſi aut is qui bona agit, adhuc luxúriæ inquinamenta non déſerit : aut is qui caſtitáte præéminet, necdum ſe per bona ópera exercet. Nec cáſtitas ergo magna eſt ſine bono ópere, nec opus bonum eſt áliquod ſine caſtitáte.

Si Feſtum ſit Virginis.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro ſancti Cypriáni Epíſcopi & Mártyris, de diſciplina & hábitu Vírginum.

Paulò poſt init.

LECTIO IV.

NUnc nobis ad Vírgines ſermo eſt, quarum quò ſublímior glória eſt, major & cura eſt. Flos eſt ille eccleſiáſtici gérminis, decus atque ornamentum grátiæ ſpiritális, læta índoles, laudis & honóris opus íntegrum atque incorruptum ; Dei imágo reſpondens ad ſanctimóniam Dómini, illúſtrior pórtio gregis Chriſti. Gaudet per illas, atque in illis lárgiter floret Eccléſiæ matris glorióſa fecúnditas : quantóque plus copióſa vírginitas nú-

mero ſuo addit, tantò plus gáudium matris augeſcit.

LECTIO V.

AD has lóquimur, has adhortámur affectióne pótiùs quàm poteſtáte: non quòd extrémi, & mínimi, & humilitátis noſtræ ádmodum cónſcii, áliquid ad cenſúram licéntiæ vindicémus; ſed quòd ad ſollicitúdinem magis cauti, plus de diáboli infeſtatióne timeámus. Neque enim inánis hæc cáutio eſt, & vana formído, quæ ad ſalútis viam cónſulit, quæ domínica & vitália præcepta cuſtódit; ut quæ ſe Chriſto dicáverint, & à carnáli concupiſcéntia recedentes, tam carne, quàm mente ſe Deo vóverint, conſumment opus ſuum magno præmio deſtinátum: nec ornári jam, aut placére cuiquam, niſi Dómino ſuo, ſtúdeant, à quo & mercédem virginitátis expectant, dicente ipſo: Non omnes cápiunt verbum, ſed illi quibus datum eſt.

LECTIO VI.

DEnuo quoque per hanc Angeli vocem, continéntiæ munus oſténditur, virgínitas prædicátur. Hi ſunt, inquit, qui cum muliéribus ſe non coinquinavérunt; vírgines enim permanſérunt: hi ſunt qui ſequuntur Agnum quocumque íerit. Neque enim tantùm máſculis continéntiæ grátiam Dóminus repromittit, & féminas prætérit: ſed quóniam fémina viri pórtio eſt, & ex eo ſumpta atque formáta eſt; in ſcriptúris ferè ómnibus ad protoplaſtum Deus lóquitur, quia ſunt duo in carne una, & in máſculo ſimul ſignificátur & fémina. Quòd ſi Chriſtum continéntia ſéquitur, & regno Dei virgínitas deſtinátur; quid eſt illis cum terréno cultu, & cum ornamentis, quibus dum homínibus placére géſtiunt, Deum offendunt?

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola prima B. Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

LECTIO VII. *Cap.* 7.

DE virgínibus præceptum Dómini non hábeo: consílium autem do, tamquam miſericórdiam conſecútus à Dómino, ut ſim fidélis. Exíſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitátem, quóniam bonum eſt hómini ſic eſſe. Alligátus es uxóri? noli quærere ſolutiónem. Solútus es ab uxóre? noli quærere uxórem. Si autem accéperis uxórem,

uxórem, non peccaſti. Et ſi núpſerit virgo, non peccávit. Tribulatiónem tamen carnis habébunt hujúſmodi. Ego autem vobis parco. Hoc ítaque dico, fratres: tempus breve eſt: réliquum eſt, ut & qui habent uxóres, tamquam non habentes ſint: & qui flent, tamquam non flentes: & qui gaudent, tamquam non gaudentes: & qui emunt, tamquam non poſſidentes: & qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur; præterit enim figúra hujus mundi.

LECTIO VIII.

VOlo autem vos ſine ſollicitúdine eſſe. Qui ſine uxóre eſt, ſollícitus eſt quæ Dómini ſunt, quómodo pláceat Deo. Qui autem cum uxóre eſt, ſollícitus eſt quæ ſunt mundi, quómodo pláceat uxóri: & diviſus eſt. Et múlier innupta & virgo cógitat quæ Dómini ſunt, ut ſit ſancta córpore & ſpíritu. Quæ autem nupta eſt, cógitat quæ ſunt mundi, quómodo pláceat viro. Porrò hoc ad utilitátem veſtram dico: non ut láqueum vobis injíciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultátem præbeat ſine impedimento Dóminum obſecrandi.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

LECTIO IX. *Cap.* 25.

IN illo témpore, Dixit Jeſus diſcípulis ſuis parábolam hanc: Símile erit regnum cœlórum decem virgínibus, quæ accipientes lámpades ſuas, exiérunt óbviàm ſponſo & ſponſæ. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

In Evang. Homil. 12.

OMnes lámpades habent, ſed omnes óleum non habent; quia plerumque bona in ſe ópera cum electis & réprobi oſtendunt: ſed ſoli ad ſponſum cum oleo véniunt, quia de his quæ foris égerint, intùs glóriam requírunt. Unde per Pſalmiſtam quoque de ſancta Electórum Eccléſia dicitur: Omnis glória ejus filiæ regis ab intùs. Moram autem faciente ſponſo, dormitavérunt omnes & dormiérunt: quia dum veníre judex ad extrémum judícium differt, electi & réprobi in mortis ſomno ſopiuntur. De adventu ſponſi clamor in média nocte fit: quia ſic dies judícii ſurrépit, ut prævidéri non váleat quando venit. Unde ſcriptum eſt: Dies Dómini ſicut fur in nocte, ita véniet. Tunc

omnes vírgines ſurgunt: quia & electi & réprobi à ſomno ſuæ mortis excitantur. Lámpades ornant; quia ſua ſecum ópera númerant, pro quibus æternam recípere beatitúdinem expectant. Sed lámpades fatuárum vírginum extinguuntur; quia eárum ópera quæ clara homínibus foris apparuérunt, in adventu júdicis intùs obſcurantur: & à Deo retributiónem non invéniunt, quia pro eis recepérunt ab homínibus laudes quas amavérunt.

Si Feſtum ſit ſanctæ Mulieris aut Viduæ.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro ſancti Ambróſii Epíſcopi, de Víduis.

Sub finem.

LECTIO IV.

UT ad grátiam virtútis víduas adhortámur, ita étiam ad eccleſiáſticam diſciplínam féminas provocámus, quia Eccléſia conſtat ex ómnibus. Diverſis virtútibus merces diverſa propóſita eſt: nec áliud reprehénditur, ut áliud prædicétur; ſed ómnia prædicantur, ut quæ melióra ſunt præferantur. Honorábile ígitur conjúgium, ſed honorabílior intégritas: nam & qui matrimónio jungit vírginem ſuam, bene facit; & qui non jungit, mélius facit. Quod ígitur bonum, non vitandum eſt; & quod eſt mélius, eligendum eſt. Itaque non impónitur, ſed propónitur. Et ídeo bene Apóſtolus dicit: De virgínibus præceptum Dómini non hábeo, consílium autem do.

Long. poſt præd.

LECTIO V.

SEd nec vídua præceptum áccipit, ſed consílium; consílium autem non ſemel datum, ſed ſæpe repetítum. Nam & primò dixit, Bonum eſt enim mulíerem non tángere; & íterùm, Volo ſic omnes hómines eſſe, ſicut & meipſum; & tértiò, Bonum eſt illis ſi ſic máneant ſicut & ego; & quartò, Bonum eſt propter inſtantem neceſſitátem: & hoc placére Dómino, & hoc honeſtum eſſe: poſtrémò beatiórem eſſe in viduitáte perſeverantem, non tantùm ſuo consílio, ſed étiam Dei ſpíritu definívit. Quænam ígitur talis consiliárii benignitátem recúſet, qui & voluntári habénas indúlgeat, & id ſuádeat áliis, quod in ſe expertus útile judicávit, non fácilis comprehendi, nec faſtidióſus æquári? Quæ ígitur refúgiat ſan-

eri córpore & ſpí-
cùm ſupra labórem
emium, ſupra uſum
i, ſupra opus mer-

ECTIO VI.

Tque hoc ita dico,
non ut láqueum cæ-
injíciam, ſed ut
niſſi mihi ruris ope-
s agrum hunc Ecclé-
rtilem cernam, nunc
ritátis flore vernan-
nunc viduitátis gra-
: pollentem, nunc
conjúgii frúctibus
ıdantem. Nam etſi
ſi, unius tamen agri
us ſunt: nec tanta
ɔrum lília, quantæ
e ſégetum, méſſium
, compluriumque
campórum reci-
lis aptantur ſemíni-
quàm rédditis no-
frúctibus feriantur.
ergo vidúitas quæ
s apoſtólico judício
icátur: hæc enim
ſtra fidei, magiſtra
aſtitátis.

III. NOCTURNO.

'arábolis Salómonis.

:TIO VII. Cap. 31.

MUlíerem fortem
quis invéniet? pro-
& de últimis fini-
prétium ejus. Con-
in ea cor viri ſui,
ɔóliis non indigébit.
let ei bonum, & non
ım, ómnibus diébus
ſuæ. Quæſívit lanam
& linum, & operáta eſt
consílio mánuum ſuárum.
Facta eſt quaſi navis in-
ſtitóris, de longè por-
tans panem ſuum. Et de
nocte ſurrexit, deditque
prædam doméſticis ſuis,
& cibária ancillis ſuis.
Conſiderávit agrum, &
emit eum: de fructu má-
nuum ſuárum plantávit
víneam. Accinxit fortitú-
dine lumbos ſuos, & ro-
borávit bráchium ſuum.

LECTIO VIII.

GUſtávit, & vidit
quia bona eſt nego-
tiátio ejus: non extin-
guétur in nocte lucerna
ejus. Manum ſuam mi-
ſit ad fórtia, & dígiti
ejus apprehendérunt fu-
ſum. Manum ſuam apé-
ruit ínopi, & palmas ſuas
extendit ad páuperem.
Non timébit dómui ſuæ
à frigóribus nivis: om-
nes enim doméſtici ejus
veſtíti ſunt duplícibus.
Stragulátam veſtem fecit
ſibi, byſſus & púrpura
indumentum ejus. Nóbi-
lis in portis vir ejus,
quando ſéderit cum ſena-
tóribus terræ. Síndonem
fecit, & véndidit, & cín-
gulũ trádidit Chananæo.

Léctio ſancti Evangélii
ſecundùm Matthæum.

LECTIO IX. Cap. 13.

IN illo témpore, Di-
xit Jeſus diſcípulis ſuis
parábolam hanc: Símile

eſt regnum cœlórum theſauro abſcóndito in agro. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

In Evang. Homil. 11.

CŒlórum regnum, fratres chariſſimi, idcirco terrénis rebus ſímile dícitur, ut ex his quæ ánimus novit, ſurgat ad incógnita quæ non novit: quátenus exemplo viſibílium ſe ad inviſibília rápiat, & per ea quæ uſu dídicit, quaſi confricátus incaleſcat: ut per hoc quod ſcit notum dilígere, diſcat & incógnita amáre. Ecce enim regnum cœlórum theſauro abſcóndito in agro comparátur: quem qui invénit homo, abſcondit, & præ gáudio illíus vadit, & vendit univerſa quæ habet, & emit agrum illum. Qua in re hoc quoque notandum eſt, quòd inventus theſaurus abſcónditur, ut ſervétur; quia ſtúdium cœleſtis deſidérii à malignis ſpirítibus cuſtodíre non ſúfficit, qui hoc & ab humánis láudibus non abſcondit. In præſenti étenim vita quaſi in via ſumus, quâ ad pátriam pérgimus: maligni autem ſpíritus iter noſtrum quaſi quidam latrúnculi óbſident. Deprædári ergo deſíderat, qui theſaurum públicè portat in via. Hoc autem dico, non ut próximi ópera noſtra bona non vídeant, cùm ſcriptum ſit: Vídeant ópera veſtra bona, & gloríficent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt; ſed ut per hoc quod ágimus, laudes extériùs non quærámus. Sic autem ſit opus in público, quátenus inténtio máneat in occulto: ut & de bono ópere próximis præbeámus exemplum, & tamen per intentiónem quâ ſoli Deo placére quærimus, ſemper optémus ſecrétum.

DIEBUS INTRA OCTAVAM.

Semiduplex.

Omnia ut in die, exceptis quæ ſequuntur.

Ad Officium Nocturn. tres Ant. ℣. *&* ℟℟℟. *de Nocturno diei ſecundùm Feriam occurrentem. Lectio I. & II. de Scriptura occurrente. Fit una ex j. & ij. Lectio III. ut infrà pro qualibet die.*

Ad Laudes, dicuntur Pſalmi Feriæ cum Cantico de Feſtis ſub unica Antiphon. quæ eſt quarta Laudum.

Ad Veſperas, Pſalmi Feriæ ſub unica Ant. quæ eſt prima de Laudibus.

unicâ intra Octa- occurrente, totum m ſit de Dominica Pſalterio, incipien- . Veſperis quæ erunt de Sabbato ante nicam occurrentem, ommemoratione O- in utriuſque Veſpe- Laudibus.

UNDA DIE.

io ſancti Gregórii iſſéni Epiſcopi.

de ſancto Theodoro.

)nſideráte, hujus uri cultûs miniſtri ſi, quanta res ſit , quámque multas uátur remunera- : & cógnito pie- ructu, imitámini ium, & aſpiráte ad m & voluntátem , qui ita præ cæ- ionorantur. Cui re- talis honor habé- quis eſt ex iis, qui modum inter hó- excéllere viſi ſunt, ili memóriâ cele- ? Quis imperató- qui urbes munítas int, natiónes innú- ſubegérunt, ádeò tátus & famâ cele- eſt?

RTIA DIE.

io ſancti Ambróſii Epiſcopi.

.ad Marcel. ſororem.

Rátias tibi, Dómi- ie Jeſu, quòd hoc témpore tales nobis Sanctórum ſpíritus excitaſti, quo Ecclésia tua ſancta præsídia majóra desíderat. Agnoſcant omnes quales ego propugnatóres requíram. Hos ego acquisívi tibi, plebs ſancta, qui proſint ómnibus, némini nóceant: tales ego ámbio defenſóres: tales mílites hábeo: hoc eſt, non ſéculi mílites, ſed mílites Chriſti. Nullam de tálibus invídiam tímeo, quorum quò majóra, eò tutióra patrocínia ſunt. Horum étiam illis ipſis, qui mihi eos ínvident, opto præsídia. Véniant ergo & vídeant ſtipatóres meos; tálibus me armis ambíri non nego. Nos etſi eos vidére non póſſumus, ſentímus tamen.

QUARTA DIE.

Sermo ſancti Hierónymi Preſbyteri.

Contra Vigilantium.

DIcis in libello tuo, quòd dum vívimus, mútuò pro nobis oráre póſſumus: poſtquam autem mórtui fuérimus, nullíus ſit pro álio exaudienda orátio. Si Apóſtoli & Mártyres adhuc in córpore conſtitúti, poſſunt oráre pro cæteris, quando pro ſe adhuc debent eſſe ſollíciti: quantò magis, poſt corónas,

victórias & triumphos ! Unus homo Móyſes ſexcentis míllibus armatórum ímpetrat à Deo véniam : & Stéphanus imitátor Dómini ſui, & primus Martyr in Chriſto, pro perſecutóribus véniam deprecátur : & poſtquàm cum Chriſto eſſe cœperint, minùs valébunt ?

QUINTA DIE.

Sermo S. Basílii Epíſcopi.

Orat. in 40. *Martyres.*

PArátum eſt hìc Chriſtiánis auxílium, Ecclésia vidélicet Mártyrum, exércitus triumphántium, chorus laudántium Deum. Qui áliquâ prémitur angúſtiâ, ad hos cónfugit : qui rursùs lætátur, ad hos occurrit : hic ut à malis liberétur ; ille ut duret in rebus lætis. Hìc múlier orans pro filiis audítur ; peregrinanti viro réditum incólumem, ægrotanti verò ſalútem implórat. O ſanctum chorum ! ô ſacrum órdinem ! ô cúneum inexpugnábilem ! ô commúnes géneris humáni cuſtódes ! óptimi curárum ſócii, precum adjutóres, legáti apud Deum potentíſſimi, aſtra mundi, flores Eccleſiárum ! Vos non terra contexit, ſed cœlum excépit.

SEXTA DIE.

Sermo ſancti Clementis Papæ & Mártyris.

Epiſt. 1. *ad Corinth. c.* 32. 33. *ſec.* 1.

II glóriam & amplitúdinem conſecúti ſunt non per ſeipſos aut ópera ſua, aut juſtas actiónes quas fecérunt, ſed per voluntátem Dei. Et nos ígitur ex voluntáte illíus in Chriſto Jeſu vocáti, non per noſipſos juſti effícimur, neque per ſapiéntiam noſtram, aut intelligéntiam, aut pietátem, aut ópera quæ in cordis ſanctitáte operáti ſumus ; ſed per fidem, per quam cunctos, qui unquam juſti fuérunt, juſtificávit Deus omnípotens. Quid ígitur faciémus, fratres ? ceſſábimus à bonis opéribus, & charitátem derelinquémus ? néutiquam hoc à nobis fieri permittat Dóminus : ſed cum diligéntia & alacritáte feſtinémus omne opus bonum perficere. Videámus quòd in bonis opéribus ornáti fuérunt omnes juſti. Et ipſe Dóminus cùm ſe opéribus decoraſſet, gavíſus eſt. Habentes ítaque hoc exemplar, ímpigrè ad voluntátem ejus accedámus ; ex totis víribus noſtris operémur opus juſtítiæ.

SEPTIMA DIE.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Tract. 1. *in Ep.* 15. *Joann.*

JOannes quid dixit? Et ſi quis peccáverit, advocátum habémus apud Patrem Jeſum Chriſtum. Sed dicit áliquis: Ergo Sancti non petunt pro nobis? Ergo Epíſcopi vel Præpóſiti non petunt pro pópulo? Sed atténdite Scriptúras, & vidéte quia & Præpóſiti commendant ſe pópulo. Nam Apóſtolus dicit plebi: Orantes ſimul & pro nobis. Orat Apóſtolus pro plebe: orat plebs pro Apóſtolo. Orámus pro vobis, fratres, ſed & vos oráte pro nobis: ínvicem pro ſe ómnia membra orent, caput pro ómnibus interpellet.

Ad Veſperas, omnia ut in primis Veſperis Feſti.

IN OCTAVA.

Duplex-majus.

Officium ut in die, exceptis quæ ſequuntur.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

LECTIO IV.

In Vigilia SS. Petri & Pauli.

TRia ſunt quæ in feſtivitátibus Sanctórum vigilanter conſideráre debémus: auxílium Sancti, exemplum ejus, confuſiónem noſtram. Auxílium ejus, quia qui potens in terra fuit, potentior eſt in cœlis ante fáciem Dómini Dei ſui. Si enim dum hìc víveret, miſertus eſt peccatóribus, & orávit pro eis: nunc tantò ámpliùs, quantò vériùs agnoſcit miſérias noſtras, orat pro nobis Patrem: quia beáta illa pátria charitátem ejus non immutávit, ſed augmentávit: neque enim quia impaſſíbilis omnínò, ídeò & incompaſſíbilis factus eſt.

LECTIO V.

DEbémus étiam atténdere exemplum ejus, quia quámdiù in terris viſus eſt, & cum homínibus converſátus eſt, non declinávit ad déxteram, neque ad ſiniſtram, ſed viam régiam ténuit, donec veníret ad illum, qui dicit: Ego ſum via, véritas, & vita. Intuémini humilitátem óperum ejus, auctoritátem verbórum ejus; & tunc vidébitis quómodò tam verbo, quàm exemplo lúxerit inter hómines: quália nobis veſtígia derelíquerit, ut ambulémus per ea, & non errémus in eis. Verè juxta Prophétam: Sémita juſti

recta eſt, rectus callis juſti ad ambulandum.

LECTIO VI.

Sed & diligentióri intúitu confuſiónem noſtram inſpiciámus: quia homo ille ſímilis nobis fuit paſſíbilis, ex eódem luto formátus, ex quo & nos. Quid ergo eſt quòd non solùm difficile, ſed & impoſſíbile crédimus, ut faciámus ópera quæ fecit? Confundámur, fratres, & contremiſcámus. Hómines iſti fuérunt, qui præceſſérunt nos, qui tam mirabíliter proceſſérunt per vias vitæ, ut vix eos hómines fuiſſe credámus. Sic ergo in Sanctórum feſtivitátibus & gaudére & confundi debémus: gaudére, quia Patrónos præmíſimus; confundi, quia eos imitári non póſſumus.

IN III. NOCTURNO.

De libro Apocalypſis beáti Joannis Apóſtoli.

LECTIO VII. *Cap. 5. 6.*

Vidi, & ecce in médio throni, & quátuor animálium, & in médio ſeniórum, Agnum ſtantem, tamquàm occíſum, habentem córnua ſeptem, & óculos ſeptem; qui ſunt ſeptem ſpíritus Dei, miſſi in omnem terram. Et venit, & accépit de déxtera ſedentis in throno librum. Et cùm aperuiſſet librum, quátuor animália, & viginti quátuor ſeniores cecidérunt coram Agno, habentes ſínguli cítharas, & phíalas áureas plenas odoramentórum, quæ ſunt oratiónes Sanctórum: & cantábant cánticum novum.

Si fuerit Dominica, legitur pro VIII. Lectione Evangelium & Homilia Feſti, & pro IX. Lectione, Evangelium & Homilia Dominicæ occurrentis.

LECTIO VIII. *Cap. 8. 2.*

Vidi ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei, & datæ ſunt illis ſeptem tubæ. Et álius Angelus venit, & ſtetit ante altáre habens thuríbulum áureum: & data ſunt illi incenſa multa, ut daret de oratiónibus Sanctórum ómnium ſuper altáre áureum, quod eſt ante thronum Dei. Et aſcendit fumus incenſórum de oratiónibus Sanctórum de manu Angeli coram Deo. Et accépit Angelus thuríbulum, & implévit illud de igne altáris, & miſit in terram, & facta ſunt tonítrua, & voces, & fúlgura, & terræ motus magnus.

Lectio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio IX. *Cap.* 11. 5.

Oratio perſeverans omnia impetrat.

In illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Quis veſtrûm habébit amícum, & ibit ad illum médiâ nocte, & dicet illi: Amíce, cómmoda mihi tres panes. Et réliqua.

Homília ſancti Basílii Epíſcopi.

Conſtitut. Monaſt. Cap. 1.

Hoc exemplum idcircò nobis propónitur à Dómino, ut in fide acres ac pertináces eſſe nos dóceat. Exemplum ab hómine ad álium hóminem ſumit, ut intélligas nullâ labóris fatigatióne debére te à ſuſcepto propóſito deſíſtere, ut vidélicet quandocumque aliquid petíeris, neque impetráveris, támdiù perſevéres, quoad ímpetres, ſi tamen ea petas, quæ voluntáti Dei non repugnent. Neque díxeris: Peccátor ſum, & proptérea non exáudior. Ut enim diffidéntiæ ille tibi cauſam omnem præcíderet, illud adjécit: Etſi non dabit illi ſurgens, eò quòd amícus ejus ſit, propter improbitátem tamen dabit illi quotquot habet neceſſários. At ſæpe petívi, neque impetrávi: prorsùs; quia non rectè petiviſti, vidélicet aut dubitabundus, aut áliud agens, aut quæ tibi utília non erant futúra. Quòd ſi & quæ tibi erant utília ſæpe petiiſti, at non perſeverántiam adhibuiſti: ſcriptum eſt enim: Qui perſeveráverit uſque in finem, hic ſalvus erit.

OFFICIUM B. MARIÆ
IN SABBATO,
Et in Feſtis ejuſdem quæ non habent Officium proprium.

Omnibus Sabbatis, præterquam in Adventu, Quadrageſimâ, Vigiliis cujuſcumque Feſti, inter Octavas, & niſi occurrat Feſtum Semiduplex aut ſuprà, ac niſi Officium fieri debeat de Feria, propter Quatuor Tempora, vel propter Officium alicujus Dominicæ quod eo die ponendum eſt, fit Officium de ſanctâ Maria, incipiendo à Veſperis Feriæ ſextæ præcedentis, & terminatur ad Nonam.

Pſalmi de Feria per totum Officium.

FERIA SEXTA.

AD VESPERAS.

Ritu Semiduplici.

Ant. 7. *d.* SUper te oriétur Dóminus, & glória ejus in te vidébitur. *Iſ.* 60. 2.

Ant. 1. f. Ex te egrediétur, qui ſit Dominátor in Iſraël. *Mic.* 5. 2.

Ant. 8. G. In te benedicentur univerſæ cognatiónes terræ. *Gen.* 12. 3.

Ant. 3. a. Vidébunt gentes juſtum tuum, & cuncti reges ínclytum tuum. *Iſ.* 61. 2.

Ant. 5. a. Eris coróna glóriæ in manu Dómini, & diadéma regni in manu Dei tui. *Iſ.* 62. 3.

Capitulum. Bar. 5. 1. 2.

INdue te decóre, & honóre ejus quæ à Deo tibi eſt ſempiternæ glóriæ. Circúmdabit te Deus diplóide juſtítiæ, & impónet mitram cápiti honóris æterni.

Cùm ſit de Feſto Duplici aut ſuprà, dicitur ſequens

℟. Deus oſtendet ſplendórem ſuum in te omni qui ſub cœlo eſt; * Nominábitur tibi nomen tuum à Deo in ſempiternum, † Pax juſtítiæ, & honor pietátis. *Bar.* 5. 3. 4. ℣. Quod naſcétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. *Luc.* 1. 35. * Nominábitur.

℣. Glória. † Pax juſtítiæ.

Hymnus.

AVE, maris Stella,
Dei Mater alma,
Atque ſemper Virgo,
Felix cœli porta.

SUMENS illud Ave,
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans nomen Evæ.

SOLVE vincla reis,
Profer lumen cæcis:
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce.

MONSTRA te eſſe matrem;
Sumat per te preces,
Qui pro nobis Natus,
Tulit eſſe tuus.

VIRGO ſinguláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolútos,
Mites fac & caſtos.

VITAM præſta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jeſum,
Semper collætémur.

SIT laus Deo Patri,
Summo Chriſto decus,
Spirítui ſancto,
Tribus honor unus.
Amen.

℣. Concupiſcet Rex decórem tuum, ℟. Quia ipſe eſt Dóminus Deus tuus. *Pſ.* 44. 12.

Ad Magnif. *Ant.* 7. G. Magna eris, & nomen tuum nominábitur in univerſa terra. *Judith.* 10. 21.

Oratio, Concéde nos, *ut infrà in Laudibus.*

Quoties Veſperæ dictæ ſunt de Beata, toties

AD COMPLETORIUM.

Hymnus.

VIRGINEIS títulis quæ matris jungit honóres,
Hâc natos fóveat nocte benigna ſuos.

FULGIDA ſtella maris, ſecli dum mérgimur undis,
Sit lux in ténebris, & bene fida quies.

SI ſopor obrépit, caſti fac Mater amóris,
Cor vígilans uno ſpiret amóre Dei.

VIRGO Dei génitrix, própiùs res áſpice noſtras;
Dicáris pópuli vita ſaluſque tui.

GLORIA ſumma Patri, compar ſit glória Nato,
Par tibi laus, Flamen, quo pia Virgo parit.
Amen.

Capitulum. Iſ. 60. 20.

NOn óccidet ultrà ſol tuus, & luna tua non minuétur, quia erit tibi Dóminus in lucem ſempiternam.

℟. *br.* In manus tuas, Dómine, &c.

℣. Cuſtódi nos, &c.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 7. d. Sub tuum præſídium confúgimus, ſancta Dei Génitrix, noſtras deprecatiónes ne deſpícias in neceſſitátibus;

ſed à perículis cunctis líbera nos ſemper, Virgo glorióſa & benedicta.

Non dicuntur preces.

Oratio.

DEus, qui in ſinu Vírginis Matris tuæ caſtiſſimæ requiéſcere dignátus es: da nobis, ipsâ intercedente, ut inimíci per noctem devitémus insídias, & tu ſis noſtra quies & tutum præsidium; Qui vivis.

AD OFFICIUM NOCT.

Ritu Simplici.

Invitatorium. Ave, María, grátiâ plena; * Dóminus tecum. *Luc.* 1. 28.

Pſ. Veníte.

Hymnus.

NObis Deum quæ párturis,
O Virgo, matrum máxima,
Preces tibi quas fúndimus,
Offer benigna Fílio.

Novi ſimul tu fœderis,
Et orbis arca náufragi,
Columba pacis núntia,
Et pacis obſes mítteris.

Quo vivis, à te ſúſcipit
Vitam, Creátor ómnium;
Immenſus in te cláuditur;
De te fit Æternus, caro.

Tuis tenétur légibus,
Mundi tremendus Légifer;
A te puer lac mútuat
Qui dat cibum quo páſceris.

Coelum ferentem ſuſtines,
Greſſus Tonantis témperas;
Suóque ſtantem Númine,
Loco sitúque dímoves.

Sit laus Patri, laus Fílio,
Qui natus eſt de Vírgine;
Quo Virgo fit puérpera,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Menſibus Januario, Aprili, Junio, & Septembri, dicitur hoc I. Noct.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Dóminus fáciens & formans te, ab útero auxiliátor tuus. *Iſ.* 44. 2.

Ant. 6. *C.* Benedicentur in te omnes tribus terræ. *Gen.* 28. 14.

Ant. 4. a. Venit lumen tuum, & glória Dómini ſuper te orta eſt. *Iſ.* 60. 1.

℣. Ipſe eſt Dóminus Deus tuus; ℟. Et adorábunt eum. *Pſ.* 44. 12.

℟. *j.* Manus Dómini confortávit te, * Et ídeò eris benedicta in ætérnum. *Judith.* 15. 11. ℣. Beáta quæ credidiſti, quóniam perficiéntur ea quæ dicta ſunt tibi à Dómino. *Luc.* 1. 45. * Et.

℟. *ij.* Tu honorificéntia pópuli noſtri, quia feciſti viríliter, & confortátum eſt cor tuum, * Eò quòd caſtitátem

amáveris. *Judith.* 15. 10. 11. ℣. Miſſus eſt Angelus Gábriel à Deo. *Luc.* 1. 26. * Eò quòd.

℟. *iij.* In omni gente quæ audíerit nomen tuum, * Magnificábitur ſuper te Deus Iſraël. *Judith.* 13. 31. ℣. Ubicumque prædicátum fúerit Evangélium. *Marc.* 14. 9. * Magnificábitur. ℣. Glória. * Magnificábitur.

Menſibus Februario, Julio, & Octobri, dicitur hoc ſecundum Nocturn.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 3. g. Non vocáberis ultrà derelícta, quia complácuit Dómino in te. *Iſ.* 62. 4.

Ant. 2. D. In ſécula ſeculórum luce ſpléndidâ fulgébis. *Tob.* 13. 12. 13.

Ant. 7. d. Benedícta tu à Deo tuo in omni tabernáculo Jacob. *Judith.* 13. 31.

℣. Glorióſa dicta ſunt de te, ℟. Cívitas Dei. *Pſal.* 86. 3.

℟. *iv.* Benedícta es tu, filia, à Dómino Deo excelſo,* Præ ómnibus muliéribus ſuper terram. *Judith.* 13. 23. ℣. Ne tímeas, María: Inveniſti enim grátiam apud Deum. *Luc.* 1. 30. * Præ ómnibus.

℟. *v.* Multæ filiæ congregavérunt divítias; *Tu ſupergreſſa es univerſas. *Prov.* 31. 29. ℣. Dóminus tecum; benedícta tu in muliéribus. *Luc.* 1. 28. * Tu ſupergreſſa.

℟. *vj.* Non pepercíſti ánimæ tuæ propter angúſtias & tribulatiónem géneris tui, * Subveniſti ruínæ † Ante conſpectum Dei noſtri. *Judith.* 13. 25. ℣. Fecit Dóminus poténtiam in bráchio ſuo; diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. *Luc.* 1. 51. * Subveniſti. ℣. Glória. † Ante.

Menſibus Martio, Maio, Auguſto, & Novembri, dicitur hoc tertium Nocturnum: etiam Decembri ante Adventum.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Quàm pulchra es! Oculi tui columbárum. *Cant.* 4. 1.

Ant. 4. E. Sicut vitta coccínea, lábia tua; & elóquium tuum dulce. *Ibid.* 4. 3.

Ant. 5. a. Odor unguentórum tuórum ſuper ómnia arómata. *Ibid.* 4. 10.

℣. Pulchritúdine tuâ inténde, ℟. Próſperè procéde, & regna. *Pſ.* 44. 4.

℟. *vij.* Benedixit te Dóminus in virtúte ſua; * Quia per te ad níhilum redégit inimícos noſtros. *Judith.* 13. 22. ℣. Benedícta tu inter mulíeres, & benedictus fru-

ctus ventris tui. *Luc.* 1. 42. * Quia.

℟. *viij.* Benedictus Dóminus qui creávit cœlum & terram; * Quia hódie nomen tuum ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum. *Judith.* 13. 24. 25. ℣. Reſpexit Dóminus humilitátem ancillæ ſuæ. *Luc.* 1. 48. * Quia.

℟. *ix.* Memento diérum humilitátis tuæ, * Et tu ínvoca Dóminum, & lóquere Regi pro nobis, † Et líbera nos de morte. *Eſther.* 15. 2. 3. ℣. Quia non erit impoſsíbile apud Deum omne verbum. *Luc.* 1. 37. * Et tu. ℣. Glória. † Et líbera.

Te Deum.

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Confiteantur tibi pópuli, Deus, ℟. Terra dedit fructum ſuum. *Pſ. 66. 6. 7.*

Ant. 6. F. Tu glória Jeruſalem, tu lætítia Iſraël, tu honorificéntia pópuli noſtri. *Judith.* 15. 10.

Ant. 8. c. Tota pulchra es, & mácula non eſt in te. *Cant.* 4. 7.

Ant. 1. g. Beáti omnes qui gaudent ſuper pace tua. *Tob.* 13. 18.

Ant. 4. A. Erit.

Canticum Judith. 13. 17.

LAudáte Deum noſtrum, * qui non deſéruit ſperantes in ſe;

Et in me ancilla ſua adimplévit miſericórdiam ſuam, * quam promíſit dómui Iſraël;

Et interfécit in manu mea * hoſtem pópuli ſui.

Vivit autem ipſe Dóminus; * quóniam cuſtodívit me Angelus ejus:

Et hinc euntem, & ibi commorantem, * & inde huc revertentem.

Et non permíſit me Dóminus * ancillam ſuam coinquinári.

Sed ſine pollutióne peccáti revocávit me * vobis gaudentem,

In victória ſua, in evaſióne mea, * & in liberatióne veſtra.

Glória Patri, &c.

Ant. Erit tibi Dóminus in lucem ſempitérnam, & Deus tuus in glóriam tuam. *Iſ.* 60. 19.

Ant. 7. *d.* Quàm pulchra es, & quàm decóra in delíciis! *Cant.* 7. 6.

Capitulum. Cant. 6. 3.

PUlchra es, ſuávis, & decóra ſicut Jeruſalem, terríbilis ut caſtrórum ácies ordináta.

Hymnus.

O Quæ polò ſublímior,
Regína cœli díceris,
Nos è ſupernis ſédibus,
María, clemens áſpice.
Christus ſibi quos éligit.

Fratres, adopta filios;
Et matris in nos víſcera,
Miteſque vultus índue.
Quid à Deo non óbtines
Supplex tuum per Fílium,
Quem virgináli víctimam
Offers placentem déxterâ?
Confisa tanto pígnori,
Ama favére nóxiis,
A te dato quos ſánguine
Tuus redémit Fílius.
Fac, Virgo, noſtris cáſtitas
Intacta regnet córdibus:
Vitæque puræ críminum,
Sit mors beáta términus.
Sit laus Patri, laus Fílio,
Qui natus eſt de Vírgine;
Quo Virgo fit puérpera,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Rex noſter operátus eſt ſalútem, ℟. Tu confregiſti cápita dracónis. *Pſ.* 73. 12. 14.

Ad Benedictus. *Ant.* 3. E. Benedictus Dóminus qui te diréxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum noſtrórum. *Judith.* 13. 24.

Oratio.

Concéde nos fámulos tuos, quæſumus, Dómine Deus, perpétuâ mentis & córporis ſanitáte gaudére: & glorióſâ beátæ Maríæ ſemper Vírginis interceſſióne, à præſenti liberári triſtítiâ, & ætérnâ pérfrui lætítiâ. Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. Tu glória.

Capitul. ut in Pſalterio.

℟. Chriſte, ℣. Qui natus es de María Vírgine.

AD TERTIAM.

Ant. Tota pulchra.

Capitulum. Judith. 8. 28.

Omnia quæ locúta es, vera ſunt, & non eſt in ſermónibus tuis ulla reprehénſio; nunc ergo ora pro nobis.

℟. *br.* Tríbuat tibi Dóminus * Secundùm cor tuum. *Repet.* Tríbuat. ℣. Et omne consílium tuum confírmet. * Secundùm. ℣. Glória. *Repet.* Tríbuat. *Pſ.* 19. 5.

℣. Ora pro nobis, ſancta Dei Génitrix, ℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

AD SEXTAM.

Ant. Beáti.

Capitulum. Tob. 13. 23.

Benedictus Dóminus, qui exaltávit eam, & ſit regnum ejus in ſécula ſeculórum ſuper eam.

℟. *br.* Corónat te Dóminus * In miſericórdia. *Repet.* Corónat. ℣. Et miſeratiónibus. * In miſericórdia. ℣. Glória. *Repet.* Corónat. *Pſalm.* 102. 4.

℣. Elégit eam Dómi-

nus ℟. In habitatiónem ſibi. *Pſ.* 131. 13.

AD NONAM.

Ant. Quàm pulchra es.

Capitulum. Cant. 4. 11.

FAvus diſtillans lábia tua, mel & lac ſub lingua tua; & odor veſtimentórum tuórum ſicut odor thuris.

℟. *br.* Diffúſa eſt * Grátia in lábiis tuis. *Repet.* Diffúſa. ℣. Benedixit te Deus in ætérnum. * Grátia. ℣. Glória. *Repet.* Diffúſa.

℣. Replet Dóminus in bonis, ℟. Deſidérium tuum. *Pſ.* 102. 4.

Quando dicentur ſecundæ Veſperæ, Antiphona, Capitulum, ℣. de Laudibus, Hymnus, Ave, maris ſtella.

Ad Magnif. *Ant.* 8. G. Beáta Dei Génitrix María, Virgo perpétua, templum Dómini, ſacrárium Spíritûs Sancti: ſola ſine exemplo placuiſti Dómino noſtro Jeſu Chriſto.

Lectiones ſequentes dicuntur ſingulis menſibus in Officio Beatæ Mariæ in Sabbato.

MENSE MAIO.

Ex libris ſancti Auguſtini Epíſcopi, de Trinitáte.

Lib. 13. *C.* 18.

LECTIO III.

POterat Deus hóminem ſuſcípere non de génere Adam: ſed mélius judicávit & de ipſo quod victum fúerat génere aſſúmere hóminem per quem géneris humáni vínceret inimícum: & tamen, ex vírgine; cujus conceptum, ſpíritus non caro, fides non libído, prævénit. Naſcebátur homo, nullum habens, nullū habitúrus omníno peccátum; per quem renaſcerentur liberandi à peccáto qui naſci non poſſent ſine peccáto. Oportébat itaque ut concupiſcéntia nulla ibi eſſet omníno, quando concipiebátur vírginis partus: in quo nihil dignum morte fúerat inventúrus (& eum tamen occiſúrus) autor mortis, autóris vitæ morte vincendus: victor primi Adam & tenens genus humánum, victus à ſecundo Adam & amittens genus chriſtiánum; ut deceptor ille ab eo vincerétur género, quod vícerat crímine.

MENSE JUNIO.

Sermo S. Petri Chryſólogi.

Serm. 143. LECT. III.

COncépit virgo, virgo péperit: non te conceptus turbet; partus te non confundat audítus, quando virgínitas, quidquid eſt humáni pudóris, excúſat. Aut quæ ibi verecúndiæ læſio, ubi init

Déitas cum amíca ſibi ſemper integritáte conſórtium ? ubi eſt interpres Angelus; fides, prónuba; deſponsátio, caſtitas; donátio, virtus; judex, conſciéntia; cauſa, Deus; conceptus, intégritas; virgínitas, partus; virgo, mater? Nemo ergo júdicet humáno modo quod divíno géritur ſacramento: nemo myſtérium cœleſte diſcútiat ratióne terrénâ.

MENSE JULIO.

Ex libro Morálium ſancti Gregórii Papæ.

Lib. 18. *Cap.* 27. *Art.* 36.

LECTIO III.

Mediátor Dei atque hóminum homo Chriſtus Jeſus, non, ſicut iſte hæréticus délipit, alter in humanitáte, alter in Deitáte eſt: non purus homo conceptus atque éditus, poſt per méritum ut Deus eſſet, accépit; ſed nuntiante Angelo, & adveniente Spíritu, mox Verbum in útero, mox intra úterum Verbum caro, & manente incommutábili eſſéntia quæ eſt ei cum Patre & cum ſancto Spíritu coæterna, aſſumpſit intra virgínea víſcera, unde & impaſſíbilis pati, & immortális mori, & æternus ante sécula, temporális poſſet eſſe in fine ſeculórum: ut per ineffábile ſacramentum, concepru ſancto & partu inviolábili ſecundùm veritátem utriuſque natúræ, éadem virgo & ancilla Dómini eſſet & mater. Sic quippe ei ab Elízabeth dícitur: Unde hoc mihi ut véniat mater Dómini mei ad me: & ipſa Virgo concípiens dixit: Ecce ancilla Dómini; fiat mihi ſecundùm verbum tuum.

MENSE AUGUSTO.

Sermo S. Procli Epíſcopi.

In S. Deip. Orat. 6.

LECTIO III.

Quibus encomiórum colóribus virginálem depingam imáginem, quibus laudum præcóniis incontaminátum exornábo caſtimóniæ caractérem? Hæc, ſacrum impeccántiæ ádytum: hæc, ſanctificátum Dei templum: hæc, áureum altáre holocautómatum: hæc, divínum compoſitiónis thymiáma: hæc, ſacrum unctiónis óleum: hæc, pretióſum nardi píſtici alabaſtrum: hæc, ſacerdotále ephod, Dei voluntátem índicans: hæc, áureum candelábrum, ſeptem ellychniórum lucernam portans: hæc, arca intrínſecus & extrínſecus deauráta, córpore ſcílicet & ſpíritu ſanctificáta.

Si occurrat Feſtum celebrandum in aliqua Ec-

cleſiâ de Beata Maria, ſi ſit Semiduplex, aut Duplex-minus, non leguntur Lectiones in I. Nocturno.

In II. leguntur de ſcriptura occurrente: in III. IV. & V. Lectiones erunt duæ Lectiones appoſitæ pro menſibus. VI. erit Homilia poſita inferiùs.

Si Feſtum celebretur ritu Duplicis-majoris, aut ſuprà, in I. Nocturno Lectiones de ſcriptura occurrente. In II. tres Lectiones pro menſibus appoſitæ.

In III. Nocturno VII. Lectio erit ea quæ eſt II. in parvo Officio, cui apponetur Titulus, De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Gálatas. *VIII. erit III. ejuſdem parvi Officii cui apponetur titulus*, De Apocalypſi beáti Joannis Apóſtoli. *IX. erit Homilia.*

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LECTIO VI. *aut* IX. *Cap.* 11.

IN illo témpore, Cùm loquerétur Jeſus ad turbas, extollens vocem quædam múlier de turba, dixit illi: Beátus venter qui te portávit, & úbera quæ ſuxiſti. Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ Preſbyteri. *Lib.* 4. *C.* 49. *in Luc.* 11.

EXtollámus vocem cum Eccléſia Cathólica, cujus hæc múlier typum geſſit; extollámus & mentem de médio turbárum, dicamúſque Salvatóri: Beátus venter qui te portávit, & úbera quæ ſuxiſti! Verè enim beáta parens, quæ, ſicut quidam ait, Enixa eſt puérpera Regem qui cœlum terrámque tenet per ſǽcula. Quin immò beáti qui áudiunt verbum Dei, & cuſtódiunt! Pulchrè Salvátor atteſtatióni mulíeris ánnuit, non eam tantúmmodò quæ Verbum Dei corporáliter generáre merúerat, ſed & omnes qui idem Verbum ſpirituáliter auditu fídei concípere, & boni óperis cuſtódiâ, vel in ſuo, vel in proximórum corde párere, & quaſi álere ſtudúerint, aſſevérans eſſe beátos: quia & éadem Dei génitrix, & inde quidem beáta, quia Verbi incarnandi miniſtra facta eſt temporális: ſed inde multò beátior, quia ejuſdem ſemper amandi cuſtos manébat ætema.

OFFICIUM PARVUM BEATÆ MARIÆ.

Non dicitur quoties fit Officium Semiduplex, aut ſuprà, nec intra Octavas, nec quando Officium diei eſt de Beata.

Singulæ Horæ hujus Officii dicuntur hoc modo: Officium Nocturnum, Laudes & Veſperæ dicuntur inter Suffragia. Prima, poſt Primam diei, ante Officium Capituli: Tertia poſt Benedicámus *Tertiæ: & ſic de cæteris Horis.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Ave, María, grátiâ plena; * Dóminus tecum. *Luc.* 1. 28.

Pſ. Veníte.

Hymnus.

NOBIS Deum quæ párturis,
O Virgo, matrum máxima,
Preces tibi quas fúndimus,
Offer benigna Fílio.

NOVI ſimul tu fœderis,
Et orbis arca náufragi,
Columba pacis núntia,
Et pacis obſes mítteris.

QUO vivis, à te súſcipit
Vitam, Creátor ómnium;
Immenſus in te cláuditur;
De te fit Æternus, caro.

TUIS tenétur légibus,
Mundi tremendus Légifer,
A te puer lac mútuat,
Qui dat cibum quo páſceris.

COELUM ferentem súſtines,
Greſſus Tonantis témperas;
Suóque ſtantem Númine,
Loco ſitúque dimoves.

SIT laus Patri, laus Fílio,
Qui natus eſt de Vírgine;
Quo Virgo fit puérpera,
Sit par tibi laus, Spíritus. Amen.

In Feſtis beatæ Mariæ dicuntur in Nocturnis novem ſequentes Pſalmi, cum Antiphonis propriis.

In Officio autem parvo dicuntur tantùm tres Pſalmi, ſecundùm ordinem Feriarum, ut infrà notatur.

IN I. NOCTURNO.

Feriâ II. & V.

Ant. ſola 1. a. Ave.

Pſalmus 8.

DOmine Dóminus noſter, * quàm admirábile eſt nomen tuum in univerſa terra!

Quóniam eleváta eſt magnificéntia tua * ſuper cœlos.

Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimícos tuos, * ut déſtruas inimícum & ultórem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópera digitórum tuórum, * lunam & ſtellas quæ tu fundaſti.

Quid eſt homo, quòd memor es ejus? * aut filius hóminis, quóniam víſitas eum?

Minuiſti eum paulò minùs ab Angelis, glóriâ & honóre coronaſti eum, * & conſtituiſti eum ſuper ópera mánuum tuárum.

Omnia ſubjeciſti ſub pédibus ejus, * oves & boves univerſas, ínſuper & pécora campi.

Vólucres cœli, & piſces maris, * qui perámbulant ſémitas maris.

Dómine Dóminus noſter, * quàm admirábile eſt nomen tuum in univerſa terra!

Pſalmus 18.

CŒli enarrant glóriam Dei, * & ópera mánuum ejus annúntiat firmamentum.

Dies diéi erúctat verbum, * & nox nocti índicat ſciéntiam.

Non ſunt loquélæ neque ſermónes, * quorum non audiantur voces eórum.

In omnem terram exívit ſonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

In ſole póſuit tabernáculum ſuum, * & ipſe tamquam ſponſus procédens de thálamo ſuo.

Exultávit ut gigas ad curréndam viam; * à ſummo cœlo egréſſio ejus.

Et occurſus ejus uſque ad ſummum ejus; * nec eſt qui ſe abſcondat à calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convertens ánimas: * teſtimónium Dómini fidéle, ſapiéntiam præſtans párvulis.

Juſtítiæ Dómini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini ſanctus, pérmanens in ſéculum ſéculi: * judícia Dómini vera, juſtificáta in ſemetipſa.

Deſiderabília ſuper aurum, & lápidem pretióſum multum, * & dulcióra ſuper mel & favum.

Etenim ſervus tuus cuſtódit ea; * in cuſtodiendis illis retribútio multa.

Delicta quis intélligit? ab occultis meis munda me: * & ab aliénis parce ſervo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero, * & emun-

dábor à delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei, * & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

Dómine, adjútor meus,* & redemptor meus.

Pſalmus 44.

ERuctávit cor meum verbum bonum : * dico ego ópera mea regi.

Lingua mea calámus ſcribæ, * velóciter ſcribentis.

Speciósus formâ præ filiis hóminum : diffúſa eſt grátia in lábiis tuis ; * proptérea benedixit te Deus in æternum.

Accíngere gládio tuo ſuper femur tuum, * Potentíſſime.

Spécie tuâ & pulchritúdine tuâ * intende, próſperè procéde, & regna,

Propter veritátem, & manſuetúdinem, & juſtitiam ; * & dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagittæ tuæ acútæ, pópuli ſub te cadent, * in corda inimicórum regis.

Sedes tua, Deus, in ſéculum ſéculi : * virga directiónis, virga regni tui.

Dilexiſti juſtítiam, & odiſti iniquitátem ; * proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ conſórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cáſia à veſtimentis tuis, à dómibus ebúrneis : * ex quibus delectavérunt te filiæ regum in honóre tuo.

Aſtitit regína à dextris tuis in veſtitu deauráto,* circúmdata varietáte.

Audi, filia, & vide, & inclína aurem tuam ; * & oblivíſcere pópulum tuum, & domum patris tui :

Et concupiſcet rex decórem tuum, * quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus ; & adorábunt eum.

Et filiæ Tyri in munéribus : * vultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus filiæ regis ab intùs, * in fimbriis áureis, circumamicta varietátibus.

Adducentur regi vírgines poſt eam : * próximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætítia & exultatióne ; * adducentur in templum regis.

Pro pátribus tuis nati ſunt tibi filii : * conſtitues eos príncipes ſuper omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui, * in omni generatióne & generatiónem.

Proptérea pópuli confitebuntur tibi in æternum, * & in ſéculum ſéculi.

Ant. Ave, grátiâ

plena, Dóminus tecum: benedicta tu in muliéribus. *Luc.* 1.

℣. Ipſe eſt Dóminus Deus tuus, ℟. Et adorábunt eum. *Pſ.* 44. 12.

Pater. *Lectiones infrà.*

IN II. NOCTURNO.

Feriâ III. & VI.

Ant. ſola. 7. d. María.

Pſalmus. 45.

DEus noſter refúgium & virtus: * adjútor in tribulatiónibus quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra, * & transferentur montes in cor maris.

Sonuérunt & turbátæ ſunt aquæ eórum: * conturbáti ſunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * ſanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus.

Deus in médio ejus; non commovébitur: * adjuvábit eam Deus manè dilúculo.

Conturbátæ ſunt gentes, & inclináta ſunt regna: * dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dóminus virtútum nobiſcum, * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ póſuit prodígia ſuper terram, * áuferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confringet arma: * & ſcuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego ſum Deus: * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobiſcum, * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Pſalmus 71.

DEus, judícium tuum regi da, * & juſtítiam tuam filio regis,

Judicáre pópulum tuum in juſtítia, * & páuperes tuos in judício.

Suſcípiant montes pacem pópulo, * & colles juſtítiam.

Judicábit páuperes pópuli, & ſalvos fáciet fílios páuperum, * & humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum ſole & ante lunam, * in generatióne & generatiónem.

Deſcendet ſicut plúvia in vellus, * & ſicut ſtillicídia ſtillántia ſuper terram.

Oriétur in diébus ejus juſtítia, & abundántia pacis, * donec auferátur luna.

Et dominábitur à mari uſque ad mare, * & à flúmine uſque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes, * & inimíci ejus terram lingent.

Reges Tharſis & inſulæ múnera ófferent ; * reges Arabum & Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terræ : * omnes gentes ſérvient ei.

Quia liberábit páuperem à potente, * & páuperem cui non erat adjútor.

Parcet páuperi & ínopi ; * & ánimas páuperum ſalvas fáciet.

Ex usúris & iniquitáte rédimet ánimas eórum : * & honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, & dábitur ei de auro Arábiæ, & adorábunt de ipſo ſemper : * totâ die benedícent ei.

Et erit firmamentum in terra in ſummis móntium, ſuperextollétur ſuper Líbanum fructus ejus : * & florébunt de civitáte ſicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in ſécula : * ante ſolem pérmanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ : * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedictus Dóminus Deus Iſraël, * qui facit mirabília ſolus.

Et benedictum nomen majeſtátis ejus in æternum : * & replébitur majeſtáte ejus omnis terra : Fiat, fiat.

Pſalmus 84.

BEnedixiſti, Dómine, terram tuam, * avertiſti captivitátem Jacob.

Remiſiſti iniquitátem plebis tuæ, * operuiſti ómnia peccáta eórum.

Mitigaſti omnem iram tuam, * avertiſti ab ira indignatiónis tuæ.

Converte nos, Deus ſalutáris noſter, * & averte iram tuam à nobis.

Numquid in æternum iraſcéris nobis ? * aut extendes iram tuam à generatióne in generatiónem ?

Deus, tu converſus vivificábis nos, * & plebs tua lætábitur in te.

Oſtende nobis, Dómine, miſericórdiam tuam, * & ſalutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus ; * quóniam loquétur pacem in plebem ſuam.

Et ſuper ſanctos ſuos, * & in eos qui convertuntur ad cor.

Verúmtamen prope timentes eum ſalutáre ipſíus, * ut inhábitet glória in terra noſtra.

Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi : * juſtítia & pax oſculátæ ſunt.

Véritas de terra orta eſt, * & juſtitia de cœlo proſpexit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem ; * & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Juſtítia ante eum ambulábit , * & ponet in via greſſus ſuos.

Ant. María , inveniſti grátiam apud Deum. *Luc.* 1. 30.

℣. Glorióſa dicta ſunt de te , ℟. Cívitas Dei. *Pſ.* 86. 3.

Pater. *Lectiones infrà.*

IN III. NOCTURNO.

Feriâ IV. & Sabbato.

Ant. ſola 8. *G.* Beáta.

Pſalmus 86.

FUndamenta ejus in móntibus ſanctis : * díligit Dóminus portas Sion ſuper ómnia tabernácula Jacob.

Glorióſa dicta ſunt de te , * cívitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylónis * ſciéntium me.

Ecce alienígenæ, & Tyrus , & pópulus Æthíopum ; * hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet : Homo , & homo natus eſt in ea ; * & ipſe fundávit eam Altíſſimus ?

Dóminus narrábit in ſcriptúris populórum & príncipum , * horum qui fuérunt in ea.

Sicut lætántium ómnium * habitátio eſt in te.

Pſalmus 96.

DOminus regnávit , exultet terra , * læténtur ínſulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus : * juſtítia & judícium corréctio ſedis ejus.

Ignis ante ipſum præcédet , * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ : * vidit, & commóta eſt terra.

Montes ſicut cera fluxérunt à fácie Dómini ; * à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli juſtítiam ejus ; * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundantur omnes qui adórant ſculptília, * & qui gloriantur in ſimulácris ſuis.

Adoráte eum , omnes Angeli ejus : * audivit, & læetáta eſt Sion.

Et exultavérunt fíliæ Judæ, * propter judícia tua, Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíſſimus ſuper omnem terram : * nimis exaltátus es ſuper omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum , odíte malum : * cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum ; de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta eſt juſto , * & rectis corde lætítia.

Lætámini , juſti, in Dómino , * & confitémini

memóriæ

ctificatiónis

\7.
no cán-
, *

..
.avit

.it miſeri-
* & veritá-
i Iſraël.
mnes términi-
ſalutáre Dei

eo , omnis
:, & exultá-
e.
ómino in cí-
ara, & vo-
in tubis du-
voce tubæ

n conſpectu
i : moveátur
túdo ejus, *
m , & qui
o.
laudent ma-
ontes exultá-
ectu Dómi-
m venit ju-

orbem terrá-
a, * & pó-
itáte.
a quæ cre-
óniam per-
, qùæ dicta
arc.

ſunt tibi a Dómino. *Luc.* 1. 45.

℣. Pulchritúdine tuâ intende, ℟. Próſperè procéde, & regna. *Pſ.* 44. 4.

Pater noſter.

Abſolutio.

PRécibus & méritis beátæ Maríæ ſemper Vírginis, & ómnium Sanctórum, perdúcat nos Dóminus ad regna cœlórum.

℟. Amen.

Jube, Domne, benedícere.

Benedictio. Nos cum prole pia, benedicat Virgo María.

℟. Amen.

LECTIO I. *Iſaiæ* 7.

ADjécit Dóminus loqui ad Achaz, dicens : Pete tibi ſignum à Dómino Deo tuo in profundum inferni, ſive in excelſum ſuprà. Et dixit Achaz : Non petam, & non tentábo Dóminum. Et dixit : Audíte ergo, domus David : Numquid parum vobis eſt moleſtos eſſe homínibus, quia moleſti eſtis & Deo meo ? Propter hoc dabit Dóminus ipſe vobis ſignum : Ecce Virgo concípiet, & páriet Filium ; & vocábitur nomen ejus Emmánuel. Tu autem.

℟. Beáta es, Virgo María, quæ Dóminum portaſti Creatórem mundi ; * Genuiſti qui te

ſecit, & in æternum pérmanes virgo. ℣. Benedicta es tu, filia, à Dómino Deo excelſo. * Genuiſti.

Benedictio. Vírginis Maríæ Filius, ſit nobis adjútor & propítius.

LECTIO II. *Gal.* 4.

QUanto témpore hæres párvulus eſt, nihil differt à ſervo, cùm ſit dóminus ómnium; ſed ſub tutóribus & actóribus eſt, uſque ad præfinítum tempus à patre: ita & nos cùm eſſémus párvuli, ſub elementis mundi erámus ſervientes. At ubi venit plenitúdo témporis, miſit Deus Fílium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege; ut eos qui ſub lege erant redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus. Tu autem.

℟. Sancta & immaculáta virgínitas, quibus te láudibus éfferam néſcio; * Quia quem cœli cápere non póterant, tuo grémio contuliſti. ℣. Benedicta tu inter mulíeres, & benedictus fructus ventris tui. * Quia.

Benedict. Per Vírginem matrem, concédat nobis Dóminus ſalútem & pacem.

LECT. III. *Apoc.* 11. & 12.

APertum eſt templum Dei in cœlo: & viſa eſt arca teſtamenti ejus in templo ejus, & facta ſunt fulgura, & voces, & terræ mótus, & grando magna. Et ſignum magnum appáruit in cœlo: Múlier amicta ſole, & luna ſub pédibus ejus, & in cápite ejus coróna ſtellárum duódecim. Tu.

℟. Felix es, ſacra Virgo María, & omni laude digníſſima; * Quia ex te ortus eſt Sol juſtitiæ Chriſtus Deus noſter. ℣. Ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercéde pro devóto feminéo ſexu: ſéntiant tuum juvámen, quicumque célebrant tuam ſanctam commemoratiónem. * Quia. ℣. Glória. * Quia.

Non dicitur Te Deum.

Si Laudes non ſequantur, dicitur hìc Oratio, Concéde. *ut infrà, ad Sextam.*

AD LAUDES.

℣. *Sacerd.* Confiteantur tibi pópuli, Deus: ℟. Terra dedit fructum ſuum. *Pſal.* 66. 6. 7.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. ſola. 4. A. Erit tibi.

Pſalmus 66.

DEus miſereátur noſtrî, & benedícat nobis; * illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereátur noſtrî;

Ut cognoſcámus in terra viam tuam, * in óm-

géntibus ſalutáre

fiteantur tibi pó-
)eus, * confitean-
i pópuli omnes.
entur & exultent
, quóniam júdicas
s in æquitáte, *
ites in terra díri-

fiteantur tibi pó-
Deus, confiteantur
puli omnes: * ter-
it fructum ſuum.
:dicat nos Deus,
noſter, benedicat
eus; * & métuant
mnes fines terræ.

Pſalmus 92.

)minus regnávit,
decórem indútus
indútus eſt Dómi-
:titúdinem, & præ-
ſe.
um firmávit orbem
* qui non commo-
r.
áta ſedes tua ex
* à ſéculo tu es.
avérunt flúmina,
ie: * elevavérunt
a vocem ſuam.
:vavérunt flúmina
ſuos, * à vócibus
m multárum.
ábiles elatiónes ma-
mirábilis in altis
ius.
imónia tua credi-
acta ſunt nimis: *
n tuam decet ſan-
, Dómine, in lon-
iem diérum.

Pſalmus 99.

JUbiláte Deo, omnis terra, * ſervíte Dómino in lætítia.

Introíte in conſpectu ejus, * in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipſe eſt Deus: * ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Pópulus ejus, & oves páſcuæ ejus, introíte portas ejus in confeſſióne, átria ejus in hymnis: * confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, quóniam ſuávis eſt Dóminus, in æternum miſericórdia ejus, * & uſque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.

Cant. *Judith.* 13. 17. Laudáte Deum, *ut in Officio B. Mariæ in Sabbato.*

Pſalmus 150.

LAudáte Dóminum in ſanctis ejus: * laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum ſecundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ: * laudáte eum in pſaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro: * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis beneſonántibus; lau-

dáte eum in cymbalis jubilatiónis : * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ant. Erit tibi Dóminus in lucem ſempitérnam, & Deus tuus in glóriam tuam. *Iſ.* 60. 14.

Capitulum. Galat. 4.

UBi venit plenitúdo témporis, miſit Deus Fílium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege; ut eos qui ſub lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

Hymnus.

O Quæ polo ſublímior,
Regína cœli díceris !
Nos è ſupernis ſédibus,
María, clemens áſpice.

Christus ſibi quos éligit,
Fratres, adopta fílios ;
Et matris in nos víſcera,
Miteſque vultus índue.

Quid à Deo non óbtines
Supplex tuum per Fílium,
Quem virgináli víctimam
Offers placentem dexterâ ?

Confisa tanto pígnori,
Ama favére nóxiis,
A te dato quos sánguine
Tuus redémit Fílius.

Fac, Virgo, noſtris caſtitas
Intacta regnet córdibus :
Vitæque puræ críminum,
Sit mors beáta, términus.

Sit laus Patri ; laus Fílio,
Qui natus eſt de Vírgine;
Quo Virgo fit puérpera,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Rex noſter operátus eſt ſalútem, ℟. Tu confregiſti cápita dracónis. *Pſ.* 73. 12. 14.

Ad Bened. *Ant.* 8. G. Beáta Dei génitrix María, Virgo perpétua, templum Dómini, ſacrárium Spíritûs Sancti : ſola ſine exemplo placuiſti Dómino noſtro Jeſu Chriſto.

Oratio.

DEus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem ſuſcípere voluiſti : præſta ſupplícibus tuis, ut qui verè eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te interceſſiónibus adjuvémur ; Per eumdem Dóminum.

Fiunt commemorationes.

AD PRIMAM.

Hymnus.

MEmento, de Deo Deus,
Quòd matre natus Vírgine ;
Noſtrî miſertus, pérditi
Mundi Redemptor véneris.

Et nos, Dei Virgo parens,
Vultu benigno réſpice :
Placábilem tuâ prece
Fac eſſe nobis Fílium.

Sit laus Patri; laus Filio,
Qui natus eſt de Virgine;
Quo Virgo ſit puérpera,
Sit par tibi laus, Spiritus. Amen.

Pſalm. Deus, in nómine. 127. Cantáte .... omnis terra. 50. Laudáte Dóminum. 153. *ſub ſola Ant.* 6. F. Tu glória Jeruſalem, tu lætítia Iſraël, tu honorificéntia pópuli noſtri.

Capitulum. Cant. 6. 3.

PUlchra es, ſuávis, & decóra ſicut Jeruſalem; terríbilis ut caſtrórum ácies ordináta.

℟. *br.* Miſericórdia & véritas * Obviavérunt ſibi. *Repet.* Miſericórdia. ℣. Juſtítia & pax oſculátæ ſunt. * Obviavérunt. ℣. Glória. *Repet.* Miſericórdia.

℣. Véritas de terra orta eſt, ℟. Et juſtítia de cœlo proſpexit. *Pſ.* 84. 11. 12.

Oratio.

PRótege, Dómine, fámulos tuos ſubsídiis pacis; & beátæ Maríæ ſemper Vírginis patrocíniis confidentes, à cunctis hóſtibus & perículis redde ſecúros; Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Pſalm. Ad Dóminum. 76. Levávi. 55. Lætátus ſum. 76. *ſub ſola Ant.* 8. c. Tota pulchra es, & mácula non eſt in te. *Cant.* 4. 7.

Capitulum. Judith. 8. 28.

OMnia quæ locúta es, vera ſunt, & non eſt in ſermónibus tuis ulla reprehénſio; nunc ergo ora pro nobis.

℟. *br.* Tríbuat tibi Dóminus * Secundùm cor tuum. *Rep.* Tríbuat. ℣. Et omne consílium tuum confirmet. * Secundùm. ℣. Glória. *Rep.* Tríbuat. *Pſ.* 19. 5.

℣. Ora pro nobis, ſancta Dei Génitrix, ℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

Oratio.

DEus, qui ſalútis ætérnæ, beátæ Maríæ Virginitáte fœcundâ, humáno géneri præmia præſtitiſti: tríbue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercédere ſentiámus, per quam merúimus autórem vitæ ſuſcípere Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum; Qui tecum.

AD SEXTAM.

Pſalm. Ad te levávi. 97. Niſi quia. 55. Qui confidunt. 97. *ſub ſola Ant.* 1. g. Beáti omnes qui gaudent ſuper pace tua. *Tob.* 13. 18.

Capitulum. Tob. 13. 23.

BEnedíctus Dóminus qui exaltávit eam, & ſit regnum ejus in ſé-

cula ſeculórum ſuper eam.

℟. *br.* Corónat te Dóminus * In miſericórdia. *Repet.* Corónat. ℣. Et miſeratiónibus. * In miſericórdia. ℣. Glória. *Rep.* Corónat. *Pſ.* 102. 4.

℣. Elégit eam Dóminus, ℟. In habitatiónem ſibi. *Pſ.* 131. 13.

Oratio.

Concéde, miſéricors Deus, fragilitáti noſtræ præſídium: ut qui ſanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, interceſſiónis ejus auxílio, à noſtris iniquitátibus reſurgámus; Per eumdem.

AD NONAM.

Pſalm. In convertendo. 56. Niſi Dóminus. 98. Beáti omnes. 161. *ſub ſola Ant.* 7. *d.* Quàm pulchra es, & quàm decóra in delíciis! *Cant.* 7. 6.

Capitulum. Cant. 4. 11.

Favus diſtillans lábia tua, mel & lac ſub lingua tua, & odor veſtimentórum tuórum ſicut odor thuris.

℟. *br.* Diffúſa eſt *Grátia in lábiis tuis. *Repet.* Diffúſa. ℣. Benedixit te Deus in æternum. * Grátia. ℣. Glória. *Repet.* Diffúſa.

℣. Replet Dóminus in bonis, ℟. Deſidérium tuum. *Pſ.* 102. 4.

Oratio.

Famulórum tuórum, quæſumus, Dómine, delictis ignoſce; ut qui tibi placére de áctibus noſtris non valémus, Genitrícis Fílii tuì Dómini noſtri interceſſióne ſalvémur; Per eumdem Dóminum noſtrum.

AD II. VESPERAS.

℣. Deus, in adjutórium. *Ant. ſola.* 2. D. In ancilla.

Pſalmus 109.

Dixit Dóminus Dómino meo: * Sede à dextris meis;

Donec ponam inimícos tuos * ſcabellum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in ſplendóribus Sanctórum: * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: * Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm órdinem Melchíſedech.

Dóminus à dextris tuis,* confrégit in die iræ ſuæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas, * conquaſſábit cápita in terra multórum.

De torrente in via bi-

bet; * proptérea exaltábit caput.

Pſalmus 112.

LAudáte, púeri, Dóminum, * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum, * ex hoc, nunc, & uſque in ſéculum.

A ſolis ortu uſque ad occáſum, * laudábile nomen Dómini.

Excelſus ſuper omnes gentes Dóminus, * & ſuper cœlos glória ejus.

Quis ſicut Dóminus Deus noſter, qui in altis hábitat, * & humília réſpicit in cœlo & in terra?

Súſcitans à terra ínopem, * & de ſtércore érigens páuperem,

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli ſui;

Qui habitáre facit ſtérilem in domo, * matrem filiórum lætantem.

Pſalmus 121.

LÆtátus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes noſtri * in átriis tuis, Jerúſalem;

Jerúſalem quæ ædificátur ut cívitas, * cujus participátio ejus in idipſum.

Illuc enim aſcendérunt tribus, tribus Dómini; * teſtimónium Iſraël, ad confitendum nómini Dómini.

Quia illic ſedérunt ſedes in judício, * ſedes ſuper domum David.

Rogáte quæ ad pacem ſunt Jerúſalem, * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua, * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos & próximos meos, * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei noſtri, * quæsívi bona tibi.

Pſalmus 126.

NIſi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Niſi Dóminus cuſtodíerit civitátem, * fruſtrà vígilat qui cuſtódit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem súrgere: * súrgite poſtquam ſedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cùm déderit dilectis ſuis ſomnum: ecce hæréditas Dómini, filii; * merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis, * ita filii excuſſórum.

Beatus vir qui implévit deſidérium ſuum ex ipſis; * non confundétur cùm loquétur inimícis ſuis in porta.

Pſalmus 147.

LAuda, Jerúſalem, Dóminum: * lauda

Deum tuum, Sion;

Quóniam confortávit ſeras portárum tuárum, * benedixit filiis tuis in te;

Qui póſuit fines tuos pacem, * & ádipe frumenti sátiat te;

Qui emittit elóquium ſuum terræ, * velóciter currit ſermo ejus;

Qui dat nivem ſicut lanam, * nébulam ſicut cínerem ſpargit;

Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas; * ante fáciem frígoris ejus quis ſuſtinébit?

Emittet verbum ſuum, & liquefáciet ea: * flabit ſpíritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum ſuum Jacob, * juſtítias & judícia ſua Iſraël;

Non fecit táliter omni natióni, * & judícia ſua non manifeſtávit eis.

Ant. In ancilla ſua adimplévit Dóminus miſericórdiam ſuam quam promíſit dómui Iſraël. *Judith.* 13. 18.

Capitulum. Eccli. 24. 12.

QUi creávit me, requiévit in tabernáculo meo; & dixit mihi: In Jacob inhábita, & in Iſraël hæreditáre; & in eléctis meis mitte radíces. Et ſic in Sion firmáta ſum.

Hymnus.

AVE, maris ſtella,
Dei mater alma,
Atque ſemper virgo,
Felix cœli porta.

SUMENS illud Ave,
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Evæ nomen.

SOLVE vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce.

MONSTRA te eſſe matrem;
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit eſſe tuus.

VIRGO ſinguláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolútos,
Mites fac & caſtos.

VITAM præſta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jeſum,
Semper collætémur.

SIT laus Deo Patri,
Summo Chriſto decus,
Spirítui Sancto,
Tribus honor unus.
Amen.

℣. Poſt partum virgo invioláta permanſiſti;
℟. Dei génitrix, intercéde pro nobis.

Ad Magnif. *Ant.* 4. E.
Sancta María, ſuccurre miſeris, juva puſillánimes, réfove flébiles, ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercéde pro devóto femíneo ſexu; ſéntiant omnes tuum juvámen, quicumque célebrant tuam ſanctam commemoratiónem.

Oratio.

Cordibus noſtris, quæſumus, Dómine, grátiam tuam benignus infunde; & intercedente ſanctiſſimâ Dei genitríce Maríâ, córpora noſtra caſtitáte, & mentes noſtras humilitáte & carĩtáte ſanctífica; Per eumdem.

Fiunt commemorationes.

AD COMPLETORIUM.

℣. Converte nos, Deus. ℣. Deus, in adjutórium.

Pſ. Sæpè expugnavérunt. 138. De profundis. 98. Dómine, non eſt exaltátum. 99. *ſub ſola Ant.* 5. a. In omni gente quæ audíerit nomen tuum, magnificábitur ſuper te Deus Iſraël. *Judith.* 13. 31.

Hymnus. Virgíneis títulis, *ut ſuprà in Officio B. Mariæ in Sabbato.* pag. lxxxiij.

Capitulum. Judith. 13. 25.

Nomen tuum Dóminus ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum, qui mémores fúerint virtútis Dómini in æternum.

℟. *br.* Vultum tuum * Deprecabuntur. *Rep.* Vultum. ℣. Omnes dívites plebis. * Deprecabuntur. ℣. Glória. *Rep.* Vultum.

℣. Mémores erunt nóminis tui, ℟. In omni generatióne & generatiónem. *Pſ.* 44. 13. 18.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 7. d. Sub tuum præſídium confúgimus, ſancta Dei Génitrix: noſtras deprecatiónes ne deſpícias in neceſſitátibus; ſed à perículis cunctis líbera nos ſemper, Virgo glorióſa & benedicta.

Oratio.

Beátæ & glorióſæ ſemperque Vírginis Maríæ, quæſumus, Dómine intercéſſio glorióſa nos prótegat, & ad vitam perdúcat æternam; Per.

PROSA DE BEATA ad devotionem.

Inviolata, íntegra & caſta es, María:
Quæ es effecta fúlgida cœli porta.
O Mater alma Chriſti caríſſima,
Súſcipe pia laudum præcónia.
Nostra ut pura péctora ſint & córpora,
Te nunc flágitant devóta corda & ora.
Tua per precáta dulcíſona,
Nobis concédas véniam per ſécula.
O Benigna! O benigna! O benigna!
Quæ ſola invioláta permanſiſti.

℣. Ora pro nobis, ſancta Dei Génitrix; ℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

Orat. Famulórum. *p.* cij.

PSALMI PŒNITENTIALES.

Pſalmus 6.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Miſerére meî, Dómine, quóniam infirmus ſum : * ſana me, Dómine, quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima mea turbáta eſt valdè ; * ſed tu, Dómine, úſquequò ?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam: * ſalvum me fac, propter miſericórdiam tuam ;

Quóniam non eſt in morte qui memor ſit tuî :* in inferno autem quis confitébitur tibi ?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per ſíngulas noctes lectum meum, * lácrymis meis ſtratum meum rigábo.

Turbátus eſt à furóre óculus meus, * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Diſcédite à me, omnes qui operámini iniquitátem, * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam : *Dóminus oratiónem meam ſuſcépit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei : * convertantur & erubeſcánt valdè velóciter.

Pſalmus 31.

BEáti quorum remiſſæ ſunt iniquitátes, * & quorum tecta ſunt peccáta.

Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum, * nec eſt in ſpíritu ejus dolus.

Quóniam tácui, inveteravérunt oſſa mea, * dum clamárem totâ die.

Quóniam die ac nocte graváta eſt ſuper me manus tua, * converſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.

Delictum meum cógnitum tibi feci, * & injuſtítiam meam non abſcondi.

Dixi : Confitébor adverſùm me injuſtítiam meam Dómino ; * & tu remiſiſti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis ſanctus * in témpore opportúno.

Verúmtamen in dilúvio

aquárum multárum, * ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum à tribulatióne quæ circúmdedit me : * exultátio mea, érue me à circumdántibus me.

Intellectum tibi dabo, & ínſtruam te in via hac quâ gradiéris : * firmábo ſuper te óculos meos.

Nolíte fieri ſicut equus & mulus, * quibus non eſt intellectus.

In camo & fræno maxillas eórum conſtringe,* qui non appróximant ad te.

Multa flagella peccatóris, * ſperantem autem in Dómino miſericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino, & exultáte, juſti ; * & gloriámini, omnes recti corde.

Pſalmus 37.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me ;

Quóniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, * & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſánitas in carne mea à fácie iræ tuæ : * non eſt pax óſſibus meis à fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum ; * & ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me.

Putruérunt & corruptæ ſunt cicatríces meæ, * à fácie inſipiéntiæ meæ.

Miſer factus ſum,& curvátus ſum uſque in finem : * totâ die contriſtátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti ſunt illuſiónibus ;* & non eſt ſánitas in carne mea.

Afflictus ſum & humiliátus ſum nimis : * rugiébam à gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne deſidérium meum ; * & gémitus meus à te non eſt abſcónditus.

Cor meum conturbátum eſt, derelíquit me virtus mea ; * & lumen oculórum meórum, & ipſum non eſt mecum.

Amíci mei & próximi mei * adversùm me appropinquavérunt & ſtéterunt ;

Et qui juxta me erant,de longè ſtetérunt ; * & vim faciébant qui quærébant ánimam meam :

Et qui inquirébant mala mihi, locúti ſunt vanitátes, * & dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tamquam ſurdus non audiébam, * & ſicut mutus non apériens os ſuum.

Et factus ſum ſicut ho-

mo non áudiens, * & non habens in ore ſuo redargutiónes.

Quóniam in te, Dómine, ſperávi: * tu exáudies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi: Nequando ſupergáudeant mihi inimíci mei; * &, dum commoventur pedes mei, ſuper me magna locúti ſunt.

Quóniam ego in flagella parátus ſum; * & dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo; * & cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti ſunt ſuper me; * & multiplicáti ſunt qui odérunt me iníquè.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi; * quóniam ſequébar bonitátem.

Ne derelinquas me, Dómine Deus meus, * ne diſcéſſeris à me.

Intende in adjutórium meum, * Dómine Deus ſalútis meæ.

Pſalmus 50.

MIſerére meî, Deus, * ſecundùm magnam miſericórdiam tuam.

Et ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea, * & à peccáto meo munda me;

Quóniam iniquitátem meam ego cognoſco, * & peccátum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccávi, & malum coram te feci; * ut juſtificéris in ſermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus conceptus ſum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexiſti: * incerta & occulta ſapiéntiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſópo, & mundábor: * lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium & lætitiam; * & exultábunt oſſa humiliáta.

Averte fáciem tuam peccátis meis, * & om nes iniquitátes meas de

Cor mundum crea me, Deus; * & ſp tum rectum ínnova viſcéribus meis.

Ne projícias me à cie tua: * & Spír ſanctum tuum ne áu à me.

Redde mihi læ ſalutáris tui; * & principáli confirma

Docébo iníquc

tuas ; * & ímpii ad te convertentur.

Líbera me de ſanguínibus, Deus, Deus ſalútis meæ ; * & exultábit lingua mea juſtítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries : * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam ſi voluiſſes, ſacrificium dediſſem útique ; * holocauſtis non delectáberis.

Sacrificium Deo ſpíritus contribulátus : * cor contrítum & humiliátum, Deus, non deſpícies.

Benignè fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificentur muri Jerúſalem.

Tunc acceptábis ſacrificium juſtítiæ, oblatiónes & holocauſta ; * tunc impónent ſuper altáre tuum vítulos.

Pſalmus 101.

DOmine, exaudi oratiónem meam ; * & clamor meus ad te véniat.

Non avertas fáciem tuam à me : * in quacumque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacumque die invocávero te, * velóciter exaudi me.

Quia defecérunt ſicut fumus dies mei, * & oſſa mea ſicut crémium aruérunt.

Percuſſus ſum ut fœnum, & áruit cor meum : * quia oblítus ſum comédere panem meum.

A voce gémitûs mei * adhæſit os meum carni meæ.

Símilis factus ſum pellicáno ſolitúdinis : * factus ſum ſicut nyctícorax in domicílio.

Vigilávi, * & factus ſum ſicut paſſer ſolitárius in tecto.

Totâ die exprobrábant mihi inimíci mei ; * & qui laudábant me, adversùm me jurábant.

Quia cínerem tamquam panem manducábam, * & potum meum cum fletu miſcébam.

A fácie iræ & indignatiónis tuæ ; * quia élevans alliſiſti me.

Dies mei ſicut umbra declinavérunt ; * & ego ſicut fœnum árui.

Tu autem, Dómine, in æternum pérmanes ; * & memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.

Tu exurgens miſerébe-ris Sion, * quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus ;

Quóniam placuérunt ſervis tuis lápides ejus, * & terræ ejus miſerebuntur.

Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine, * & omnes reges terræ glóriam tuam ;

Quia ædificávit Dóminus Sion, * & vidébitur in glória ſua.

Reſpexit in oratiónem humílium, * & non ſprevit precem eórum.

Scribantur hæc in generatióne áltera: * & pópulus qui creábitur, laudábit Dóminum;

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: * Dóminus de cœlo in terram aſpexit;

Ut audíret gémitus compeditórum, * ut ſólveret fílios interemptórum;

Ut annúntient in Sion nomen Dómini, * & laudem ejus in Jeruſalem,

In conveniendo pópulos in unum, & reges, * ut ſérviant Dómino.

Reſpondit ei in via virtútis ſuæ: * Paucitátem diérum meórum núntia mihi.

Ne révoces me in dimídio diérum meórum: * in generatiónem & generatiónem anni tui.

Inítio tu, Dómine, terram fundaſti: * & ópera mánuum tuárum ſunt cœli.

Ipſi peribunt; tu autem pérmanes: * & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

Et ſicut opertórium mutábis eos, & mutabuntur: * tu autem idem ipſe es, & anni tui non defícient.

Fílii ſervórum tuórum habitábunt; * & ſemen eórum in ſéculum dirigétur.

Pſalmus. 129.

DE profundis clamávi ad te, Dómine: * Dómine, exaudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſerváveris, Dómine; * Dómine, quis ſuſtinébit?

Quia apud te propitiátio eſt, * & propter legem tuam ſuſtínui te, Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus, * ſperávit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína uſque ad noctem, * ſperet Iſraël in Dómino;

Quia apud Dóminum miſericórdia, * & copióſa apud eum redémptio;

Et ipſe rédimet Iſraël * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Pſalmus 142.

DOmine, exaudi oratiónem meam; áuribus pércipe obſecratiónem meam in veritáte tua; * exaudi me in tua juſtítia.

Et non intres in judícium cum ſervo tuo; *

quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens.

Quia perſecútus eſt inimícus ánimam meam: * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obſcúris ſicut mórtuos ſéculi, & anxiátus eſt ſuper me ſpíritus meus: * in me turbátum eſt cor meum.

Memor fui diérum antiquórum; meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis;* in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te: * ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velóciter exaudi me, Dómine, * defécit ſpíritus meus.

Non avertas fáciem tuam à me, * & símilis ero deſcendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam, * quia in te ſperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem, * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis, Dómine; ad te confúgi: * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam: * & in miſericórdia tua diſperdes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam: * quóniam ego ſervus tuus ſum.

Ant. Dómine, memor eſto meî, & ne vindictam ſumas de peccátis meis, neque reminiſcáris delicta mea, vel parentum meórum. *Tob.* 3. 3.

LITANIÆ.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Chriſte, audi nos. Chriſte, exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, Miſerére nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, miſerére nobis.

Spíritus ſancte Deus, miſerére nobis.

Sancta Trínitas unus Deus, miſerére nobis.

Sancta María, Ora pro nobis.

Sancta Dei Génitrix, ora.

Sancta Virgo vírginum, ora.

Sancte Míchael, ora.

Sancte Gábriel, ora.

Sancte Ráphael, ora.

Omnes ſancti Angeli & Archángeli, oráte pro nobis.

Omnes ſancti beatórum

ſpiríituum órdines, oráte.
Sancte Joannes Baptiſta, ora pro nobis.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, (*Zeb.*) ora.
Sancte Joannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thadæe, ora.
Sancte Matthía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes ſancti Apóſtoli & Evangeliſtæ, oráte.
Omnes ſancti Diſcípuli Dómini, oráte.
Omnes ſancti Innocentes, oráte pro nobis.
Sancte Stéphane, ora.
Sancti Nazári & Celſe, oráte pro nobis.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Fabiáne, ora.
Sancte Sebaſtiáne, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Irenæe cum ſóciis tuis, ora.
Sancte Dionyſi cum ſóciis tuis, ora.
Sancti Coſma & Damiáne, oráte.
Sancti Gerváſi & Protáſi, oráte pro nobis.
Sancti Juſte & Paſtor, oráte.
Sancte Saturníne, ora.
Sancte Juſtíne, ora.
Sancte Victor, ora.
Sancte Maurici cum ſóciis tuis, ora.
Sancte Ignáti, ora.
Omnes ſancti Mártyres, oráte pro nobis.
Sancte Sylveſter, ora.
Sancte Grégori, ora.
Sancte Ambróſi, ora.
Sancte Auguſtíne, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Hilári, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Guimerra, ora.
Sancte Hilári, *Carc.* ora.
Sancte Germáne, ora.
Sancte Exúperi, ora.
Sancte Elígi, ora.
Sancte Paule, *Narb.* ora.
Sancte Carole, ora.
Omnes ſancti Pontífices & Confeſſóres, oráte.
Omnes ſancti Doctóres, oráte pro nobis.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Maure, ora.
Sancte Lupíne, ora.
Sancte Guillelme, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Sancte Ludovíce, ora.
Sancte Roche, ora.
Omnes ſancti Sacerdótes & Levítæ, oráte.
Omnes ſancti Mónachi & Eremítæ, oráte.

Sancta Anna, ora.
Sancta María Magdaléne, ora.
Sanctæ Perpétua & Felícitas, oráte.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Theréſia, ora.
Sancta Genovéfa, ora.
Sancta Scholáſtica, ora.
Sancta Mónica, ora.
Sancta Clotildis, ora.
Sancta Bathildis, ora.
Sancta María Ægyptia, ora.
Omnes ſanctæ Vírgines & Víduæ, oráte.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercédite pro nobis.
Propítius eſto, Parce nobis, Dómine.
Propítius eſto, Exaudi nos, Dómine.
Ab omni malo, Líbera nos, Dómine.
Ab omni peccáto, líbera.
Ab ira tua, líbera.
A ſubitánea & improvíſa morte, líbera.
Ab insídiis diáboli, líbera nos, Dómine.
Ab immundis cogitatiónibus, líbera.
A ſpíritu fornicatiónis, líbera nos, Dómine.
Ab ira, & ódio, & omni mala voluntáte, líbera.
A fúlgure & tempeſtáte, líbera nos, Dómine.
A morte perpétua, líbera.
Per myſtérium ſanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per adventum tuum, líbera nos, Dómine.
Per nativitátem tuam, líbera.
Per baptiſmum & ſanctum jejúnium tuum, líbera.
Per crucem & paſſiónem tuam, líbera.
Per mortem & ſepultúram tuam, líbera.
Per ſanctam reſurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem aſcenſiónem tuam, líbera.
Per adventum Spíritûs ſancti paracléti, líbera.
In die judícii, líbera.
Peccatóres, Te rogámus, audi nos.
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignéris, te.
Ut remiſſiónem peccatórum noſtrórum nobis dones, te.
Ut compunctiónem cordis, fontemque lacrymárum nobis dones, te.
Ut fidem, ſpem & caritátem nobis dones, te.
Ut Eccléſiam tuam ſanctam régere & conſerváre dignéris, te.
Ut Domnum Apoſtólicum, & omnes Gradus Eccléſiæ in ſancta religióne conſerváre dignéris, te.
Ut Antíſtitem noſtrum, & omnes congregatió-

nes illi commiſſas, in tuo ſancto obſéquio conſerváre dignéris, te.

Ut Regem noſtrum cuſtodíre dignéris, te.

Ut inimícos ſanctæ Eccléſiæ humiliáre dignéris, te.

Ut Régibus & Princípibus Chriſtiánis pacem & veram concórdiam donáre dignéris, te.

Ut cuncto pópulo Chriſtiáno pacem & unitátem largíri dignéris, te.

Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſervítio confortáre & conſerváre dignéris, te.

Ut mentes noſtras ad cœléſtia deſidéria érigas, te.

Ut ómnibus benefactóribus noſtris ſempiterna bona retríbuas, te.

Ut ánimas noſtras, fratrum, propinquórum, & benefactórum noſtrórum, ab æterna damnatióne erípias, te.

Ut fructus terræ dare & conſerváre dignéris, te.

Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut nos exaudíre dignéris, te.

Fili Dei, te rogámus.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce nobis, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Exaudi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Miſerére nobis.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. Pater. *uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine, non ſecundùm peccáta noſtra fácias nobis; ℟. Neque ſecundùm iniquitátes noſtras retríbuas nobis. *Pſ.* 102. 10.

℣. Eſto nobis, Dómine, turris fortitúdinis, ℟. A fácie inimíci. *Pſ.* 60. 4.

℣. Orémus pro Paſtóre noſtro *N.* ℟. Dóminus conſervet eum, & vivíficet eum. *Pſ.* 40. 3.

℣. Pro Rege noſtro *N.* ℟. Dómine, ſalvum fac Regem; & exaudi nos in die quâ invocavérimus te. *Pſ.* 19. 10.

℣. Pro benefactóribus noſtris. ℟. Deus omnem grátiam abundáre fáciat in illis, & áugeat increménta frugum juſtítiæ illórum. 2. *Cor.* 9. 8. 10.

℣. Pro cunctis fidélibus defúnctis. ℟. Edúcat eos Dóminus in lucem, & vídeant juſtítiam ejus. *Mich.* 7. 9.

℣. Pro infirmis, afflictis, captívis, & peregri-

nis. ℟. Líbera eos, Deus, ex ómnibus tribulatiónibus ſuis. *Pſ.* 24. 22.

℣. Pro frátribus noſtris abſéntibus. ℟. Bénefac, Dómine, bonis & rectis corde. *Pſ.* 124. 4.

℣. Memor eſto congregatiónis tuæ, ℟. Quam poſſediſti ab initio. *Pſ.* 73. 2.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

Pſalmus, Deus, in adjutórium. 11. ℣. Dómine, exaudi, &c. Dóminus vobiſcum.

Orémus.

DEus, cui próprium eſt miſeréri ſemper, & párcere: ſúſcipe deprecatiónem noſtram; ut nos, & omnes fámulos tuos quos delictórum caténa conſtringit, miſerátio tuæ pietátis clementer abſolvat.

EXaudi, quæſumus, Dómine, ſúpplicum preces, & confiténtium tibi parce peccátis; ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benignus & pacem.

INeffábilem nobis, Dómine, miſericórdiam tuam clementer oſtende; ut ſimul nos & à peccátis ómnibus éxuas, & à pœnis quas pro iis merémur, erípias.

DEus, qui culpas delinquéntium diſtricté feriendo pércutis, fletus quoque lugéntium non recúſas: quæſumus, ut qui pondus tuæ animadverſiónis cognóvimus, pietátis tuæ grátiam ſentiámus.

DEus, ómnium fidélium paſtor & rector, fámulum tuum *N.* quem Paſtórem Eccléſiæ tuæ præeſſe voluiſti, propítius réſpice; da ei, quæſumus, verbo & exemplo, quibus præeſt, proficere, ut ad vitam unà cum grege ſibi crédito, pervéniat ſempiternam.

OMnípotens ſempiterne Deus, miſerére fámulo tuo Pontífici noſtro *N.* & dírige eum ſecundùm tuam cleméntiam in viam ſalútis ætérnæ; ut, te donante, tibi plácita cúpiat, & totâ virtúte perficiat.

QUæſumus, omnípotens Deus, ut fámulus tuus Rex noſter *N.* qui tuâ miſeratióne ſuſcépit regni gubernácula, virtútum étiam ómnium percípiat incrementa; quibus decenter ornátus, vitiórum monſtra devitáre, hoſtes ſuperáre; & ad te, qui via, véritas & vita es, gratióſus váleat pervenire.

DEus, à quo ſancta deſidéria, recta con-

ſilia & juſta ſunt ópera: da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem; ut & corda noſtra mandátis tuis dédita; & , hóſtium ſublátâ formídine, témpora ſint tuâ protectióne tranquilla.

URe igne ſancti Spíritûs renes noſtros & cor noſtrum, Dómine; ut tibi caſto córpore ſerviámus, & mundo corde placeámus.

ACtiónes noſtras, quæſumus, Dómine, aſpirando præveni, & adjuvando proſéquere; ut cuncta noſtra orátio & operátio à te ſemper incípiat, & per te cœpta finiátur.

FIdélium, Deus, ómnium cónditor & redemptor, animábus famulórum famularumque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum; ut indulgéntiam quam ſemper optavérunt, piis ſupplicatiónibus conſequantur.

OMnípotens ſempiterne Deus, qui vivórum domináris ſimul & mortuórum, omniúmque miſeréris, quos tuos fide & ópere futúros eſſe prænoſcis: te súpplices exorámus, ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quoſque vel præſens ſéculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore ſuſcépit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntiâ, ómnium delictórum ſuórum véniam conſequantur; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

ORDO

COMMENDATIONIS ANIMÆ

ANTE DECESSUM.

Primùm dicuntur Litaniæ breves in hunc modum:

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Sancta María, Ora pro eo [*vel* ea.]

Omnes ſancti Angeli, oráte pro eo.

Sancte Abel, ora.

Omnis chorus Juſtórum, ora pro eo [*vel* ea.]

Abraham, ora.
Joannes Baptiſta, ora.
s ſancti Patriarchæ
'rophétæ, oráte.
: Petre, ora.
: Paule, ora.
: Andréa, ora.
: Joannes, ora.
:s ſancti Apóſtoli &
ngeliſtæ, oráte.
:s ſancti Diſcípuli
nini, oráte.
s ſancti Innocen-
, oráte.
: Stéphane, ora.
Nazári & Celſe, oráte.
: Laurenti, ora.
: Vincenti, ora.
:s ſancti Mártyres, oráte.
: Sylveſter, ora.
: Auguſtíne, ora.
: Martíne, ora.
: Benedicte, ora.
:s ſancti Confeſſó-
oráte.
ı María Magdalé-
ora.
ı Theréſia, ora.
ı Cæcília, ora.
ı Genovéfa, ora.
:s ſanctæ Vírgines, oráte.
:s Sancti & Sanctæ
, Intercédite pro
[*vel* ea.]
ius eſto, Parce ei,
nine.
ius eſto, Adjuva
:, [*vel* eam] Dó-
e.

Propítius eſto, Líbera eum, [*vel* eam] Dómine.
Ab ira tua, líbera.
A mala morte, líbera.
A poteſtáte diáboli, líbera.
A pœnis inferni, líbera.
Per Nativitátem tuam, líbera eum, [*vel* eam] Dómine.
Per crucem & paſſiónem tuam, líbera.
Per mortem & ſepultúram tuam, líbera.
Per glorióſam Reſurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Aſcenſiónem tuam, líbera.
Per grátiam Spíritûs ſancti paracléti, líbera.
In die judícii, líbera.
Peccatóres, Te rogámus, audi nos.
Ut ei parcas, te rogámus, audi nos.
Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Deinde cùm in agone ſui exitûs anxiatur anima, dicitur :

PRoficiſcere, ánima chriſtiána, de hoc mundo, In nómine Dei Patris omnipoténtis, qui te creávit : In nómine Jeſu Chriſti Filii Dei vivi, qui pro te paſſus eſt, In nómine Spíritûs ſancti, qui in te effúſus eſt : In nómine Angelórum & Archangelórum : In nómine Thronórum & Dominatiónum : In nómine

Principátuum & Poteſtátum : In nómine Chérubim & Séraphim : In nómine Patriarchárum & Prophetárum : In nómine ſanctórum Apoſtolórum & Evangeliſtárum : In nómine ſanctórum Mártyrum & Confeſſórum : In nómine ſanctórum Monachórum & Eremitárum : In nómine ſanctárum Vírginum, & ómnium Sanctórum & Sanctárum Dei. Hódie ſit in pace locus tuus, & habitátio tua in ſancta Sion ; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen. Orémus.

DEus miſéricors, Deus clemens, Deus qui ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum peccáta pœniténtium deles, & præteritórum críminum culpas véniâ remiſſiónis evácuas : réſpice propítius ſuper * hunc fámulum tuum *N.* [*vel* hanc fámulam tuam *N.*] & remiſſiónem ómnium peccatórum ſuórum totâ cordis confeſſióne poſcentem, deprecátus exaudi. Rénova in * eo [*vel* ea] piiſſime Pater, quidquid terrénâ fragilitáte corruptum, vel quidquid diabólicâ fraude violátum eſt : & unitáti córporis Eccléſiæ membrum redemptiónis annecte. Miſerére, Dómine, gemítuum, miſerére lacrymárum ejus ; & non habentem fidúciam, niſi in tua miſericórdia, ad tuæ ſacramentum reconciliatiónis admitte ; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

COmmendo te omnipotenti Deo, * cariſſime frater [*vel* cariſſima ſoror ;] & ei cujus es creatúra commitro : ut cùm humanitátis débitum perſólveris, ad eum qui te de limo terræ formáverat, revertáris. Egredienti ítaque ánimæ tuæ de córpore, ſpléndidus Angelórum cœtus occurrat : judex Apoſtolórum tibi ſenátus advéniat : candidatórum tibi Mártyrum triumphátor exércitus óbviet : liliáta rutilántium te Confeſſórum turma circumdet : jubilántium te Vírginum chorus excípiat : beatæ quiétis in ſinu Patriarchárum te complexus aſtringat : mitis atque feſtivus Chriſti Jeſu tibi aſpectus appáreat, qui te inter aſſiſtentes ſibi júgiter intereſſe decernat. Ignóres omne quod horret in ténebris, quod ſtridet in flammis, quod crúciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus sátanas cum ſatellítibus ſuis : in adver-

tu tuo, te comitántibus Angelis, contremiſcat, atque in æternæ noctis chaos immáne diffúgiat. Exurgat Deus, & diſſipentur inimíci ejus; & fúgiant qui odérunt eum, à fácie ejus. Sicut déficit fumus, defíciant: ſicut fluit cera à fácie ignis, ſic péreant peccatóres à fácie Dei: & juſti epuléntur, & exultent in conſpectu Dei. Confundantur ígitur & erubeſcant omnes tartáreæ legiónes: & miniſtri sátanæ iter tuum impedíre non áudeant. Líberet te à cruciátu Chriſtus, qui pro te crucifíxus eſt. Líberet te ab ætérna morte Chriſtus, qui pro te mori dignátus eſt. Conſtítuat te Chriſtus Fílius Dei vivi intra paradíſi ſui ſemper amœna viréntia, & inter oves ſuas te verus ille Paſtor agnoſcat. Ille ab ómnibus peccátis tuis te abſolvat, atque ad déxteram ſuam in electórum ſuórum te ſorte conſtítuat. Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas; & præſens ſemper aſſiſtens, manifeſtíſſimam beátis óculis aſpícias veritátem. * Conſtitútus [*vel* Conſtitúta] ígitur inter ágmina Beatórum, contemplatiónis divínæ dulcédine potiáris in ſǽcula ſæculórum. ℟. Amen.

Suſcipe, Dómine, * ſervum tuum [*vel* ancillam tuam] in locum ſperandæ ſibi ſalvatiónis à miſericórdia tua. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus ex ómnibus perículis inferni, & de láqueis pœnárum, & ex ómnibus tribulatiónibus. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Enoch & Elíam de commúni morte mundi. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Noë de dilúvio. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Abraham de Ur Chaldæórum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Job de paſſiónibus ſuis. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Iſaac de hóſtia, & de manu patris ſui Abrahæ. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Lot de Sódomis, & de flamma ignis. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Móyſen de manu Pharaónis regis Ægyptiórum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Daniélem de lacu leónum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti tres púeros de camíno ignis ardentis, & de manu regis iníqui. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Suſannam de falſo crímine. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti David de manu regis Saül, & de manu Góliath. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Petrum & Paulum de carcéribus. ℟. Amen.

Et ſicut beatiſſimam Theclam, vírginem & mártyrem tuam, de tribus atrocíſſimis tormentis liberaſti, ſic liberáre dignéris ánimam hujus * ſervi tui [*vel* ancillæ tuæ ;] & tecum fácias in bonis cœléſtibus congaudére. ℟. Amen.

COmmendámus tibi, Dómine, ánimam * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ,] precamurque te, Dómine Jeſu Chriſte, Salvátor mundi, ut eam propter quam ad terram deſcendiſti, Patriarchárum tuórum sínibus inſinuáre non rénuas. Agnoſce, Dómine, creatúram tuam, non à diis aliénis creátam, ſed à te ſolo Deo vivo & vero; quia non eſt álius Deus præter te, & non eſt ſecundùm ópera tua. Lætífica, Dómine, ánimam ejus in conſpectu tuo, & ne memíneris iniquitátum ejus antiquárum, quas ſuſcitávit furor mali deſidérii. Licèt enim peccáverit, tamen Patrem, & Filium, & Spíritum ſanctum non negávit, ſed crédidit; & zelum Dei in ſe hábuit; & Deum qui fecit ómnia, fidéliter adorávit.

℟. Amen. Orémus.

DElícta juventútis, & ignorántias ejus, quæſumus, ne memíneris, Dómine: ſed ſecundùm magnam miſericórdiam tuam memor eſto illíus in glória claritátis tuæ. Aperiantur ei cœli; collætentur illi Angeli. In regnum tuum, Dómine, creatúram tuam súſcipe. Suſcípiat eam ſanctus Míchael Archángelus Dei, qui milítiæ cœleſtis méruit principátum. Véniant illi óbviàm ſancti Angeli Dei, & perdúcant eam in civitátem cœleſtem Jerúſalem. Suſcípiat eam beátus Petrus Apóſtolus, cui à Deo claves regni cœleſtis tráditæ ſunt. Adjuvet eam beátus Paulus Apóſtolus, qui dignus

dignus fuit eſſe vas electiónis. Intercédat pro ea ſanctus Joannes, electus Dei Apóſtolus, cui reveláta ſunt ſecréta cœléſtia. Orent pro ea omnes ſancti Apóſtoli, quibus à Dómino data eſt poteſtas ligandi atque ſolvendi. Intercédant pro ea omnes Sancti & Electi Dei, qui pro Chriſti nómine torménta in hoc ſéculo ſuſtinuérunt; ut vínculis carnis exúta, perveníre mereátur ad glóriam regni cœleſtis, præſtante Dómino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spíritu ſancto vivit & regnat in ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Si anxiatur adhuc anima, dicitur Pſalmus Confitémini Dómino. 16. *& totus Pſalmus* Beáti immaculáti in via: *per Horas Dominicæ diſtributus*, 17.

Egreſsâ autem animâ, dicitur: ℟. In te, Dómine, ſperávi, non confundar in æternum, accélera ut éruas me: in manus tuas commendo ſpíritum meum: * Redemiſti me, Dómine Deus veritátis; illuſtra fáciem tuam ſuper * ſervum tuum [*vel* ancillam tuam;] * ſalvum [*vel* ſalvam] me fac in miſericórdia tua. *Pſ.* 30. ℣. 2. 3. 6. 17. ℣. Dómine Jeſu, ſuſcipe ſpíritum meum. * Redemiſti me. *Act.* 7. 58.

Kyrie, eléiſon, Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. *Secretò*, Pater noſter. *Altâ voce*, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Non intres in judícium cum * ſervo tuo [*vel* ancilla tua,] Dómine; ℟. Quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens. *Pſ.* 142. 2.

℣. Ne tradas béſtiis ánimas confitentes tibi: ℟. Et ánimas páuperum tuórum ne obliviſcáris in finem. *Pſ.* 73. 19.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobiſcum,
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

Tibi, Dómine, commendámus ánimam * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ] N. ut * defunctus [*vel* defuncta] ſéculo, tibi vivat: & quæ per fragilitátem humánæ converſatiónis peccáta commíſit, tu véniâ miſericordíſſimæ pietátis abſterge; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

Qualibet Hora ſequentis Officii incipitur abſolutè.

AD VESPERAS.

Ant. 3. c. O Dómine.

Pſalmus 114.

DIlexi, quóniam exáudiet Dóminus * vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem ſuam mihi, * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis, * & perícula inferni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni; * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine, líbera ánimam meam: miſéricors Dóminus, & juſtus, * & Deus noſter miſerétur.

Cuſtódiens párvulos Dóminus; * humiliátus ſum, & liberávit me.

Convértere, ánima mea, in réquiem tuam, * quia Dóminus benefécit tibi;

Quia erípuit ánimam meam de morte, * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapſu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

In hoc Officio, in fine omnium Pſalmorum & Canticorum dicitur:

Réquiem ætérnam dona eis, Dómine, * & lux perpétua lúceat eis.

Ant. O Dómine, líbera ánimam meam.

Ant. 2. D. Heu mihi.

Pſalmus 119.

AD Dóminum cùm tribulárer clamávi; * & exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam meam à lábiis iníquis, * & à lingua dolóſa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolóſam?

Sagittæ potentis acútæ, * cum carbónibus deſolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus eſt! habitávi cum habitántibus Cedar: * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus; * cùm loquébar illis, impugnábant me gratis.

Ant. Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus eſt!

Ant. 8. c. Auxílium.

Pſalmus 120.

LEvávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum; * neque dormítet qui cuſtódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet, * qui cuſtódit Iſraël.

Dóminus cuſtódit te, Dóminus protéctio tua * ſuper manum déxteram tuam.

Per diem ſol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus cuſtódit te ab omni malo: * cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus cuſtódiat introitum tuum & éxitum tuum, * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.

Ant. Auxílium meum à Dómino, qui fecit cœlum & terram.

Ant. 8. G. Si iniquitátes.

Pſalmus 129.

DE profundis clamávi ad te, Dómine: * Dómine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſerváveris, Dómine: * Dómine, quis ſuſtinébit?

Quia apud te propitiátio eſt, * & propter legem tuam ſuſtínui te, Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus, * ſperávit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína uſque ad noctem * ſperet Iſraël in Dómino;

Quia apud Dóminum miſericórdia, * & copióſa apud eum redémptio,

Et ipſe rédimet Iſraël * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Ant. Si iniquitátes obſerváveris, Dómine: Dómine, quis ſuſtinébit

Ant. 2. D. Opera.

Pſalmus 137.

COnfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, * quóniam audiſti verba oris mei.

In conſpectu Angelórum pſallam tibi: * adorábo ad templum ſanctum tuum, & confitébor nómini tuo:

Super miſericórdia tua & veritáte tua; * quóniam magnificaſti ſuper omne, nomen ſanctum tuum.

In quacumque die invocávero te, exaudi me, * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteantur tibi, Dómine, omnes reges ter-

ræ, * quia audiérunt ómnia verba oris tui;

Et cantent in viis Dómini, * quóniam magna eſt glória Dómini;

Quóniam excelſus Dóminus, & humília réſpicit, * & alta à longè cognoſcit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me: * & ſuper iram inimicórum meórum extendiſti manum tuam, & ſalvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me: * Dómine, miſericórdia tua in ſéculum: ópera mánuum tuárum ne deſpícias.

Ant. Opera mánuum tuárum, Dómine, ne deſpícias.

Continuò dicitur:

Ad Magnif. *Ant.* 7. b. Cujus opus árſerit, detrimentum patiétur; ipſe autem ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem. 1. *Cor.* 3. 15.

Secretò, Pater. *Clarâ voce*, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. In memória æterna erunt juſti; ℟. Ab auditióne mala non timébunt. *Pſ.* 111. 7.

℣. A porta ínferi, ℟. Erue, Dómine, ánimas eórum. *Pſ.* 88. 49.

℣. Credo vidére bona Dómini, ℟. In terra vivéntium. *Pſ.* 26. 13.

Pſalmus 145.

LAuda, ánima mea, Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea; * pſallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus; * in filiis hóminum, in quibus non eſt ſalus.

Exíbit ſpíritus ejus, & revertétur in terram ſuam: * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, ſpes ejus in Dómino Deo ipſius, * qui fecit cœlum & terram, mare, & ómnia quæ in eis ſunt.

Qui cuſtódit veritátem in ſéculum, facit judícium injúriam patiéntibus, * dat eſcam eſuriéntibus.

Dóminus ſolvit compedítos: * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit eliſos:* Dóminus díligit juſtos.

Dóminus cuſtódit ádvenas: pupillum & víduam ſuſcípiet; * & vias peccatórum diſperdet.

Regnábit Dóminus in ſécula, Deus tuus, Sion, * in generatiónem & generatiónem.

℣. Requieſcant in pace, ℟. Amen.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

In depoſitione Defuncti, Oratio.

INclína, Dómine, aurem tuam ad preces noſtras quibus miſericórdiam tuam súpplices deprecámur; ut ánimam fámuli tui *N.* quam de hoc ſéculo migráre juſſiſti, in pacis ac lucis regióne conſtítuas, & ſanctórum tuórum júbeas eſſe conſortem.

Pro Diacono, poſt litteram N. *additur* Diáconi.

In depoſitione Defunctæ, Oratio.

QUæſumus, Dómine, pro tua pietáte miſerére ánimæ fámulæ tuæ *N.* & à contágiis mortalitátis exútam, in æternæ ſalvatiónis partem reſtítue.

In depoſitione Sacerdotis, Oratio.

DEus, qui inter apoſtólicos Sacerdótes fámulum tuum *N.* Sacerdotáli feciſti dignitáte vigére: præſta, ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio; Per Dóminum noſtrum.

Pro Epiſcopo, loco Sacerdotáli, *dicitur* Pontificáli.

In Anniverſariis dicuntur tres ſequentes Orationes.

DEus indulgentiárum, Dómine, da ánimæ * fámuli tui *N.* [Sacerdótis, *vel* Pontíficis] [*vel* fámulæ tuæ *N.*] cujus [*vel* animábus famulórum tuórum *N.* & *N.* quorum] [*vel* famulárum tuárum *N.* & *N.* quarum] anniversárium depoſitiónis diem commemorámus, refrigérii ſedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem.

Pro Benefactoribus.

DEus, véniæ largítor, & humánæ ſalútis amátor: quæſumus cleméntiam tuam, ut noſtræ congregatiónis fratres, propinquos, & benefactóres, qui ex hoc ſéculo tranſiérunt, beátâ Maríâ ſemper Vírgine intercedente cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas.

Pro omnibus Defunctis.

FIdélium, Deus, ómnium cónditor & redemptor, animábus famulórum famularumque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum; ut indulgéntiam quam ſemper optavérunt, piis ſupplicatiónibus conſequantur; Qui vivis & regnas in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Si aliud Officium non ſequatur, dicitur :

Requieſcant in pace.

℟. Amen.

[*Privatim pro patre & matre,*

Oratio.

DEus, qui nos patrem & matrem honoráre præcepiſti : miſerére clementer animábus patris mei ac matris meæ, eorumque peccáta dimitte; meque eos in æternæ claritátis gáudio fac vidére; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum.]

AD VIGILIAS.

Invitat. Regem cui ómnia vivunt, * Veníte, adorémus.

Pſalmus Veníte. *In cujus fine, loco* Glória Patri, *dicitur* : Réquiem ætérnam dona eis, Dómine; & lux perpétua lúceat eis.

Dicitur in Commemoratione omnium Fidelium, & quando recitantur tria Nocturna.

Vigiliæ dicuntur cum tribus Nocturn. in Depoſitione corporis, & in omnibus Anniverſariis ritu Duplici celebrandis. In iis verò quæ ritu Simplici fiunt, ubi dicitur unicum Nocturnum, Feriâ II. & V. dicitur primum; Feriâ III. & VI. ſecundum; Feriâ IV. & Sabbato, tertium.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 4. E. In ætérnum.

Pſalmus 5.

VErba mea áuribus pércipe, Dómine; * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * Rex meus & Deus meus.

Quóniam ad te orábo, Dómine, * manè exáudies vocem meam.

Manè aſtábo tibi, & vidébo; * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus, * neque permanébunt injuſti ante óculos tuos.

Odiſti omnes qui operantur iniquitátem : * perdes omnes qui loquuntur mendácium.

Virum ſánguinum & dolóſum abominábitur Dóminus; * ego autem in multitúdine miſericórdiæ tuæ,

Introíbo in domum tuam, * adorábo ad templum ſanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in juſtítia tua : * propter inimícos meos dírige in conſpectu tuo viam meam;

Quóniam non eſt in ore eórum véritas, * cor eórum vanum eſt.

Sepulchrum patens eſt guttur eórum, linguis

ſuis dolósè agébant ; * júdica illos , Deus.

Décidant à cogitatiónibus ſuis ; ſecundùm multitúdinem impietátum eórum expelle eos , * quóniam irritavérunt te , Dómine.

Et lætentur omnes qui ſperant in te : * in ætérnum exultábunt ; & habitábis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui díligunt nomen tuum , * quóniam tu benedíces juſto.

Dómine , ut ſcuto bonæ voluntátis tuæ * coronaſti nos.

Ant. In æternum exultábunt , Dómine ; & habitábis in eis.

Ant. 3. b. Tu, Dómine.

Pſalmus 6.

DOmine , ne in furóre tuo árguas me , * neque in ira tua corrípias me.

Miſerére meî , Dómine , quóniam infirmus ſum : * ſana me, Dómine , quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima mea turbáta eſt valde ; * ſed tu , Dómine , úſquequò ?

Convértere , Dómine , & éripe ánimam meam: * ſalvum me fac propter miſericórdiam tuam ;

Quóniam non eſt in morte qui memor ſit tuî : * in inferno autem quis confitébitur tibi ?

Laborávi in gémitu meo , lavábo per ſíngulas nóctes lectum meum,* lácrymis meis ſtratum meum rigábo.

Turbátus eſt à furóre óculus meus , * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Diſcédite à me , omnes qui operámini iniquitátem , * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam : * Dóminus oratiónem meã ſuſcépit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei : * convertantur & erubeſcant valde velóciter.

Ant. Tu , Dómine , úſquequo ? Convértere , Dómine , & éripe.

Ant. 8. c. Réſpice.

Pſalmus 12.

USquequo , Dómine , oblivíſceris me in finem ? * úſquequo avertis fáciem tuam à me ?

Quámdiu ponam conſília in ánima mea , * dolórem in corde meo per diem ?

Uſquequo exaltábitur inimícus meus ſuper me ? * réſpice , & exaudi me , Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos , ne umquam obdórmiam

in morte, * nequando dicat inimícus meus: Præválui adversùs eum.

Qui tríbulant me, exultábunt ſi motus fúero; * ego autem in miſericórdia tua ſperávi.

Exultábit cor meum in ſalutári tuo, cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi; * & pſallam nómini Dómini altíſſimi.

Ant. Réſpice, & exaudi, Dómine.

℣. Ut quid, Deus, repuliſti in finem? ℟. Irátus eſt furor tuus ſuper oves páſcuæ tuæ? *Pſ.* 73. 1.

Secretò, Pater. *Clarâ voce*, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

Lectiones leguntur ſine Abſolutione, & ſine Benedictionibus.

De libro Job.

LECTIO I. *Cap.* 13. 22.

Job apud Deum queritur.

RÉſponde mihi: Quantas hábeo iniquitátes, & peccáta: ſcélera mea & delícta oſtende mihi. Cur fáciem tuam abſcondis, & arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium, quod vento rápitur, oſtendis poténtiam tuam, & ſtípulam ſiccam perſéqueris. Scribis enim contra me amaritúdines, & conſúmere me vis peccátis adoleſcéntiæ meæ. Poſuiſti in nervo pedem meum, & obſervaſti omnes ſémitas meas, & veſtígia pedum meórum conſideraſti. Qui quaſi putrédo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum, quod coméditur à tínea.

℟. j. Quóniam *ibit homo* in domum æternitátis ſuæ; * Revertátur pulvis in terram ſuam unde erat, & ſpíritus rédeat ad Deum qui dedit illum. *Eccleſ.* 12. 5. 7. ℣. Det illi Dóminus inveníre miſericórdiam à Dómino in illa die. 2. *Tim.* 1. 18. * Revertátur.

LECT. II. *Cap.* 14. 1.

Fragilitas humana.

HOmo natus de mulíere, brevi vivens témpore, replétur multis miſériis. Qui quaſi flos egréditur, & contéritur, & fugit velut umbra, & numquam in eódem ſtatu pérmanet. Et dignum ducis ſuper hujuſcémodi aperíre óculos tuos, & addúcere eum tecum in judícium? Quis poteſt fácere mundum de immundo conceptum ſémine? Nonne tu qui ſolus es? Breves dies hóminis ſunt, númerus ménſium ejus apud te eſt, conſtituiſti términos ejus qui prætneríri non póterunt. Recéde páululum ab eo, ut quieſcat; donec optáta

véniat, ſicut mercenárii dies ejus.

℟. *ij.* Miſeréris ómnium, Dómine, quia ómnia potes, & diſſímulas peccáta hóminum propter pœniténtiam: nihil odiſti eórum quæ feciſti; * Parcis ómnibus; quóniam tua ſunt, Dómine, qui amas ánimas. *Sap.* 11. 24. 25. 27. ℣. Quia tu es Chriſtus Fílius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti. *Joan.* 11. 27. * Parcis.

LECT. III. *Cap.* 14. 13.

Job corporum vaticinatur reſurrectionem.

QUis mihi hoc tríbuat, ut in inferno prótegas me, & abſcondas me, donec pertránſeat furor tuus, & conſtítuas mihi tempus, in quo recordéris meî? Putáſne mórtuus homo rurſùm vivat? Cunctis diébus, quibus nunc mílito, expecto donec véniat immutátio mea. Vocábis me, & ego reſpondébo tibi: óperi mánuum tuárum pórriges déxteram. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti; ſed parce peccátis meis.

℟. *iij.* Ne tradas, Dómine, béſtiis ánimas confiténtes tibi; * Et ánimas páuperum tuórum ne obliviſcáris in finem. *Pſ.* 73. 19. ℣. Dómine, miſerére noſtrî, Fili David. *Matt.* 20. 31. * Et ánimas. ℣. Réquiem. * Et ánimas.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. a. In médio.

Pſalmus 22.

DOminus regit me, & nihil mihi déerit: * in loco páſcuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me: * ánimam meam convertit.

Deduxit me ſuper ſémitas juſtítiæ, * propter nomen ſuum.

Nam & ſi ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala, * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus, * ipſa me conſoláta ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam, * adversùs eos qui tríbulant me.

Impinguaſti in óleo caput meum; * & calix meus inébrians quàm præclárus eſt!

Et miſericórdia tua ſubſequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ;

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Ant. In médio umbræ mortis non timébo mala, quóniā tu mecum es, Dñe.

Ant. 8. G. Delicta.

Pſalmus 24.

AD te, Dómine, levávi ánimam meā; *

Deus meus, in te confido, non erubeſcam:

Neque irrídeant me inimíci mei; * étenim univerſi qui ſúſtinent te, non confundentur.

Confundantur omnes iníqua agentes * ſupervácuè.

Vias tuas, Dómine, demonſtra mihi, * & ſémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, & doce me; * quia tu es Deus ſalvátor meus, & te ſuſtínui totâ die.

Reminíſcere miſeratiónum tuárum, Dómine, * & miſericordiárum tuárum quæ à ſéculo ſunt.

Delícta juventútis meæ * & ignorántias meas ne memíneris.

Secundùm miſericórdiam tuam memento meî tu, * propter bonitátem tuam, Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus; * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via:

Díriget manſuétos in judício, * docébit mites vias ſuas.

Univerſæ viæ Dómini miſericórdia & véritas, * requiréntibus teſtamentum ejus & teſtimónia ejus.

Propter nomen tuum, Dómine, propitiáberis peccáto meo; * multùm eſt enim.

Quis eſt homo qui timet Dóminum? * legem ſtátuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur, * & ſemen ejus hæreditábit terram.

Firmamentum eſt Dóminus timéntibus eum; * & teſtamentum ipſíus ut manifeſtétur illis.

Oculi mei ſemper ad Dóminum, * quóniam ipſe evellet de láqueo pedes meos.

Réſpice in me, & miſerére meî, * quia únicus & pauper ſum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ ſunt, * de neceſſitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meã, & labórem meum, * & dimitte univerſa delícta mea:

Réſpice inimícos meos, quóniã multiplicáti ſunt, * & ódio iníquo odérunt me:

Cuſtódi ánimam meam, & érue me; * non erubeſcam, quóniam ſperávi in te.

Innocentes & recti adhæſérunt mihi, * quia ſuſtínui te.

Líbera, Deus, Iſraël, * ex ómnibus tribulatiónibus ſuis.

Ant. Delícta juventútis, & ignorántias ne memíneris, Dómine.

Ant. 7. ç. Exaudi.

Pſalmus 26.

DOminus illuminátio mea, & ſalus mea ;* quem timébo ?

Dóminus protector vitæ meæ ; * à quo trepidábo ?

Dum appropiant ſuper me nocentes, * ut edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci mei ; * ipſi infirmáti ſunt & cecidérunt.

Si conſiſtant adversùm me caſtra, * non timébit cor meum.

Si exurgat adversùm me prælium, * in hoc ego ſperábo.

Unam pétii à Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ :

Ut vídeam voluptátem Dómini,* & víſitem templum ejus ;

Quóniam abſcondit me in tabernáculo ſuo : * in die malórum protexit me in abſcóndito tabernáculi ſui.

In petra exaltávit me, * & nunc exaltávit caput meum ſuper inimícos meos.

Circuívi, & immolávi in tabernáculo ejus hóſtiam vociferatiónis : * cantábo, & pſalmum dicam Dómino.

Exaudi, Dómine, vocem meam quâ clamávi ad te : * miserére meî, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, Exquisívit te fácies mea :* fáciem tuam, Dómine, requíram.

Ne avertas fáciem tuam à me : * ne declínes in ira à ſervo tuo.

Adjútor meus eſto ; ne derelínquas me, * neque deſpícias me, Deus ſalutáris meus ;

Quóniam pater meus & mater mea dereliquérunt me : * Dóminus autem aſſumpſit me.

Legem pone mihi, Dómine, in via tua ; * & dírige me in ſémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me;* quóniam inſurrexérunt in me teſtes iníqui, & mentíta eſt iníquitas ſibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expecta Dóminum, viríliter age ; * & confortétur cor tuum, & ſúſtine Dóminum.

Ant. Exaudi, Dómine ; miſerére ; ne avertas fáciem tuam.

℣. Ne avertátur húmilis, ℟. Factus confuſus. *Pſ.* 73. 21.

Ex Epiſtola S. Cypriáni Epiſcopi ad Antoniánum.

Epiſt. 55. *edit. nova.*

LECTIO IV.

ALiud eſt ad véniam ſtare, áliud ad glóriam perveníre. Aliud miſſum in cárcerem non exíre inde, donec ſolvat noviſſimum quadrantem; áliud ſtatim virtútis & fidei ardóre mercédem accípere. Aliud pro peccátis longo dolóre cruciátuum emundári, purgári diu igne; áliud peccáta ómnia paſſióne purgaſſe. Aliud dénique pendére in diem judícii ad ſenténtiam Dómini, áliud ſtatim à Dómino coronári.

℞. *iv.* Qui dórmiunt in terræ púlvere, evigilábunt * Alii in vitam ætérnam, & álii in oppróbrium, ut vídeant ſemper. *Dan.* 12. 2. ℣. In noviſſima tuba; canet enim tuba, & mórtui reſurgent. 1. *Cor.* 15. 52. * Alii.

Ex Oratióne ſancti Ambróſii Epiſcopi, de óbitu Theodóſii Imperatóris.

LECTIO V.

TU ſolus, Dómine, invocandus es, tu rogandus. Da réquiem perfectam ſervo tuo, réquiem illam, quam præparaſti ſervis tuis. Illò convertátur ánima ejus, unde deſcendit, ubi mortis acúleum ſentíre non poſſit, ubi cognoſcat mortem hanc non natúræ finem, ſed culpæ. Dilexi, & ídeò próſequor eum uſque ad regiónem vivórum, nec déſeram, donec fletu & précibus indúcam virum, quò ſua mérita vocant, in montem Dómini ſanctum, ubi perennis vita.

℞. *v.* Sancta & ſalúbris eſt cogitátio pro defunctis exoráre, * Ut à peccátis ſolvantur. 2. *Mach.* 12. 46. ℣. Tálibus enim hóſtiis promerétur Deus. *Hebr.* 13. 16. * Ut à peccátis.

De Sermóne ſancti Auguſtíni Epíſcopi, de Verbis Apóſtoli.

Serm. 32.

LECTIO VI.

ORatiónibus ſanctæ Eccléſiæ, & ſacrifício ſalutári, & eleemóſynis, quæ pro eórum ſpirítibus erogantur, non eſt dubitandum mórtuos adjuvári: ut cum eis miſericórdiùs agátur à Dómino, quàm eórum peccáta meruérunt. Hoc enim à pátribus tráditum univerſa obſervat Eccléſia, ut pro eis qui in corpóris & ſánguinis Chriſti communióne defuncti ſunt, cùm ad ipſum ſacrificium loco ſuo commemorantur, orétur; ac pro illis

quoque id offerri commemorétur. Cùm eórum commendandórum causâ, ópera miſericórdiæ celebrantur; quis eis dúbitet ſuffragári, pro quibus oratiónes Deo non inániter allegantur? Non omníno ambigendum eſt iſta prodeſſe defunctis; ſed tálibus, qui ita vixerint ante mortem, ut poſſint hæc utília eis eſſe poſt mortem.

℟. *vj.* Dómine omnípotens, ánima in angúſtiis, & ſpíritus ánxius clamat ad te: * Audi, Dómine, & miſerére; † Quia Deus es miſéricors. *Baru.* 3. 1. 2. ℣. Juſtæ & veræ ſunt viæ tuæ, Rex ſeculórum. *Apoc.* 15. 3. * Audi. ℣. Réquiem. † Quia Deus.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. b. Propter iniquitátem.

Pſalmus 38.

DIxi: Cuſtódiam vias meas, * ut non delinquam in lingua mea.

Póſui ori meo cuſtódiam, * cùm conſíſteret peccátor adversùm me.

Obmútui & humiliátus ſum, & ſílui à bonis; * & dolor meus renovátus eſt.

Concáluit cor meum intra me, * & in meditatióne mea exardeſcet ignis.

Locútus ſum in lingua mea: * Notum fac mihi, Dómine, finem meum,

Et númerum diérum meórum, quis eſt; * ut ſciam quid deſit mihi.

Ecce menſurábiles poſuiſti dies meos; * & ſubſtántia mea tamquam níhilum ante te.

Verúmtamen univerſa vánitas, * omnis homo vivens.

Verúmtamen in imágine pertranſit homo, * ſed & fruſtrà conturbátur:

Theſaurízat, * & ignórat cui congregábit ea.

Et nunc quæ eſt expectátio mea? nonne Dóminus? * & ſubſtántia mea apud te eſt.

Ab ómnibus iniquitátibus meis érue me: * oppróbrium inſipienti dediſti me.

Obmútui, & non apérui os meum, quóniam tu feciſti: * ámove à me plagas tuas.

A fortitúdine manûs tuæ ego deféci in increpatiónibus, * propter iniquitátem corripuiſti hóminem;

Et tabéſcere feciſti ſicut aráneam ánimam ejus: * verúmtamen vanè conturbátur omnis homo.

Exaudi oratiónem meã, Dómine, & deprecatiónem meam, * áuribus

pércipe lácrymas meas.

Ne síleas, quóniam ádvena ego ſum apud te, & peregrínus, * ſicut omnes patres mei.

Remitte mihi ut refrígerer, priuſquam ábeam; * & ámpliùs non ero.

Ant. Propter iniquitátem corripuiſti hóminem: exaudi oratiónem, Dómine.

Ant. 3. b. Numquid qui dormit.

Pſalmus 40.

BEátus qui intélligit ſuper egénum & páuperem; * in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus conſervet eum, & vivíficet eum; & beátum fáciat eum in terra, * & non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi ſuper lectum dolóris ejus: * univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitáte ejus.

Ego dixi: Dómine, miſerére meî; * ſana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi: * Quando moriétur, & períbit nomen ejus?

Et ſi ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur: * cor ejus congregávit iniquitátem ſibi.

Egrediebátur forás, * & loquebátur in idipſum.

Adversùm me ſuſurrábant omnes inimíci mei: * adversùm me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum conſtituérunt adversùm me: * numquid qui dormit non adjíciet ut reſurgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo ſperávi, * qui edébat panes meos, magnificávit ſuper me ſupplantatiónem.

Tu autem, Dómine, miſerére meî, & reſúſcita me; * & retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluiſti me, * quóniam non gaudébit inimícus meus ſuper me.

Me autem propter innocéntiam ſuſcepiſti; * & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.

Benedictus Dóminus Deus Iſraël à ſéculo, & uſque in ſéculum: * fiat, fiat.

Ant. Numquid qui dormit non adjíciet ut reſurgat? Dómine, miſerére.

Ant. 2. D. In die.

Pſalmus 41.

QUemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum, * ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: * quando véniam & appa-

rébo ante fáciem Dei ?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte, * dum dícitur mihi quotídie : Ubi eſt Deus tuus ?

Hæc recordátus ſum, & effúdi in me ánimam meam; * quóniam tranſíbo in locum tabernáculi admirábilis, uſque ad domum Dei;

In voce exultatiónis & confeſſiónis, * ſonus epulantis.

Quare triſtis es, ánima mea ? * & quare conturbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Ad meipſum ánima mea conturbáta eſt; * proptérea memor ero tuî de terra Jordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abyſſus abyſſum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excelſa tua, & fluctus tui * ſuper me tranſiérunt.

In die mandávit Dóminus miſericórdiam ſuam, * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ : * dicam Deo, Suſceptor meus es;

Quare oblítus es meî, * & quare contriſtátus incédo, dum afflígit me inimícus ?

Dum confringuntur oſſa mea, * exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei;

Dum dicunt mihi per síngulos dies : Ubi eſt Deus tuus ? * quare triſtis es, ánima mea ? & quare conturbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Ant. In die mandávit Dóminus miſericórdiam ſuam.

℣. Uſque in ſéculum tu es Deus; ℞. Ne avertas hóminem in humilitátem. *Pſ.* 89. 2. 3.

De Epíſtola prima beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

Lect. VII. *Cap.* 15. 1.

Chriſtus reſurrexit à mortuis.

Notum vobis fácio, fratres, Evangélium, quod prædicávi vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſalvámini : quâ ratióne prædicáverim vobis, ſi tenétis, niſi fruſtrà credidiſtis. Trádidi enim vobis imprímis, quod & accépi : quóniam Chriſtus mórtuus eſt pro peccátis noſtris ſecundùm Scriptúras, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tértiâ die ſecundùm Scriptúras, & quia viſus eſt Cephæ,

& poſt hoc Undecim. Deinde viſus eſt plus quàm quingentis frátribus ſimul : ex quibus multi manent uſque adhuc, quidam autem dormiérunt.

℟. vij. Scio quòd Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrectúrus ſum, * Et in carne mea vidébo Deum meum. *Job.* 19. 25. 26. ℣. Oportet corruptíbile hoc indúere incorruptiónem, & mortále hoc indúere immortalitátem. 1. *Cor.* 15. 53. * Et in.

LECTIO VIII. *v.* 20.

Futura corporum reſurrectio, & ordo.

NUnc autem Chriſtus reſurrexit à mórtuis primítiæ dormiéntium : quóniam quidem per hóminem mors, & per hóminem reſurréctio mortuórum : & ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur. Unuſquiſque autem in ſuo órdine : primítiæ Chriſtus : deinde ii, qui ſunt Chriſti, qui in adventu ejus credidérunt. Deinde finis; cùm tradíderit regnum Deo & Patri, cùm evacuáverit omnem principátum, & poteſtátem, & virtútem. Oportet autem illum regnáre, donec ponat omnes inimícos ſub pédibus ejus. Noviſſima autem inimíca deſtruétur mors. Omnia enim ſubjécit ſub pédibus ejus. Cùm autem dicat : Omnia ſubjecta ſunt ei; ſine dúbio præter eum, qui ſubjécit ei ómnia.

℟. viij. Redemptor noſter, à ſéculo nomen tuum; * Convértere propter ſervos tuos, tribus hæreditátis tuæ. *Iſ.* 63. 16. 17. ℣. Quóniam occíſus es, Dómine, & redemiſti nos. *Apoc.* 5. 9. * Convértere.

LECTIO IX. *v.* 28.

Reſurrectio corporum fidei fundamentum.

CUm autem ſubjecta fúerint illi ómnia: tunc & ipſe Fílius ſubjectus erit ei, qui ſubjécit ſibi ómnia, ut ſit Deus ómnia in ómnibus. Alióquin quid fácient qui baptizantur pro mórtuis, ſi omninò mórtui non reſurgunt? ut quid & baptizantur pro illis? ut quid & nos periclitámur omni horâ? Quotídiè mórior per veſtram glóriam, fratres, quam hábeo in Chriſto Jeſu Dómino noſtro. Si (ſecundùm hóminem) ad béſtias pugnávi Epheſi, quid mihi prodeſt, ſi mórtui non reſurgunt? Manducémus, & bibámus, cras enim moriémur. Nolíte ſedúci : corrumpunt mores bonos

colloquia mala. Evigiláte, juſti, & nolite peccáre: ignorántiam enim Dei quidam habent, ad reveréntiam vobis loquor.

Dicitur Reſponſorium ut ſequitur quoties fit Officium *novem Lectionum.*

℟. *ix.* Audi nunc, Dómine, oratiónem mortuórum Iſraël, & filiórum ipſórum qui peccavérunt ante te. * Noli meminiſſe iniquitátum patrum noſtrórum: † Sed memento manûs tuæ & nóminis tui in témpore iſto; § Quia tu es Dóminus Deus noſter, ¶ Et laudábimus te, Dómine. *Baruc.* 3. 4. 5. 6. ℣. Parce, Dómine, parce pópulo tuo. *Joel.* 2. 17. * Noli meminiſſe iniquitátum patrum noſtrórum: † Sed memento manûs tuæ & nóminis tui in témpore iſto; § Quia tu es Dóminus Deus noſter, ¶ Et laudábimus te, Dómine. ℣. Ne des hæreditátem tuam in oppróbrium. *Joel.* 2. 17. † Sed memento manûs tuæ & nóminis tui in témpore iſto; § Quia tu es Dóminus Deus noſter, ¶ Et laudábimus te, Dómine. ℣. Exaudi, Domine; placare, Domine. *Dan.* 9. 19. § Quia tu es Dóminus Deus noſter, ¶ Et laudábimus te, Dómine. ℣. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine; & lux perpétua lúceat eis. ¶ Et laudábimus te, Dómine. *Rep.* Audi nunc, *uſque ad* ℣. Parce.

[*Quando Vigiliæ celebrantur manè, prætermiſſis quæ ſequuntur, continuò inchoantur Laudes.*]

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

ABſolve, quæſumus, Dómine, ánimam * fámuli tui *N.* [Sacerdótis *vel* Pontíficis] [*vel* fámulæ tuæ *N.*] [*vel* ánimas * famulórum tuórum *N.* & *N.* *vel* famulárum tuárum *N.* & *N.*] & ánimas ómnium fidélium defunctórum, ab omni vínculo delictórum; ut in reſurrectiónis glória, inter ſanctos & electos tuos reſuſcitáti reſpírent; Per eum qui ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos, & ſéculum per ignem. ℟. Amen.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

AD LAUDES.

In Pſal. Miſerére. cix.

Ant. 1. *g.* Secundùm multitúdinem miſeratió-

num tuárum dele iniquitátem.

Ant. 8. G. Tibi Deus.

Pſalmus 64.

TE decet hymnus, Deus, in Sion, * & tibi reddétur votum in Jerúſalem.

Exaudi oratióne meam:* ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt ſuper nos; * & impietátibus noſtris tu propitiáberis.

Beátus quem elegiſti, & aſſumpſiſti : * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domûs tuæ; * ſanctum eſt templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exaudi nos, Deus ſalutáris noſter, * ſpes ómnium finium terræ, & in mari longè;

Præparans montes in virtúte tua, accinctus poténtiâ : * qui conturbas profundum maris, ſonum flúctuum ejus.

Turbabuntur gentes, & timébunt qui hábitant términos à ſignis tuis : * éxitus matutíni & véſperè delectábis.

Viſitaſti terram, & inebriaſti eam : * multiplicaſti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum eſt aquis; paraſti cibum illórum, * quóniam ita eſt præparátio ejus.

Rivos ejus inébria; multiplica genímina ejus; * in ſtillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ; * & campi tui replebuntur ubertáte.

Pingueſcent ſpecióſa deſerti, * & exultatióne colles accingentur.

Indúti ſunt aríetes óvium, & valles abundábunt frumento : * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Ant. Tibi, Deus, reddétur votum in Jerúſalem; ad te omnis caro véniet.

Ant. 3. b. Propter.

Pſalmus 142.

DOmine, exaudi oratiónem meam: áuribus pércipe obſecratiónem meam in veritáte tua; * exaudi me in tua juſtitia.

Et non intres in judícium cum ſervo tuo; * quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens.

Quia perſecútus eſt inimícus ánimam meam : * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obſcúris ſicut mórtuos ſéculi; & anxiátus eſt ſuper me ſpíritus meus : * in me turbátum eſt cor meum.

Memor fui diérum an-

tiquórum: meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis;* in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te: * ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velóciter exaudi me, Dómine; * defécit ſpíritus meus.

Non avertas fáciem tuam à me; * & ſímilis ero deſcendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam;* quia in te ſperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem; * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis, Dómine; ad te confúgi: * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam; * & in miſericórdia tua diſperdes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam;* quóniam ego ſervus tuus ſum.

Ant. Propter nomen tuum, Dómine, vivificábis in æquitáte tua.

Ant. 4. E. Miſerére.

Canticum. Baruch. 3.

Domine omnípotens, Deus Iſraël, * ánima in angúſtiis, & ſpíritus ánxius clamat ad te:

Audi, Dómine, & miſerére, quia Deus es miſéricors; * & miſerére noſtrî, quia peccávimus ante te.

Quia tu ſedes in ſempiternum, * & nos períbimus in ævum?

Dómine omnípotens, Deus Iſraël, * audi nunc oratiónem mortuórum Iſraël,

Et filiórum ipſórum qui peccavérunt ante te, & non audiérunt vocem Dómini Dei ſui, * & agglutináta ſunt nobis mala.

Noli memíniſſe iniquitátum patrum noſtrórum; * ſed meménto manûs tuæ & nóminis tui in témpore iſto:

Quia tu es Dóminus Deus noſter; * & laudábimus te, Dómine.

Ant. Miſerére, quia Deus es miſéricors.

Ant. 7. b. Omnis ſpíritus.

Pſalmus 150.

Laudáte Dóminum in ſanctis ejus: * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum ſecundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ : * laudáte eum in pſaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro : * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis beneſonántibus ; laudáte eum in cymbalis jubilatiónis : * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ant. Omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ad Benedict. *Ant.* 4. f. Venit hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, áudient vocem Fílii Dei, & procédent qui bona fecérunt in reſurrectiónem vitæ. *Joan.* 5. 28. 29.

Pater. *& cætera, ut ſuprà in Veſperis*, cxxv. *excepto quòd loco Pſalmi* Lauda, *dicitur Pſ.* De profundis. cxxiv.

A primis Veſperis Sanctiſſimæ Trinitatis, uſque ad ultimum diem menſis Auguſti incluſivè, dicuntur ſequentes Lectiones in tria Nocturna diſtributa juxta Feriam occurrentem, quoties dicitur tantùm unum Nocturnum.

FERIA II. & V.

Dicitur primum Nocturnum, ut ſuprà, p. cxxvj. *cum ſequentibus Lectionibus & Reſponſoriis.*

De libro Eccleſiáſtici.

LECTIO I. *C.* 7. *v.* 36.

Mortuo non prohibenda gratia.

PAuperi pórrige manum tuam, ut perficiátur propitiátio, & benedíctio tua : grátia dati in conſpectu omnis viventis, & mórtuo non prohíbeas grátiã. Non deſis plorántibus in cõſolatióne, & cum lugéntibus ámbula. Non te pigeat viſitáre infirmũ; ex his enim in dilectióne firmáberis. In ómnibus opéribus tuis memoráre noviſſima tua, & in æternum non peccábis.

℟. *j.* Quóniam. *pag.* cxxviij.

Ex libro quarto Dialogórum S. Gregórii Magni.

Cap. 39.

LECTIO II.

DE quibuſdam lévibus culpis eſſe ante judícium purgatórius ignis credendus eſt, pro eo quod Véritas dicit : Si quis in Spíritum ſanctum blaſphémiam dixerit, neque in hoc ſéculo remittétur ei, neque in futúro. In qua ſenténtia datur intélligi, quaſdam culpas in hoc ſéculo, quaſdam in futúro poſſe laxári : quod enim de uno negátur, cónſequens intellectus patet, quia de quibuſdam concéditur. Sed tamen hoc de parvis mi-

nimiſque peccátis fieri poſſe credendum eſt. Quæ cuncta étiam poſt mortem gravant, ſi adhuc in hac vita póſitis mínimè fúerint relaxáta.

℟. *ij.* Miſeréris. *pag.* cxxix.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

LECTIO III. *Cap.* 8. 18.

Ad Chriſti gloriæ revelationem univerſa aſpiciat creatura.

NOn ſunt condignæ paſſiónes hujus témporis ad futúram glóriam, quæ revelábitur in nobis. Nam expectátio creatúræ, revelatiónem filiórum Dei expectat. Vanitáti enim creatúra ſubjecta eſt non volens; ſed propter eum, qui ſubjécit eam in ſpe: quia & ipſa creatúra liberábitur à ſervitúte corruptiónis, in libertátem glóriæ filiórum Dei. Scimus enim quòd omnis creatúra ingemiſcit, & párturit uſque adhuc. Non ſolùm autem illa, ſed & nos ipſi primítias ſpíritûs habentes; & ipſi intra nos gémimus, adoptiónem filiórum Dei expectantes, redemptiónem córporis noſtri. Spe enim ſalvi facti ſumus. Spes autem quæ vidétur, non eſt ſpes: nam quod videt quis, quid ſperat? ſi autem quod non vidémus, ſperámus; per patiéntiam expectámus.

℟. *iij.* Ne tradas. *pag.* cxxix.

FERIA III. & VI.

Dicitur II. Nocturnum, ut ſuprà, pag. cxxix. *cum ſequentibus Lectionibus & Reſponſoriis.*

De libro Job.

LECTIO I. *Cap.* 17. 1.

Propter pœnarum exuberantiam plangit ſe natum.

QUare de vulva eduxiſti me? qui útinam conſumptus eſſem, ne óculus me vidéret. Fuiſſem quaſi non eſſem, de útero tranſlátus ad túmulum. Numquid non páucitas diérum meórum finiétur brevi? Dimitte ergo me, ut plangam páululùm dolórem meum; ántequàm vadam, & non revertar, ad terram tenebróſam, & opertam mortis calígine: terram miſériæ & tenebrárum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhábitat.

℟. *j.* Qui dórmiunt. *pag.* cxxxij.

Ex libro Enchirídii ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

LECTIO II. *Cap.* 109.

NEque negandum eſt defunctórum ánimas pietáte ſuórum viventium relevári, cùm

pro illis ſacrificium Mediatóris offertur, vel eleemóſynæ in Eccléſia fiunt. Sed eis hæc proſunt, qui cùm viverent, ut hæc ſibi póſteà prodeſſe poſſent, meruérunt. Eſt enim quidam vivendi modus, nec tam bonus, ut non requírat iſta poſt mortem; nec tam malus, ut non ei proſint iſta poſt mortem. Eſt verò talis in bono, ut iſta non requírat; & eſt rursùs talis in malo, ut nec his váleat, cùm ex hac vita transíerit, adjuvári. Quocirca hìc omne méritum comparátur, quo poſſit poſt hanc vitam relevári quíſpiam, vel gravári. Nemo ſe autem ſperet, quod hîc negléxerit, cùm obíerit, apud Deum promeréri.

℟. *ij.* Sancta. *pag.* cxxxij.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

LECTIO III. *Cap.* 9. 24.

Statutum eſt hominibus ſemel mori; poſt hoc, judicium.

NOn in manufacta Sancta Jeſus introívit, exemplária verórum, ſed in ipſum cœlum; ut appáreat nunc vúltui Dei pro nobis. Neque ut ſæpè ófferat ſemetipſum, quemádmodùm Póntifex intrat in Sancta per ſíngulos annos in sánguine aliéno; alióquin oportébat eum frequenter pati ab orígine mundi: nunc autem ſemel in conſummatióne ſeculórum, ad deſtitutiónem peccáti, per hóſtiam ſuam appáruit. Et quemádmodùm ſtatútum eſt homínibus ſemel mori; poſt hoc autem, judícium: ſic & Chriſtus ſemel oblátus eſt ad multórum exhauriendа peccáta; ſecundò ſine peccáto apparébit expectántibus ſe, in ſalútem.

℟. *iij.* Dómine. *pag.* cxxxij.

FERIA IV. & SABBAT.

Dicitur tertium Nocturnum, ut ſuprà, p. cxxxiij. *cum ſequentibus Lectionibus & Reſponſoriis.*

De libro Eccleſiaſtæ.

LECTIO I. *Cap.* 12. 1.

Pœnitentia ad ultimum vitæ articulum non differenda.

MEmento Creatóris tui in diébus juventútis tuæ, ántequam véniat tempus afflictiónis, & appropinquent anni de quibus dicas: Non mihi placent: ántequàm tenebreſcat ſol, & lumen, & luna, & ſtellæ, & revertantur nubes poſt plúviam: quando commovebuntur cuſtódes domûs, & nutábunt viri

fortíſſimi ; quóniam ibit homo in domum æternitátis ſuæ, & circuíbunt in platéa plangentes : antequàm revertátur pulvis in terram ſuam unde erat, & ſpíritus rédeat ad Deum, qui dedit illum.

℟. *j.* Scio. *p.* cxxxvj.

Ex libro Confeſſiónum ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

LECTIO II. *Lib.* 9. *Cap.* 13.

MOnica, imminente die reſolutiónis ſuæ, non cogitávit ſuum corpus ſumptuóſè cóntegi, aut condíri aromátibus, aut monumentum electum concupívit, aut curávit ſepulchrum pátrium. Non iſta mandávit nobis ; ſed tantúmmodò memóriam ſuî ad altáre tuum, Dómine, fieri deſiderávit, cui nullíus diéi prætermiſſióne ſervíerat, unde ſciret diſpenſári víctimam ſanctam, quâ delétum eſt chirógraphum quod erat contrárium nobis, quâ triumphátus eſt hoſtis cómputans delícta noſtra, & quærens quid objíciet, & nihil invéniens in illo, in quo víncimus. Inſpíra, Dómine meus, Deus meus, inſpíra ſervis tuis frátribus meis, fíliis tuis dóminis meis, quibus & voce, & corde, & litteris ſérvio, ut quotquot hæc légerint, memínerint ad altáre tuum Mónicæ tuæ, cum Patrício quondam ejus cónjuge, per quorum carnem introduxiſti me in hanc vitam.

℟. *ij.* Redemptor. *pag.* cxxxvj.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

LECTIO III. *Cap.* 8. 11.

Corpora noſtra aliquando vivificanda.

QUòd ſi Spíritus ejus qui ſuſcitávit Jeſum à mórtuis, hábitat in vobis : qui ſuſcitávit Jeſum Chriſtum à mórtuis, vivificábit & mortália córpora veſtra, propter inhabitantem Spíritum ejus in vobis. Ergo, fratres, debitóres ſumus non carni, ut ſecundùm carnem vivámus. Si enim ſecundùm carnem vixéritis, moriémini : ſi autem ſpíritu facta carnis mortificavéritis, vivétis. Quicumque enim Spíritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei.

℟. *iij.* Audi nunc. *pag.* cxxxvij.

Dicetur tantùm primus Verſus, deinde ℣. Réquiem. ¶ Et laudábimus te.

COMMENDATIONES.

Pro pluribus dicuntur in plurali.

℟. MIſeréris ómnium, Dó-

mine, quia ómnia potes; & diſſimulas peccáta hóminum propter pœniténtiam: nihil odiſti eórum quæ feciſti: * Parcis ómnibus; quóniam tua ſunt, Dñe, qui amas ánimas. *Sap.* 11. 24. 25. 27. ℣. Quia tu es Chriſtus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti. *Joan.* 11. 27. * Parcis.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. *Secretò*, Pater. *Clarâ voce*, Et ne nos indúcas.

Tibi, Dómine, commendámus ánimam * fámuli tui *N.* ut defunctus [*vel* famulæ tuæ *N.* ut defuncta] ſéculo, tibi vivat: & quæ per fragilitátem mundánæ converſatiónis peccáta commíſit, tu véniâ miſericordiſſimæ pietátis abſterge; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus.

Miſericórdiam tuam, Dómine ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, pietátis affectu rogáre pro áliis cógimur, qui pro noſtris rogáre peccátis nequáquam ſufficimus; tamen de tua confiſi gratúitâ pietáte & inólitâ benignitáte, cleméntiam tuam depóſcimus, ut ánimam * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ] ad te revertentem, cum pietáte ſuſcípias: adſit ei Angelus teſtamenti tui Michaël, & per manus ſanctórum Angelórum tuórum inter ſanctos & electos tuos in ſínibus Abrahæ, Iſaac & Jacob Patriarchárum tuórum, eam collocáre dignéris, quátenus liberáta de principibus tenebrárum & de locis pœnárum, nullis jam primævæ nativitátis, vel ignorántiæ, aut própriæ iniquitátis ſeu fragilitátis confundátur erróribus; ſed agnoſcátur à Sanctis tuis, & beatitúdinis réquie perfruátur: atque cùm magni judícii dies advénerit, inter ſanctos & electos tuos * reſuſcitátus [*vel* reſuſcitáta] glóriâ manifeſtæ contemplatiónis tuæ perpétuò ſatiétur; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

In Pſalm. In éxitu. 31. *in cujus fine dicitur* Réquiem.

Ant. 7. ç. Qui timent Dóminum, ſperavérunt in Dómino; adjútor eórum & protector eórum eſt. *Pſ.* 113. 11.

Orémus.

Omnípotens ſempitérne Deus, qui humáno córpori ánimam ad ſimilitúdinem tuam inſpiráre dignátus es: dum, te jubente, pulvis in púlvere

verem revértitur; tu imáginem tuam cum ſanctis & electis tuis æternis ſédibus præcípias ſociári; eamque ad te reverentem de Ægypti pártibus, blandè leniterque ſuſcípias, & Angelos tuos ſanctos ei óbviàm mittas; viamque illi juſtítiæ demonſtra, & portas glóriæ tuæ áperi. Repelle, quæſumus, Dómine, ab ea omnes príncipes tenebrárum, & agnoſce depóſitum fidéle quod tuum eſt. Súſcipe, Dómine, creatúram tuam, non à diis aliénis creátam, ſed à te ſolo Deo vivo & vero; quia non eſt álius Deus præter te, Dómine, & non eſt ſecundùm ópera tua. Lætífica, clementíſſime Pater, ánimam ejus, & clarífica eam in multitúdine miſericórdiæ tuæ. Ne mémineris, quæſumus, iniquitátum ejus antiquárum quas ſuſcitávit furor mali deſidérii: licèt enim peccáverit, tamen te non negávit; ſed ſigno fidei inſignita, te qui ómnia, & eam inter ómnia feciſti, fidéliter adorávit; Qui vivis & regnas Deus. ℟. Amen.

In Pſ. Dilexi. 55. Crédidi. 117. Laudáte Dóminum, omnes gentes. 152. Confitémini. 16. *&* Beáti immaculáti. 17. *integrè.*

Antiph. ſola 8. G. Circumdedérunt me dolóres mortis, & perícula inferni invenérunt me. O Dómine, líbera ánimam meam. *Pſ.* 114. 3. 4.

Orémus.

Diri vúlneris novitáte perculſi, & quodámmodo córdibus ſauciáti, miſericórdiam tuam, mundi Redemptor, flebílibus vócibus implorámus; ut * cari noſtri *N.* [*vel* caræ noſtræ *N.*] ánimam ad tuam cleméntiam, qui fons pietátis es, revertentem blandè leniterque ſuſcípias; & quas ex carnáli commoratióne contraxit máculas, tu, Deus, inólitâ bonitáte clementer déleas, *Chorus*, Amen: Piè indúlgeas, *Chorus*, Amen: Oblivióni in perpétuum tradas, *Chorus*, Amen: Atque hanc laudem tibi cum cæteris redditúram, & ad corpus próprium quandóque reverſúram, Sanctórum tuórum cœtibus aggregári præcípias; Qui cum Deo Patre & Spíritu ſancto vivis & regnas, Deus, per ómnia ſǽcula ſeculórum.

℟. Amen.

Pater, &c. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Requiem æternam

dona ei, Dómine, ℟. Et lux perpétua lúceat ei.

℣. Anima ejus in bonis demorétur, ℟. Et ſemen ejus hæréditet terram. *Pſ.* 24. 13.

℣. Non intres in judícium cum * ſervo tuo [*vel* ancilla tua,] Dómine; ℟. Quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens. *Pſ.* 142. 2.

℣. A porta ínferi, ℟. Erue, Dómine, ánimam ejus. *Pſ.* 88. 49.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

Partem beátæ reſurrectiónis obtíneat, quæſumus, Dómine, ánima * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ *N.*] vitamque ætérnam habére mereátur in cœlis, per te, Jeſu Chriſte, Salvátor mundi.

Deus, cui ſoli cómpetit medicínam præſtáre poſt mortem; præſta, quæſumus, ut ánima * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ *N.*] terrénis exúta contágiis, in tuæ redemptiónis parte numerétur; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

℟. Amen.

℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

BENEDICTIO MENSÆ.

ANTE PRANDIUM.

Benedícite. ℟. Dñs. Oculi ómnium in te ſperant, Dómine; & tu das illis eſcam in témpore opportúno: áperis tu manum tuam, & imples omne ánimal benedictióne. *Pſ.* 144. 15. 16.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto: Sicut erat, &c. Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Secretò, Pater, *uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

Orémus.

Benedic, Dómine, dona † tua, quæ de tua largitáte ſumus ſumptúri; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Si fiat Lectio, Lector dicit: Jube, domne, benedícere.

Bened. Menſæ cœleſtis partícipes fáciat nos Rex ætérnæ glóriæ.

℟. Amen.

In fine Lectionis, dicitur: Tu autem, Dómine, miſerére noſtri. ℟. Deo grátias.

GRATIARUM ACTIO
poſt Prandium.

COnfiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua, & Sancti tui benedícant tibi. *Pſ.* 144. 10. Glória Patri, &c.

Qui benedixit menſam, dicit:

AGimus tibi grátias, omnípotens Deus, pro univerſis beneficiis tuis; Qui vivis & regnas in ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Deinde procedendo ad Eccleſiam, dicitur Pſal. Miſerére. 163. *Si verò non procedatur, dicitur Pſ.* Laudáte Dóminum, omnes gentes. 152. *Qui Pſalmus ſemper dicitur quando abſolvitur Gratiarum actio in loco refectionis.*

In fine Pſalm. dicitur Glória Patri. *deinde* Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater. *ſecretò uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Diſperſit, dedit paupéribus; ℟. Juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi. *Pſ.* 111. 9.

℣. Benedícam Dóminum in omni témpore; ℟. Semper laus ejus in ore meo. *Pſ.* 33. 2.

℣. In Dómino laudábitur ánima mea; ℟. Audiant manſuéti, & læténtur. *Pſ.* 33. 3.

℣. Magnificáte Dóminum mecum, ℟. Et exaltémus nomen ejus in idipſum. *Pſ.* 33. 4.

℣. Sit nomen Dómini benedictum, ℟. Ex hoc, nunc, & uſque in ſéculum. *Pſ.* 112. 2.

REtribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus, propter nomen ſanctum tuum, vitam æternam. ℟. Amen.

Benedicámus Dómino.

Secretò, Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

BENEDICTIO MENSÆ
ante Cœnam.

BEnedícite. ℟. Dñs. Edent páuperes & ſaturabuntur; & laudábunt Dóminum qui requírunt eum: vivent corda eórum in ſéculum ſéculi. *Pſ.* 21. 27. Glória Patri, &c. Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. *Secretò,* Pater noſter. *Clarâ voce,* Et ne nos, &c.

Orémus.

BEnedic, Dómine, dona † tua quæ de tua largitáte ſumus ſumptúri; Per Chriſtum.

℟. Amen.

Ad Lect. Bened. Ad cœnam perpétuæ vitæ per-

dúcat nos Rex ætérnæ glóriæ.

℟. Amen.

GRATIARUM ACTIO post Cœnam.

MEmóriam fecit mirabílium ſuórum, miſéricors & miſerátor Dóminus: eſcam dedit timéntibus ſe. *Pſ.* 110. 4.
Glória Patri & Fílio & Spirítui ſancto.
Sicut erat in princípio & nunc & ſemper, &c.

Qui benedixit menſam dicit:

BEnedictus Deus in donis ſuis, & ſanctus in ómnibus opéribus ſuis; Qui vivit & regnat in ſǽcula ſæculorum. ℟. Amen.

Pſal. & reliqua, ut ſuprà, cxlvij.

IN JEJUNIIS, *ad refectionem, fit Benedictio menſæ & Gratiarum actio, ut notatum eſt pro Cœna.*

ITINERARIUM.

Viator in ipſo itineris ingreſſu, ſi ſolus fuerit, dicat quæ ſequuntur in ſingulari; ſi cum ſociis, in plurali, ut ſequitur.

In Cant. Benedictus. 14.

Ant. 5. C. In viam pacis & proſperitátis dírigat nos omnípotens & miſéricors Dóminus: & Angelus Ráphaël comitétur nobiſcum in via, ut cum pace, ſalúte & gáudio revertámur ad própria. *Tob.* 4. & 5.

PRECES.

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. Pater. *Secretò, uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas, &c.

℣. Salvos fac ſervos tuos, ℟. Deus meus, ſperántes in te. *Pſ.* 85. 2.

℣. Mitte nobis, Dómine, auxílium de ſancto; ℟. Et de Sion tuére nos. *Pſ.* 19. 3.

℣. Eſto nobis, Dómine, turris fortitúdinis, ℟. A fácie inimíci. *Pſal.* 60. 4.

℣. Nihil profíciat inimícus in nobis, ℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis. *Pſ.* 88. 23.

℣. Benedictus Dóminus die quotídie: ℟. Próſperum iter fáciat nobis Deus ſalutárium noſtrórum. *Pſ.* 67. 20.

℣. Vias tuas, Dómine, demonſtra nobis, ℟. Et ſémitas tuas édoce nos. *Pſ.* 24. 4.

℣. Utinam dirigántur viæ noſtræ ℟. Ad cuſtodiendas juſtificatiónes tuas! *Pſ.* 118. 5.

℣. Erunt prava in directa, ℟. Et áſpera in vias planas. *Iſ.* 40. 4.

℣. Angelis ſuis Deus

mandávit de te, ℟. Ut cuſtódiant te in ómnibus viis tuis. *Pſ.* 90. 11.

℣. Dómine, exaudi, &c.

Orémus.

DEus, qui filios Iſraël per maris médium ſicco veſtígio ire feciſti, quique Magis iter ad te, ſtellâ duce, pandiſti: tribue nobis, quæſumus, iter próſperum tempuſque tranquillum; ut, Angelo tuo ſancto cómite, ad eum quò pérgimus locum, ac demum ad æternæ ſalútis portum pervenire felíciter valeámus.

DEus, qui Abraham púerum tuum de Ur Chaldæórum eductum, per omnes ſuæ peregrinatiónis vias illæſum cuſtodiſti; quæſumus, ut nos fámulos tuos cuſtodíre dignéris: eſto nobis, Dómine, in procinctu ſuffrágium, in via ſolátium, in æſtu umbráculum, in plúvia & frígore tegumentum, in laſſitúdine vehículum, in adverſitáte præsídium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus; ut, te duce, quò téndimus, próſperè perveniámus, & demum incólumes ad própria redeámus.

ADeſto, quæſumus, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris, & viam famulórum tuórum in ſalútis tuæ proſperitáte diſpóne; ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietátes, tuo ſemper protegámur auxílio.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut família tua per viam ſalútis incédat; & beáti Joannis præcurſóris hortamenta ſectando, ad eum quem prædixit ſecúra pervéniat, Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum. ℟. Amen.

℣. Procedámus cum pace in nómine Dómini.

℟. Amen.

PRÆPARATIO AD MISSAM,

AD LIBITUM SACERDOTIS.

Pſalmi, Quàm dilecta. 113. Benedixiſti. 64. Inclína, Dómine, *cum ſua diviſ.* 164. Crédidi, 117. De profúndis clamávi ad te, Dómine, 98.

Ant. Dómine, memor eſto meî; & ne vindictam ſumas de peccátis meis, neque reminiſcáris delicta mea, vel paréntum meórum. *Tob.* 3. 3.

PRECES.

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos, &c.

℣. Ego dixi, Dómine, miſerére meî; ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. *Pſ.* 40. 5.

℣. Convértere, Dómine, úſquequo? ℟. Et deprecábilis eſto, ſuper ſervos tuos. *Pſ.* 89. 13.

℣. Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, ℟. Quemádmodum ſperávimus in te. *Pſal.* 32. 22.

℣. Sacerdótes tui induantur juſtítiam, ℟. Et ſancti tui exultent. *Pſal.* 131. 9.

℣. Ab occultis meis munda me, Dómine, ℟. Et ab aliénis parce ſervo tuo. *Pſal.* 18. 13. 14.

℣. Dómine, exaudi, &c.

Orémus.

AUres tuæ pietátis, mitíſſime Deus, inclína précibus noſtris, & grátiâ ſancti Spíritûs illúmina cor noſtrum; ut tuis myſtériis dignè miniſtráre, teque æternâ charitáte diligere mereámur.

DEus, cui omne cor patet, & omnis voluntas lóquitur, & quem nullum latet ſecrétum: purífica per infuſiónem ſancti Spíritûs cogitatiónes cordis noſtri; ut te perfectè dilígere, & dignè laudáre mereámur.

URe igne ſancti Spíritûs renes noſtros, & cor noſtrum, Dómine; ut tibi caſto córpore ſerviámus, & mundo corde placeámus.

MEntes noſtras, quæſumus, Dómine, Paraclétus qui à te procédit, illúminet, & indúcat in omnem, ſicut tuus promíſit Fílius, veritátem.

ADſit nobis, quæſumus, Dómine, virtus Spíritûs ſancti; quæ & corda noſtra clementer expurget, & ab ómnibus tueátur adverſis.

DEus, qui corda fidélium ſancti Spíritûs illuſtratióne docuiſti: da nobis in eódem Spíritu recta ſápere, & de ejus ſemper conſolatióne gaudére.

COnſciéntias noſtras, quæſumus, Dómine, viſitando purífica, ut véniens Dóminus noſter Jeſus Chriſtus Fílius tuus, parátam ſibi in nobis inveniat manſiónem; Qui tecum vivit & regnat Deus. ℟. Amen.

GRATIARUM ACTIO POST MISSAM.

Canticum. Benedícite. 12. *Pſ.* Laudáte Dóminum in ſanctis ejus. 67.

Ant. Benedícite, ſacerdótes Dómini, Dómino: laudáte & ſuperexaltáte eum in ſécula. *Dan.* 3. 84.

PRECES.

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. Pater noſter, &c. Et ne nos, &c.

℣. Confiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua; ℟. Et ſancti tui benedicant tibi. *Pſal.* 144. 10.

℣. Exultábunt ſancti in glória: ℟. Lætabuntur in cubílibus ſuis. *Pſal.* 140. 5.

℣. Non nobis, Dómine, non nobis; ℟. Sed nómini tuo da glóriam. *Pſ.* 113. 1.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

Orémus.

DEus, qui tribus púeris mitigaſti flammas ígnium; concéde propítius, ut nos fámulos tuos non exúrat flamma vitiórum.

ACtiónes noſtras, quæſumus, Dómine, aſpirando præveni, & adjuvando proſéquere: ut cuncta noſtra orátio & operátio à te ſemper incípiat, & per te cœpta finiátur.

DA nobis, quæſumus, Dómine, vitiórum noſtrórum flammas extínguere; qui beáto Lauréntio tribuiſti tormentórum ſuórum incéndia ſuperáre; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

INDEX PSALMORUM.

Pſalmi.		Paginæ.
119	AD Dóminum cùm tribulárer.	75
27	Ad te, Dómine, clamábo.	7
24	Ad te, Dómine, levávi.	49
122	Ad te levávi óculos meos.	97
28	Afferte Dómino, filii Dei.	155
77	Atténdite, pópule meus.	83
48	Audíte hæc, omnes gentes.	144
118	BEáti immaculáti in via.	17
127	Beáti omnes qui timent Dóminum.	160
31	Beáti quorum remiſſæ ſunt.	79
40	Beátus qui intélligit.	143
1	Beátus vir qui non ábiit.	3
111	Beátus vir qui timet Dóminum.	30
33	Benedícam Dóminum in omni témpore.	114
103	Bénedic, ánima mea, Dño : Dómine Deus.	36
102	Bénedic, ánima mea, Dómino, & ómnia.	94
143	Benedictus Dóminus Deus meus.	162
84	Benedixiſti, Dómine, terram tuam.	64
91	Bonum eſt confitéri Dómino.	42
95	CAntáte Dño cánticum novum : cantáte.	50
149	Cantáte Dño cánticum novũ. laus ejus.	156
97	Cantáte Dómino cánticum novum, quia.	51
18	Cœli enarrant glóriam Dei.	60
74	Confitébimur tibi, Deus.	146
110	Confitébor tibi, Dómine....in concílio.	29
9	Confitébor tibi, Dómine.... narrábo.	81
137	Confitébor tibi, Dómine.... quóniam audiſti.	117
104	Confitémini Dómino, & invocáte.	38
135	Confitémini Dño quóniam....Confitémini.	43
106	Confitémini Dómino quóniam...Dicant qui.	62
117	Confitémini Dómino quóniam....Dicat nunc.	16
105	Confitémini Dño quóniam....Quis loquétur.	40
15	Conſerva me, Dñe, quóniam ſperávi in te.	100
115	Crédidi, propter quod locútus ſum.	117

4 Cùm invocárem, exaudívit me Deus. 33
129 DE profundis clamávi ad te, Dómine. 98
43 Deus, áuribus noſtris audívimus. 131
49 Deus deórum Dóminus locútus eſt. 70
62 Deus, Deus meus, ad te de luce vígilo. 21
21 Deus, Deus meus, réſpice in me. 136
69 Deus, in adjutórium meum intende. 11
53 Deus, in nómine tuo ſalvum me fac. 126
71 Deus, judícium tuum regi da. 60
108 Deus, laudem meam ne tacúeris. 74
66 Deus, miſereátur noſtri. 111
45 Deus noſter refúgium & virtus. 157
82 Deus, quis ſímilis erit tibi? 147
59 Deus, repuliſti nos. 158
81 Deus ſtetit in ſynagóga deórum. 95
78 Deus, venérunt gentes in hæreditátem tuam. 79
93 Deus ultiónum Dóminus. 96
114 Dilexi, quóniam exáudiet Dóminus. 55
17 Díligam te, Dómine, fortitúdo mea. 5
38 Dixi: Cuſtódiam vias meas. 120
109 Dixit Dóminus Dómino meo. 29
35 Dixit injuſtus, ut delinquat. 87
52 Dixit insípiens.... in iniquitátibus. 53
13 Dixit insípiens .... in ſtúdiis ſuis. 100
140 Dómine, clamávi ad te. 76
7 Dómine, Deus meus, in te ſperávi. 58
87 Dómine Deus ſalútis meæ. 153
8 Dómine Dóminus noſter. 47
142 Dómine, exaudi oratiónem meam, áuribus. 154
101 Dómine, exaudi oratiónem meã, & clamor. 134
20 Dómine, in virtúte tua lætábitur rex. 93
6 Dómine, ne in furóre tuo.... Miſerére. 57
37 Dómine, ne in furóre tuo.... Quóniam. 141
130 Dómine, non eſt exaltátum cor meum. 98
138 Dómine, probaſti me. 138
3 Dómine, quid multiplicáti ſunt. 4
14 Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo? 59
89 Dómine, refúgium factus es nobis. 111
23 Dómini eſt terra, & plenitúdo ejus. 64
26 Dóminus illuminátio mea. 112
22 Dóminus regit me. 114
92 Dóminus regnávit, decórem indútus eſt. 116

Pſalmi.		Pagina.
96	Dóminus regnávit, exultet terra.	65
98	Dóminus regnávit, iraſcantur pópuli.	52
133	ECce nunc benedícite Dóminum.	55
132	Ecce quàm bonum.	76
58	Eripe me de inimícis meis.	123
139	Eripe me, Dómine, ab hómine malo.	139
44	Eructávit cor meum verbum bonum.	155
144	Exaltábo te, Deus meus rex.	117
29	Exaltábo te, Dómine, quóniam.	8
19	Exáudiat te Dóminus in die tribulatiónis.	101
60	Exaudi, Deus, deprecatiónem meam.	124
63	Exaudi, Deus, oratiónē meam, cùm déprecor.	145
54	Exaudi, Deus, oratiónem meam, & ne.	122
16	Exaudi, Dómine, juſtítiam meam.	148
39	Expectans expectávi Dóminum.	132
80	Exultáte Deo adjutóri noſtro.	107
32	Exultáte, juſti, in Dómino.	102
67	Exurgat Deus, & diſſipentur.	103
86	FUndamenta ejus in móntibus ſanctis.	158
85	INclína, Dómine, aurem tuam.	164
125	In convertendo, Dóminus.	56
10	In Dómino confido.	99
113	In éxitu Iſraël de Ægypto.	31
70	In te, Dómine, ſperávi..... & éripe me.	127
30	In te, Dómine, ſperávi..... in juſtítia.	90
65	JUbiláte Deo, omnis terra, pſalmum.	9
99	Jubiláte Deo, omnis terra, ſervíte.	12
34	Júdica, Dómine, nocentes me.	68
42	Júdica me, Deus, & diſcerne.	93
25	Júdica me, Dómine, quóniam.	71
121	LÆtátus ſum in his.	76
145	Lauda, ánima mea, Dóminum.	130
147	Lauda, Jerúſalem, Dóminum.	110
148	Laudáte Dóminum, de cœlis.	13
150	Laudáte Dóminum in ſanctis ejus.	67
116	Laudáte Dóminum, omnes gentes.	152
146	Laudáte Dóminum, quóniam bonus.	89
134	Laudáte nomen Dómini.	46
112	Laudáte, púeri, Dóminum.	30
120	Levávi óculos meos in montes.	55

Pſalmi.		Pagina.
47	MAgnus Dóminus, & laudábilis.	157
131	Meménto, Dómine, David.	161
56	Miſerére meî, Deus, miſerére meî.	149
55	Miſerére meî, Deus, quóniam.	142
50	Miſerére meî, Deus, ſecundùm.	163
100	Miſericórdiam & judícium.	6
88	Miſericórdias Dómini in æternum.	105
126	NIſi Dóminus ædificáverit domum.	98
123	Niſi quia Dóminus erat in nobis.	55
36	Noli æmulári in malignántibus.	72
61	Nonne Deo ſubjecta erit.	145
75	Notus in Judæa Deus.	146
46	OMnes gentes, pláudite mánibus.	51
107	PArátum cor meum, Deus.	108
72	QUàm bonus Iſraël Deus.	53
83	Quàm dilecta tabernácula tua.	113
2	Quare fremuérunt gentes.	3
41	Quemádmodum desíderat cervus.	92
124	Qui confídunt in Dómino.	97
51	Quid gloriáris in malítia.	121
90	Qui hábitat in adjutório Altíſſimi.	34
79	Qui regis Iſraël, intende.	115
128	SÆpè expugnavérunt me.	138
68	Salvum me fac, Deus.	124
11	Salvum me fac, Dómine.	119
57	Si verè útique juſtítiam.	133
136	Super flúmina Babylónis.	56
64	TE decet hymnus, Deus, in Sion.	87
94	VEníte, exultémus Dómino.	2
5	Verba mea áuribus pércipe, Dómine.	86
76	Voce meâ ad Dñm..... voce meâ ad Deum.	48
141	Voce meâ ad Dñm..... voce meâ ad Dñm.	77
12	USquequò, Dómine.	78
73	Ut quid, Deus, repuliſti.	159

Index Canticorum Pſalterii.

AUdite, cœli, quæ loquor.	149
Benedícite, ómnia ópera.	12

Cantica. *Pagin.*

Benedíctus Dóminus. 14
Benedíctus es, Dómine. 109
Cantémus Dómino. 44
Collaudáte cánticum. 45
Confitébor tibi. 88
Dómine, audívi. 128
Ego dixi: In dimídio. 66
Exultávit cor meum. 109
Incípite Dómino in tympanis. 152
Magníficat ánima mea. 32
Magnus es, Dómine. 89
Miſerére noſtrî, Deus. 66
Nunc dimittis. 35
Urbs fortitúdinis noſtræ. 129


FINIS.


INTONATIONES, MEDIATIONES & Terminationes Pſalmorum & Canticorum.


In hocce Breviario quiſque modus cantandi, quem vulgò tonum vocant, ſuo numero notatur ad Antiphonas; & variæ uniuſcujuſque modi terminationes ſuis litteris deſignantur; terminationes completæ litterâ majuſculâ, terminationes verò incompletæ litterâ minuſculâ. Terminatio completa in verſibus Pſalmorum, ea eſt cujus ultimus ſonus idem eſt ac ultimus ſonus Antiphonæ quæ præceſſit; verbi gratiâ, in primo & ſecundo modo terminatio in la *inferiori, vel in* re; *in tertio, terminatio in* mi, *& ſic de cæteris: Terminatio verò incompleta ſeu ſuſpenſa, ea eſt cujus ultimus ſonus alius eſt ac ultimus ſonus Antiphonæ ejuſdem modi; exempli gratiâ, in primo modo, terminationes in* la, *in* ſol, *in* fa.


Notandum verò eſt quòd loco ſyllabarum, ut, re, mi, fa, ſol, la, ſi, *hæ terminationes compendii causâ per unam è ſeptem primis litteris alphabeticis in hocce libro fuiſſe deſignatas, ita ut more veterum* a. *deſignet chordam* la; b. *chordam* ſi; c. *chordam* ut; d. *chordam* re; e *chordam* mi; f. *chordam* fa; g. *chordam* ſol.

I. *Modus in* A.











Clavis ut plurimum ſic tranſponitur.







I. Modus in D.


D








D




Sequens terminatio, licèt completa, deſignatur per numerum , J. *caudatum.*




Sequuntur terminationes incompletæ de primo modo.

f.
vel f.




e u o u a e.

g.




e u o u a e.

g.



e u o u a e.


a.
vel a.




e u o u a e.

II. Modus in A.

A



Nunc di- mittis ſervum tuum, Domine:




ſe- cundùm verbum tu- um in pa- ce.




e u o u a e.


II. Modus in D.



Di- xit Do-mi-nus Domi- no me- o.




Bene-di- ctus Dominus De- us Iſ- ra-ël.
Et e- re- xit cornu ſa- lu- tis no- bis.


Magni- ficat a-nima me-a Do- minum.

III. Modus.


Di-xit Domi-nus Domi-no me-o :
Se- de à dextris me- is.
E
e u o u a e.
vel
e u o u a e.
a.
vel a.
e u o u a e.
vel
e u o u a e.
à.
e u o u a e.
g.
e u o u a e.
b.
e u o u a e.
c.
e u o u a e.



Bene- dictus Dominus De-us Iſ-ra-ël.
Magni- fi-cat.


IV. Modus in E.


Be- a- tus vir qui ti-met Do-
mi- num: in manda-tis e-jus vo-let
ni- mis. ſe-cu-lo-rum. A- men.
E.
e u o u a e.
E.
e u o u a e.
D.
e u o u a e.
f.
e u o u a e.
a.
e u o u a e.


Alia ſpecies IV. Modi.


A






In Canticis Evangelicis.







V. Modus.

C





Sed clavis vulgò ſic tranſponitur.







VI. Modus.




In C. *verò ſic vulgò notatur cum* b *molli.*





ſecundùm verbum tu-um in pa- ce.



Aut ſine b. molli.
Nunc di- mit- tis.

VII. Modus.


Di-xit Domi-nus Domi- no me- o :
Se- de à dextris me- is.
G
e u o u a e.
in a.
e u o u a e.
b.
e u o u a e.
ç.
e u o u a e.
c.
e u o u a e.
d.
e u o u a e.


d.
e u o u a e.
Be-ne- dictus Dominus De- us Iſ- ra- ël.
quod lo- cu- tus ſum.
qui potens eſt.
Magni- fi- cat.

VIII. Modus.


Lauda- te pu-e- ri Dominum: lauda- te
nomen Domi- ni.
e u o u a e.
G.
e u o u a e.
c.
e u o u a e.




Neumata quæ in fine quarumdam Antiphonarum cantantur juxta uſum locorum, maximè in Solemnitatibus.


I. Modus.




5.



6.



7.



8.

